Sub basilica aūt magna locat̄ artaria: ei existēs vicina. Quapropter flōmiā in ipsa cū maxia fieri cōuenit cautela: oīa obsuando: ꝛ precipue si nō grossa ꝛ manifesta ꝛ plena fuerit. ¶ Eius autē custodia: est sic dicemus. ¶ Cū nō videris basilicā ꝛ fuerit necesse vt ex ea p tactū iuēta minutio fiat melius erit vt eā dimittas ꝛ ad aliā accedas. Uñ opz vt aliquē ex ipsius ramis perquiras vt est vena assellata: ꝛ que sunt ei similes. ¶ Qz si ex ipsa tñ minutionē facere volueris: locus ante brachy ligationez tangendus. Et postq̄ locus pulsus fuerit cognitus erit signandus: deide ligetur: ꝛ sūmopere obseruetur quaten⁹ a loco signato q̄to magis possibile fuerit: elongetur percussio: ꝛ ad partē manus descēdendo fiat. ¶ Artaria nāq̧ q̄to plus ad ptē man⁹ descēdit: tanto plus pfundat̄: ꝛ a basilica sepat̄: q̄ sepatio in cubiti icipit curuatura. ¶ Cū āt ligaueri brachiuz: si locū note pulsus eleuari ꝛ iflari ꝯspexeris: ne illā tangas venā caue. Inflatio nāq̧ hec nō ē nisi artarie: ꝛ tumor ꝛ ipsi⁹ repletio. Uñ si venā icideris ꝛ sanguinē cū saltu exire ꝯspexeris q̄ subtilis sit ꝛ rube⁹: scias ipz ab artaria fluere. ¶ Opz igit̄ tūc vt liciniuz ex coto cito facias: ꝛ albumine oui infusuz puluere ex aloe: ꝛ thure: ꝛ sang. draco. inuoluas ꝛ desuper pone. Hoc namq̧ medicamē vehementer stringit: post hec locum liga. quem per tres dies non soluas: sed super ipm aquam assidue rorando fundas ne locus calefiat: hoc tamen totum nequaq̄ facias: nisi postq̄ partem que super

locum est fortiter ligaueris. Qđ iđ fieri ꝯuenit vt sanguis restringatꝰ ꝛ refrenetur: qꝛ postq̄ꝫ hoc feceris: qđ volueris agere poteris. Cuꝫ autem dies affuerit tertia: locuꝫ suauiter solue: ꝛ si videris medicamen ei adherere: nō ab eo remoueas: sed in eius circuitu de p̄dicto medicamine pone ꝛ ad ligādū iteꝝ redi. Qꝛ si ex medicamīe aliqđ separatū videris: digituꝫ tuum loco licinȷ velociter suppone: ꝛ qđ separatuꝫ est suauiter remoue: ꝛ deīde de medicamine superpone: ꝛ vt p̄us fecisti liga. Stringetꝰ eniꝫ sanguis arterie hoc modo: ꝛ arteria a disruptione q̄ ibi talr̄ solet accidere vt in herniosis tuebitur: ꝛ sanabitꝰ iussu dei. ⁋ Si āt ex basilice flobotomia eminētia que tactu mollis sentiatꝰ acciderit: ꝛ quādo sup eaꝫ premis descendit: erit mala: qꝛ est arterie eminentia. Unde talr̄ patiens timeat: ꝛ caueat ne aliquid qđ ipsam disrumpat: tangat. Sāguis enim continuo ex artaria manabit. Sꝫ ex rebꝰ stipticis emplastrū semp supponatur: qđ ideo fit: vt locus induretꝰ: ꝛ sic erit ei a ruptura securitas. ⁋ In arterȷs v̄o que sunt in timporibus cū flobotomia fit nō seqtur tumor: qꝛ si astelle suppo site fuerint ꝛ ligate: restringetꝰ sanguis.

Cum autem de saphena vena ꝛ ea que in iteriori poplitis curuatura flōmādū erit ligatura cū chorda in supiori loco vt in brachio: erit faciēda: deinde pes sup frustum lacertuli aut sup mortarȷ manicam: erit ponendus: ꝛ stringendus: ꝛ sic flobotomia erit facienda.

In sciatica v̄o quicquid ab ancha ē vsq̄ꝫ ad ptes que supra calcaneū p spaciū latitudinis vnius manus existunt: ligari dꝫ. Alr̄ nāq̄ꝫ non manifestabitur. Qꝛ si cū hoc nō apparuerit: in balneum mittatꝰ eger: ꝛ multuꝫ aque calide sup pedem fundatꝰ: donec manifesteꝰ. ⁋ Si aūt neq̄ꝫ sic apparuerit: loco eius aliquē ex ramis q p pedis cratem ꝓtendunꝰ: in pte siluestri flōma. Illis tamen melior est: q iter minimū digitū ꝛ zm ab eo reperitur.

Saluatelle aūt flobotomia: sic est facienda: vt manus in aqua teneatꝰ calida: donec locus flobotomādus infleꝰ: ꝛ igrossetur ꝛ valde fiat manifestꝰ: deinde flobotometꝰ ꝛ in aquā calidā iteruꝫ mittatꝰ donec īfletur. Ideo ne sanguis in ore vene flobotomate coaguletur: ꝛ exire ꝓhibeat. Cū aūt ex ea manauerit qđ volueri: parū olei ꝛ salis desup pone: ideo. s. ne vulnus cito cōsolidetur. ⁋ Qđ etiā in oī debili ramo ac flobotomia stricta te facere oportebit. Si aūt secūdatio fuerit faciēda oportebit vt in forti citius: ꝛ in debili tardius fiat. Et nō oportet qn̄ difficilis fit sanguis exitus in secundatione: vt ꝯprimatꝰ ꝛ flectatꝰ violēter locus: sꝫ vt aut sic dimittatꝰ cū nullum ex hoc sequatꝰ malū: aut qđ ex sanguīe sup os vulneris coagulatuꝫ fuerit: cuꝫ latere lanceole remoueatꝰ. Hoc nāq̄ꝫ melius existit: q̄ꝫ ipm contorquēdo: aut vngue feriēdo mouere: vt stolidi facere ꝯsueuerūt. ⁋ Locus quoq̄ꝫ percussionis si apostematus fuerit flobotomia ex loco q est supior eo si sanguīs extractio necessaria fuerit: fieri cōueniet. Qꝛ si possibile fuerit flobotomiā per vnuꝫ aut per duos dimittere dies: a flōmia interim cessandū erit: ꝛ postea flobotomia vtendū. ⁋ Obseruandū est etiā: ne post flōmiaꝫ locus stricte ligeꝰ: hoc nāq̄ꝫ apostema afferre cōsueuit. ⁋ Neq̄ꝫ multi pāni supponanꝰ: neq̄ꝫ sup euꝫ locū aliqđ coꝝ liniatꝰ qbus cā redolendi qdam se pungere cōsueuerūt. ⁋ Locꝰ quoq̄ꝫ si ignitus fuerit: nulla hora sit ligatus: donec alleuieꝰ est dimittēdus: sꝫ vt īfrideꝰ aq̄ roꝫ. aut aqua dulci sup niuem īfridata est rorādus. ⁋ Minutus ēt nullo mō balneū igredi dꝫ: ꝛ precipue si locꝰ fuerit ignitus: donec vulnꝰ cōsolideꝰ: ꝛ color atq̄ꝫ apostema ipsius sedenꝰ. ⁋ Uinū ēt q talr̄ se habuerit: nullo mō bibere p̄sumat: neq̄ꝫ membꝝ in quo ē flōmia moueat: neq̄ꝫ aliqđ opus eo p̄ficiat. ⁋ Flōmatus preterea neq̄ꝫ in die flobotomie: nꝫ in die scđo multo repleatꝰ cibo: īmo se moderās cibo leui: colerā rubeā repmente ꝛ extinguēte nutriatꝰ: sic est suchabegi fortis acetositatis: si nō in pectore aspitatē habuerit: que ħ ꝓhibeat. Quā si patiatꝰ: çibrabegi ex carne agnina factū comedat: atq̄ꝫ oua mollia. ⁋ Est ēt obseruandū ne ebrius aut fastiditus flōmeꝰ: donec ista ab eis oīo sint remota: nisi ex flobotomie retardatiōe: magnus īmineat timor. Sicut cū aeris attractio est angustissima: aut tremor cordis ē fortis ꝛ spissus qui cum faciei ꝛ oculorū rubedīe accidit: aut apoplexia in q̄ facies rubescit: aut nigrescit: aut sināchia: aut sanguīs fluxus vehemens ꝛ repentinus. Talia nāq̄ꝫ cū affuerint: flōmia q̄libꝫ hora diei vel noctis ē faciēda. Cū aūt nulla icubuerit necessitas vt in supradictis: bonuꝫ ē vt flobotomia fiat postq̄ꝫ due aut tres hore diei p̄terierint: atq̄ꝫ postq̄ꝫ digestiua suam expleuerit opationeꝫ: ꝛ fecum supfluitas fuerit expulsa. ⁋ Si vero alicui ex flōmia cōsueuit sincopis accidere oꝫ vt ante flōmiam parū panis succo granati: muçi: īfusum comedat aut in succo vue acerbe: aut in hoꝝ similibus madefactū. Sāguis quoq̄ꝫ quē ipm minuere oportet: nō semel sꝫ tribus vicibus aut quattuor extrahatur. Sincopis enim plurimum fit ex supflua minutione in hora qua egrediꝰ ex eo sanguis multus in tēpore paruo. Hec nāq̄ꝫ tunc cuꝫ ex forti flobotomia. i. cum post flobotomiam paruo inter misso spacio multus extrahitur sanguis: plerūq̄ꝫ accidit. Qꝛ si illud fuerit: oportebit vt eiꝰ exitus prohibeatur hora post horam. Nos quoq̄ꝫ nominabimus nunc: curatōes sincopis: que ex flobotomia accidit. ⁋ Et caueatur ne aliquis vllo modo flobotometur post passionē colericam: ꝛ vomitum: ꝛ ventris fluxum: ꝛ post multum coituꝫ ꝛ post laborem ꝛ vigilias ꝛ postremo post omnia que corpus dissoluunt aut fortiter calefaciunt. ⁋ Sanguinis auteꝫ mēsura qui est extrahendus: oportet vt sit ꝺm vsum: ꝛ ꝺꝫ dispositionem cuius causa flobotomia exercetur: atq̄ꝫ scđm virtutem. ⁋ Qui auteꝫ calidū apostema patitur vt pleuresim aut ei similes egritudines cum flobotomatur: mutationeꝫ coloris sanguinis a propria dispositione attendere dꝫ. Apostemate autem carens cum flobotomatur: nō dꝫ hoc in suo sanguine obseruare: cum totus eius sanguis sit equalis. In habentibus quoq̄ꝫ apostema calidum cuꝫ flobotomantur si sanguinis tardauerit mutatio: ꝛ timor destructionis virtutis affuerit: sanguis est restringendus: nec est expectandum: donec sanguis mutetur. ⁋ Qꝛ si aliquis in die flobotomie bibat: donec inebrietur: ipsius brachium duabus cingatur ligaturis: cui insuper vigiles qui ipsum custodiant adhibeantur. In plerisq̄ꝫ enim eorum sanguis adeo decurrit: donec quidaꝫ moriantur: ꝛ quidā morti approximent. Quapropter cuꝫ huiusmodi aliquid acciderit: ꝛ postremo cum sanguinis vndecunq̄ꝫ fluxerit multitudo: donec virtutē prosternat: aqua carnis ꝛ vinuꝫ subtile ac bene redolēs: in quo sit fortitudo: infirmo subito tribuantur: ꝛ res bn̄ redolētes ei tribuanꝰ. Qꝛ si ad hec iam ꝓuentū fuerit vt iam nihil traycere possit dētes egri apianꝰ: ꝛ aqua carnis cū pauca miua muscata: ꝛ vino bene redolēte: in ipsius os mittatꝰ: totiq̄ꝫ corpori res bonuꝫ reddētes odorē: ꝛ p̄cipue pectori ꝛ vētri adhibeātur. Nares quoq̄ꝫ interius ex algalia iunganꝰ. Eger ēt hora post horaꝫ suffumigeꝰ: corā cuius facie pulli discerpanꝰ assati atq̄ꝫ ipsius naribus cibi redolētes: qui appetituꝫ excitare cōsueuerūt: applicētur: vt sunt tuceta ꝛ eis similia. ⁋ Et sincopis qdē q̄ sil'apud flobotomiā accidit cēntiā: ea q̄ diximus ꝺm plurimū ꝓhibēt. ⁋ Sed si cuꝫ flōmia nausea euenerit: pēna in os infirmi vt vomat ē mittēda deīde aq̄ rosata: aut aq̄ frida sup ipm ē rorāda atq̄ꝫ fundenda: ꝛ in ipsam ē mittēdus: est etiaꝫ clamore vocādus atq̄ꝫ mouēdus. Qui si cū hoc ad memoriā nō fuerit reductꝰ muscus

eius naribus est insufflādus:ꝛ in ipsius os galia mittenda vinūqꝫ cum pauca aqua temperatū:fundēdū. Os quoqꝫ stomaci fricādum:ꝛ reliquum corpus eius. Deinde ad pēne in os immissionem:atqꝫ ad totum ipsius regimē redeundum. ¶Sincopis vero cum qua non adest nausea: mala existit. Quapropter tūc vt vomitus sequatur nō est igeniādum:sed in ipsius cura valde est studēdum:atqꝫ sūmopere elaborādum:vt succus carnis ꝛ vinum subito ei tribuātur:ꝛ atib ei adhibeātur. Ipse q̄qꝫ fortiter moueat̄ ꝛ clametur: ꝛ aqua super eum roret̄. ¶Plerūqꝫ etiā q sincopim patitur:ex sono timpanoꝝ:ꝛ fistulis:atqꝫ ex litigys necnō ex clamoribus ad memoriā redit.

¶De ventosis. CAP. XXII.



Entose sanguinem nō nisi ex paruis venis ꝛ in carne dispersis trahunt. Ideo qꝫ sicut flobotomia virtutem non debilitant:licet corporis minuāt repletionē. ¶Loca vero in quibus ventose solent poni:sunt ista scilicet locus qui est iter duo cornua occipitij: ipsiusqꝫ occipitij duo cornua:ꝛ locus qui est sub mento:ꝛ alius locus qui īter duas inuenitur spatulas ꝛ loca que in cruriū pulpis interioribus īueniūtur. ¶Uentosa autem que in loco qui est iter predicta cornua ponitur:grauedini atqꝫ vanitati que in capite existunt:confert. ¶Sed sanguis qui cum ventosis que in duobus ponuntur cornibus extrahitur:faciem atqꝫ caput:necnō oculos alleuiat: grauitatiqꝫ que est in capite:ꝛ doloribus qui in dentium radicibus fiunt:auxiliatur:ꝛ fortasse predictas actiones quantum flobotomia adiuuat. ¶Uentosa vero que sub mento ponitur:paruis pustulis que sunt in ore:ꝛ dentibus nocumentum prebent:remedium affert:atqꝫ gigiuarum corruptioni necnon his similibus quecunqꝫ in ore fiunt:remediat̄. Illa autem que īter spatulas locatur: tremori cordis qui est cum repletione ꝛ calore valet. ¶Sed illa que in cruris pulpa ponitur:repletionem vehementer minuit:ꝛ antiquis doloribus qui in matrice aut renibus aut vesica fiunt:confert:ꝛ prouocat menstrua. Corpus tamen plerunqꝫ macrescere facit:sincopisqꝫ ex ea accidere ꝯsueuit. Quibus aūt pustule ꝛ carbūculi accidere solēt auxiliū prebēt.

¶De sanguisugis. CAP. XXIII.



Anguisuge cum in locis ponūtur vbi est ipetigo:aut sabafa:aut vulnus malum ꝛ antiquum:corpore prius flobotomia inanito auxilium prebent. Postqꝫ vero ceciderint. Locus adhuc si vt ibi ponantur fuerit possibile: ventosis erit sugendus:ꝛ multa aqua calida lauandus:ꝛ fricādus ꝛ cōprimēdus quādo quod diximus possibile fuerit. Et melius est vt post ventosarum ēt positionem ſm qꝫ diximus lauetur. Qꝛ si post ipsarum casū sanguis resudare ceperit:pāni linei aceto infusi superponendi erūt. Et si taliter perseuerauerit: terra figuloꝝ: aut tegule recētes trite:vt alcohol:ꝛ balaustie combuste ꝛ contrite desuper erūt ponēde. ¶Est etiam obseruādū vt cum sanguisuge capiūtur:per diem mediam sic dimittantur:deide in membro postqꝫ confricatū aut aqua calida fuerit superfusum donec rubeum fiat sunt ponēde. Et si adherere noluerit locus ex sanguine recēti liniatur. Et si volueris vt a corpore cadant:tūc pulueriza super locū in quo sunt suspēse salem aut cinerem.

¶De vena medeme siue ciuili. CAP. XXIIII.



Ec egritudo corporibus calidis et squalidis ꝛ membris in quibus est pauca humiditas accidit. Que licet in cruribus plerumqꝫ egrediatur:quandoqꝫ tamen etiam in alys apparet locis. Ante vero qꝫ apparere incipiat membro accidit feruor: post quē aliquis eius locus vesicatur a quo post hec vena exire incipit. ¶Ex his autem que hanc prohibent egritudinē accidere est corpus cum dieta ꝛ balneo humectare: ꝛ ne olera ꝛ fructus in regionibus in quibus hec egritudo accidere consueuit comedantur prohibere. Hec eniꝫ quomodo nominauimus predictam generant egritudinem. ¶Sꝫ cum locus ampulari īcipit ꝛ vena ad exeundum festinat: cōfert vt eger in die prima.ʒ.ſ.de aloe:ꝛ in secūda.ʒ.i. ꝛ in tertia.ʒ.ij.bibat:ꝛ locus etiā ex aloe epithimetur:destruet enim ipsam omnino. ¶Postqꝫ vero exiuerit: quod ex ea foris apparet super arundinem paruam ex plumbo factam cuius pondus sit.ʒ.vnius est inuoluendum:ꝛ cū predicta cāna ligādum ꝛ vt pendeat dimittēdum. Ex ipsius nāqꝫ grauitate:icipiet descēdere ꝛ ꝓlongari ꝛ citius egredi. Et cum ex ea aliqua pars exierit:circa plumbum iuoluatur ꝛ ligetur. Si autem quod iam egressum est longū fuerit:icidatur ꝛ quod remansit iuoluatur:ne tamē radicitus auferatur est obseruandum. Qꝛ si sic factum fuerit: cōtrahetur. ꝛ intrabit carnem ꝛ apostema putridum ꝛ vlcus malignū generabit. Quapropter huic egritudini blādiendo est subueniēdum:ꝛ paulatim vena est extrahēda: donec omnino egrediatur:ꝛ nihil ex ea in corpore remaneat. Si autem ipsam radicitus incidi cōtingat: in ipsius foramē ponatur radius:ꝛ in lōgum fundatur: ꝛ bene aperiatur:donec quicquid ex sua materia continetur euacuetur. Butyrum quoqꝫ per aliquot dies supponatur: donec putrescat:ꝛ eius consumatur materia:deinde cū his que carnem generant curetur.

¶De extractiōe sagittaꝝ ꝛ astularū ꝛ spinaꝝ. CA. XXV.

c

Um sagitta in ꝓfundum vehementer penetrauerit non est fortiter agitāda:quia timet̄ ne rumpatur. Si autē possibile fuerit vt instrumētum qḋ sagittarum vocatur forceps mittat̄ in vulnus dōec ad astulam ꝑueniat:imittendū est. Sꝫ si fuerit impossibile:vulnus prius dilatādum erit:deinde īstrumētum in illud mittēdū:ꝛ adeo imprimēdū donec astulā mordeat: qḋ postqꝫ ita gestū fuerit:īstrumētū in suis extremitatibꝰ que sunt exteriꝰ erit stringēdū:deide aliquibus vicibꝰ agitādū:vt per hoc probetur fixionis q̄ntitas:postea extrahatur:predictū nāqꝫ īstrumētū:postqꝫ sagittā momorderit: vix ab ea separabit̄:qꝛ eius os est vt lima. Ideoqꝫ ex pauca cōstrictiōe:in eius extremis facta:fortiter cōstringitur sagitta. ¶Sagitta quoqꝫ si in lacertū penetrauerit adeo vt locꝰ per quē itrauit ad eiꝰ exitū sit durus:ꝛ alteriꝰ partis locus ad ipsius extractionem sit facilis: findatur alia pars:ꝛ inde extrahatur. ¶Spine vero ꝛ astelle: ꝛ çiçeçu: partes:ꝛ alia ab illis que corpꝰ itrant:ex emplo de rebus relaxātibus facto super posito sunt extrahende. Cū enim locus mollificatus fuerit:id qḋ corpꝰ fuit igressum: ad eū egrediet̄. Unde ēt q̄dam sunt q̄ has medicinas extractiuas vocant. ¶Ex his aūt que predicto modo operant̄:ē amoniacū q̄ñ ex eo cū melle mixto emplastrū loco superponit̄:aut ex cepis narcisci cū melle tritis fit emplastrū: aut cū radices arundinū cū melle trite superponūt̄: aut cū ex omnibꝰ istis simul coniūctis:fit emplastrū. qꝛ tūc eorū operatio validior erit.

¶De plagis capitis ꝛ fractura cranei. CAP. XXVI.

c

Um ex capitis ꝑcussione os nō fuerit fractū:puluis ex aloe:ꝛ mirra ꝛ sanguīe draconis:ꝛ olibano:ꝛ corallis:desup̄ ē spargēdus. Ex hoc enī velociter sanabit̄. Sꝫ si os ita fractū fuerit: vt iferiꝰ descendat:ꝛ abscindat̄ craneū:nō est hoc negligēdū. Qꝛ ex hoc itellectus turbatio ꝛ spasmus accidūt: ꝛ postea mors festina cōsegtur. ¶Os igit̄ illud velociter est extraben-

dū ꝛ ne pāniculus qui est sub osse rumpat̄ obseruandū ē. Ad hoc aūt operādū: medicus sapiēs: ꝛ suauissime operās est necessari⁹. Qꝛ aūt de hoc mentionē in hoc loco facim⁹: nō ob aliud facimus: nisi vt ostēdamus q̄ꝫ magnus ex hac egritudine sit timor: ꝛ vt subito in ossis extractiōe studiuꝫ īpendat̄: anteq̄ꝫ predicta ꝯtingāt accñtia: que mala sunt ꝛ vitari nō possunt. Et medic⁹ qdē caueat oīb⁹ modis qbus pōt: ne pāniculus q est sub osse rumpat̄.

¶ De deceptoribus. CAP. XXVII.

DEceptorum fraudes tot sūt: quot hic noster liber totus eas cō prehendere non posset. Eoꝝ quoqꝫ audacia: ac inuerecūdia: necnō ꝯcessio qua cognoscūt se pro nihilo affligere hoīes: in vltimo finis: post quē alius nō reperit̄: existūt. Sūt nāqꝫ ex eis qdam qui epilepsiam sanare se profiteant̄: ꝛ ideo capitis initiuꝫ in posteriorib⁹ in modū crucis findunt: ꝛ quedā que in suis tenēt manibus ex vulnere extrahūt: hominibus tamē fidez faciunt: qđ ex predicta īcisione ea extrahāt. ¶ Alij q̄ꝫ sunt qui faciūt vt credat̄: qđ ex naribus paruā extrahāt lacertam: naribus īfirmi tentaꝫ acutaꝫ aut ferrū imitētes acutuꝫ: cū quo radere incipiunt donec sanguis exeat: deinde agūt vt rē q̄ꝫ in manu tenēt lacerte similē a narib⁹ extrahere videant̄: quā ex venis epatis faciūt. ¶ Sūt etiā alij q faciūt vt credat̄: qđ albuginē oculo auferāt. Qui cū ferrū in oculū miserint: p⁹us cū ipso fricare īcipiunt: deīde in oculū subtileꝫ mittūt pāniculuꝫ: queꝫ cū ferro extrahentes: ꝙ de oculo extraxerit dīnt. ¶ Sūt pterea alij q dicūt se aquā ex aure sugendo extrahere: qui aquā in ore tenentes: vnaꝫ arundinis extremitatē: in suo ore: ꝛ aliaꝫ in aure īfirmi ponunt ꝛ sugunt: deīde per arundinē aquaꝫ quā tenebant in ore expellūt: dicentes se ex aure exiisse. ¶ Alij itideꝫ sunt: qui vermes in aures: ꝛ in dentiū radices occulte mittant: ꝛ dicūt qđ ex locis illis extrahūt. ¶ Sūt etiā qdā q faciūt vt credat̄: ꝙ ranula de subtus linguā extrahant. Ꝗꝫ ibi īcidēdo fixurā faciūt: in q̄ glandulā q̄ adheret ponūt: deide extrahūt eaꝫ. ¶ Cur aūt noīem illos qui vulnerib⁹ ꝛ vlcerib⁹ ossa mittunt: ꝛ postq̄ꝫ p aliquot dies ibi stare pmiserit: extrahūt: cū freq̄nter h faciāt. ¶ Sūt etiā qdā q cuꝫ de vesica q̄nqꝫ lapidē extraxerint: aliuꝫ adhuc ibi eē lapidem dicūt: ideoqꝫ faciūt vt credat̄ ꝙ inde aliuꝫ extrahūt lapidē. Q̄nqꝫ ēt tangūt vesicaꝫ: nō pro certo sciētes ꝙ in ea sit lapis: incidūt tam̄. Et si nō inueniūt ibi lapidē: imittūt ꝛ extrahūt. ¶ Quid āt attiet dicere de his q carnē ani incidūt emorroydas in ipso eē dicētes cuꝫ hoc sepissime faciāt: ꝛ ad emorroydas ꝛ vulnera pessima que nō p⁹us aderāt perducant. ¶ Et sunt nōnulli qui flegma vitreuꝫ ex coxa aut virili membro: aut ex quocūqꝫ loco corporis voluerint: se extrahere affirmēt. Ideoqꝫ locū scarificādo scindūt: ꝛ cū embuba quā illi loco supponunt aut sup caput virge multotiēs sugendo humorē aliquem quē in ore abscōditū tenēt p embubā in ciminile fundūt. ¶ Sūt etiā qdaꝫ q pfitent̄ se omnes egritudines q̄ sunt in corpore in vno cōgregaturos loco: ꝛ inde extracturos: hi aūt locuꝫ cum kekengi fricare incipiūt: vnde ibi pruritus ꝛ vehemēs ardor fiūt. Qui postq̄ꝫ hoc egerit: se remunerari expetūt vt a predicto loco egritudineꝫ remoueāt. Remunerati vero: locuꝫ oleo īungūt: ꝛ sedat̄ pruritus ei⁹. ¶ Sūt aūt alij q hoīeꝫ suspicari faciūt ꝙ aut pili aut vitrū ei data fuerit. Qui pēnā accipiētes in os ipsi⁹ mittunt ꝛ vomere faciūt: cū pēna tamē illud in guttur ei⁹ mittūt. Deīde extrahūt res multas hui⁹ generis quas ipsi faciūt. Vñ ꝛ hoīb⁹ maxīa īfert̄ nocumēta ꝛ fortassis q̄nqꝫ eos īterficiūt. ¶ Hec aūt oīa nō ob aliud sunt sapiētib⁹ occulta: nisi q̄ꝛ se cōmittūt eis: nō existimantes ꝙ in eis sit malū: neqꝫ īde dubitātes. Sꝫ quādo eoꝝ cordib⁹ aliqua aderit suspicatio: ꝛ eoꝝ ceperit facta perscrutari: oc̄lis multis idē suspicantib⁹: eoꝝ ꝓpalabunt̄ mendacia. Quapropter sapiētes eoꝝ manibus se cōmittere nō debent: neqꝫ aliqd ex medicinis quas ipsi dant sumere: quia multos iam interfecerunt.

¶ Completus est tractatus septimus dei bonitate.

Tractatus. VIII. q̄nquagintaqꝫ continēs capitula.

p̄m De collectionibus ꝛ aggregationib⁹ sanationis venenoruꝫ ꝛ morsus venēosoꝝ aīaliū ꝛ cautela
2 De morsibus tirie.
3 De morsib⁹ scorpionum.
4 De morsibus akataret.
5 De mōsib⁹ rutele ꝛ sibth ꝛ aranei.
6 De mōsib⁹ vespaꝝ ꝛ apū ꝛ formicarū volātiū.
7 De morsibus lacerte ꝛ lacerte facetine.
8 De illis que fugāt serpentes ꝛ venenosa aīalia et lupos ꝛ īterficiūt ea.
9 De morsibus canis nō rabiosi ꝛ lupi ꝛ hoīs.
10 De mōsib⁹ canis rabiosi.
11 De his qui ī potu acceperunt napellos.
12 De his q in potu sumpserunt cornua spice.
13 De his q in potu sumpserūt fel leopardi.
14 De his q in potu acceperūt fel tirie.
15 De his q in potu sumpserūt summitatem caude ceruine.
16 De his q in potu sumpserūt sudorē aīalis.
17 De his q in potu sumpserūt cantarides ꝛ stafisagriam mōtanam.
18 De his q in potu sumpserunt opium.
19 De his q in potu sumpserūt iusquiamū.
20 De his q in potu sumpserūt mādragoram.
21 De his q in potu sumpserūt nuces methe.
22 De his q in potu sumpserūt semē bengi.
23 De his q ī potu sūpserūt succū coriādri viridis.
24 De his q in potu sumpserūt psilium.
25 De fungis ꝛ tuberib⁹ perniciosis.
26 De coagulatōe lactis vel sanguinis in stō.
27 De assaturis q̄ coopiunt̄ ne fum⁹ ab eis exeat.
28 De piscib⁹ fridis.
29 De lacte putrefacto.
30 De nucleis fructuū ꝛ oleis q̄ sunt rācida ꝛ q̄ sūt eis similia.
31 De his q in potu sumpserūt ranas fluuiales vl̄ q̄ morant̄ in stagnis.
32 De his q in potu sumpserūt leporem marinuꝫ.
33 De his q in potu sumpserūt malū castoreū.
34 De his q ī potu sūpserūt gūmā siluestris ruthe.
35 De his q ī potu sūpserūt siluestres anacardos.
36 De his q in potu sumpserūt oleādrum.
37 De his q ledūt̄ ex comestione squille.
38 De his qbus nocuit sem̄ vrtice.
39 De his qbus aqua frigida nocuit.
40 De his q in potu sumpserūt gipsum.
41 De his q in potu sumpserūt litargirum.
42 De his q in potu sumpserūt argētuꝫ viuum: vel in quoꝝ aure fixū fuit. vl̄ q sumpserūt ꝯcifur.
43 De his q in potu sumpserunt cerusam.
44 De his q ī potu sumpserūt calcē ꝛ auripigmentū sil̄ ꝛ arsenicuꝫ sublimatū vl̄ eursiā de qua fit sapo vl̄ ī q̄ꝝ ore ml̄t⁹ fum⁹ arsenici ītrauit.
45 De his qb⁹ nocuit squāma ferri vel qui eius limaturā sumpserūt.
46 De his q in potu sumpserūt florē eris.
47 De his q in potu sumpserūt calcāthū aut alum̄ ꝛ multuꝫ de eo in potu sumpserunt.
48 De his q ī potu sūpserūt titimalum ex quo multum soluti fuerūt.
49 De his q in potu sumpserūt elleboꝝ albū: nucē vōicā ꝯdisi ꝛ artanitā.
50 De his q in potu sumpserūt elleboꝝ nigrū.
51 De his q in potu sumpserunt dend.
52 De his q in potu sumpserūt euforbiuꝫ.

53 De his q in potu sumpse/ rūt meçereon.
54 De vtutib⁹ mediciāꝝ laxatiuaꝝ ꝛ de rectificatiōe earum.
55 De exemplo ꝯpositiōis medicinarum laxatiuarum.

De collectionib⁹ ꝛ aggregationib⁹ sanatiōis venenorū ꝛ morsus venenosoꝝ aīaliuꝫ ꝛ cautela. CAP. I.



Summe ꝛ aggregationes medicādi venena: ꝛ mōsus venenosorū aīaliuꝫ: ꝛ custodiēdi se ab eis. Qui cibuꝫ aut nutriēs aliqđ suspectū habuerit: oꝫ vt in quo est supflua dulcedo aut supabūdās acetositas: ꝛ ad vltimū qcqd saporē hꝫ supabundātē ꝛ fortē: nequaq̄ꝫ comedat. Perniciose.n.medicine nullo mō misceri possunt: nisi talibus nutriētib⁹. Malū quoqꝫ si habuerit cib⁹ odorē dimittēdus erit. Si qs p̄terea timet ne venenū ei tribuatur aliquā ex medicinis q̄ venenoꝝ opatiōnē remouere aut debilitare cōsueuerūt assidue sumere oꝫ: si eas hauriēdo in potu venenū ꝑuenire poterit: quas in fine hui⁹ tractat⁹ nominabimus. Et si qn̄qꝫ cōtingat ipm ante eaꝝ potū venenū sumere opꝫ vt ea hora qua mutationē ꝛ estuationeꝫ sentire cepit: aq̄ tepida ꝛ oleū sisaminuꝫ ei in potu tribuātur. De qb⁹ tm̄ sumat donec venter repleat̄: deīde vt vomat ꝑsuadendū. Si aūt vomitū tardari ꝛ pigritari cōspexeris: in aq̄ coque anetū cui in p̄dicta aq̄ mel ꝛ baurach ꝛ salē āmisce. Cūqꝫ euꝫ multotiēs vomere feceris: attēde an in iferioribus vētris estuationē sentiat. Et si ita fuerit: colliriū ano suppone aut cū clisteri vētrē solue. In stomaco aūt si p̄dicta senserit accn̄tia: medicamē est ei tribuendum: qđ cū biberit soluat̄. Est etiā melius vt vtrūqꝫ simꝉ ꝑficias. Et si post hec eger ab oībus q̄ sentiebat geuerit: vtile erit. Si aūt nō: ꝯsidera que accidētia ipsuꝫ cōmitantur. vꝫ. si ē stimulatio ꝛ incisio: ꝛ in aliquo loco ventris corrosio: aut si est feruor ꝛ sudor ꝛ faciei rubor: ꝛ venaruꝫ tumor: atqꝫ angustia ꝛ sitis: ꝛ fetor oris: ac oculoꝝ citrinitas aut ꝯgelatio: ꝛ eleuçegi ꝛ stupō: atqꝫ subeth: aut si nllꝫ predictoꝝ in ipso appet: ipse tamē deteriorari icipit: cui ēt sincopis ꝛ sue vtutis dissolō frequēter accidūt. Accidētia nāqꝫ que ꝑus noīauimus: venenoꝝ calidoꝝ ꝛ corrosiuoꝝ sunt. Scđa aūt que modo rettulimus sunt accidētia venenoꝝ que cū tota sua suba boīum cōplonibus contraria īueniunt̄. Et si ꝑma inueneris accn̄tia: lac ꝛ butyrū: ꝛ oleū amigdalarū ad potādū egro tribue: quē ēt cōfectiōes ex çuccaro caľas ꝛ subtiliatiuas cū oleo amigdalarū dulciū sumere facias: hoc nāqꝫ veneni acuitatē frangit: ꝛ eius repmit mordicationē. Scđa aūt cuꝫ itellexeris accidētia aq̄ cū niue: ꝛ sauich cum aq̄ ꝛ niue ꝛ çuccaro. atqꝫ aquā ro. ad bibendū tribue. Trociscos q̄qꝫ de camphora eū sumere facias: oleūqꝫ roseum ifridatū vt bibat suade. Preterea attēde in quo loco corporis vehementiorē sentiat iflāmationē cui ex lēticula aq̄ in niue ifridata empl'm suppone: qđ tādiu mutando renouabis: donec loc⁹ ex frigoris nimietate stupidus fiat: deīde psiliuꝫ: atqꝫ lac vaccinū de quo butyꝝ extractū fuerit: necnō frigidorū fructuū succū ei tribue. In quo si repl'onis apparuerit signa: ipm flōma. Uētrē quoqꝫ si strictus fuerit: cū medicina solue: deīde ciba cū extractione ꝛ ifridatiōe. Tertias aūt significatiōes si ꝯspexeris: allia ꝛ sinapi: ꝛ ex medicamine de asa egro: tribue: vinūqꝫ vetus ꝛ forte ac puruꝫ: eū potare facias. Ipm tm̄ dormire nō ꝑmittas: ſꝫ fac eū sitire: corpusqꝫ ei⁹ frica atqꝫ caput ꝛ pect⁹ cū pāno calefacto calefacias. Significatiōes aūt q̄rte cū apparuerint cito succurre. De.n. venenoꝝ significatiōes oīb⁹ sunt deteriores: vtpote neceꝫ velocius inferētes. Tyriacaꝫ q̄ de viperis: aut metridatū ei statiꝫ tribuas: vinūqꝫ ei ad potanduꝫ da: ꝛ ex reb⁹ odoriferis ei adhibitis: atqꝫ succo carnis ipsum cōforta. Eū quoqꝫ in loco vētoso: ac frigido sedere facias: quē subtilissimis camisijs in aqua rosata sandalum habēte rubeū infusis vestire debet: locūqꝫ qui est in ore stomaci ipsius fricare ꝯuenit. Eū quoqꝫ aliqb⁹ horis sternutare ꝛ vomere facias. Hic vō si multuꝫ debilis extiterit in ipsius os ventū suffla aut flabellādo ītrare coge. Cui si frequēter acciderit sincopis que fortis existat ꝛ occultet̄ pupilla: pulsus quoqꝫ atqꝫ anhelitus ad vltimū perueniāt debilitatis: ꝛ supuenerit sudor paruus ꝛ frīdus ꝓculdubio morit̄. Uenenosoꝝ aūt aīalium pūctura ꝛ morsus: si cuius fuit ignorat̄: ilico ex quo morsum senserit patiēs: ea pars q̄ loco morsus suꝑest ligāda est: locusqꝫ sugēdus. Uētosa quoqꝫ vehemēter ignita aut vētosa cū scarificatōe loco supponēda est: atqꝫ ex pullis ī medio scissis calidis exn̄tibus empl'm sup locū patiētē est imponēduꝫ. Postq̄ꝫ vō eger calorē iā ꝗeuisse: nec ad corpis ꝓfunduꝫ penetrādo accedere ꝑsenserit: iā bonitatis spes aderit. Et si nō hoc mō fuerit: empl'm ex fimo colūbino ꝛ mētastro aut ex sulfure ꝛ vrina: aut ex isto empl'o supponat̄: qđ. ℞. castorei: serapini: asse: sulfuris: fimi colūbini: mētastri: pulegy: heruini: oīuꝫ ꝑtes eq̄les. picis: ꝛ olei veteris q̄ꝫtuꝫ ad eoꝝ cōmixtiōeꝫ sufficere possit: ex his oībus in mortario eo vsqꝫ cōquassatis dōec vniant̄ fiat empl'm. Infirm⁹ aūt si cū ꝑus in mēbro friditatē pateret̄ ex hui⁹ empl'i suꝑpōne remediū senserit: ex reb⁹ caľis ipm curare studeꝛ ecōtrario. Si aūt ad hoc ꝑuētuꝫ fuerit: vt ifirmus in loco morsus aliqđ vnū de accn̄tib⁹ q̄ noīauim⁹ presenserit: ꝛ ex medicinis quas ibi rettulim⁹ sanet̄. Ideoqꝫ oꝫ vt nemo cū aīali ludat quod ignorat: neqꝫ rē quā nescit in os suū mittat: neqꝫ corp⁹ suū ex ipsa fricari faciat. In māsionibus quoqꝫ vbi hō aīalium timor existit fenestre claudāturꝛ se vt postea dicem⁹ si deo placuerit: custodiat.

Descriptio medicamis de asa q̄ ad frā venena facit: ꝛ ad scorpionuꝫ ꝛ rutele morsus: necnon egritudinibus frīdis cōfert. ℞. folioꝝ ruthe sicce: costi: mentastri sicci: piretri: cordumeni: oīuꝫ ꝑtes eq̄les: ase q̄ꝫtuꝫ est oīuꝫ pars quarta mellis qđ sufficit: dosis ei⁹ q̄ in potu sumit̄ a magnitudie icipiēs auellane: vsqꝫ ad nucis ꝓtenditur magnitudineꝫ.

Medicamen ex nucib⁹ ꝛ ficub⁹ qđ omnes venenosorū aīaliuꝫ modos nocere ꝓhibet. ℞. nucum a duab⁹ corticibus excorticataꝝ ꝑtē. i. salis grādiosi: folioꝝ ruthe āboꝝ. an̄. sextā vnius ꝑtis ficuū albaꝝ q̄ꝫtuꝫ ad predictoꝝ sufficit cōmixtionē. Ex qb⁹ cū mixta fuerit nucis fiat silr̄tudo ꝛ comedat̄. Quib⁹ vti icipiat qcūqꝫ ne veneno ꝑimat̄ timet: ꝛ sumat ex ea ēt ante cibuꝫ suuꝫ: hoc nāqꝫ est medicamē: qđ venena expellit. Tyriaca de terra sigillata: que ē expta. Nā si ex ea aliqs potauerit q venenū sumpsit vomere nō cessabit dōec totū vomat venenū. ℞. terre sigillate: bacaꝝ lauri. vtriusqꝫ ꝑtes eq̄les terant̄: ꝛ cū butyro vaccio iūgant̄: ꝛ cū melle ꝯficiant̄ ꝛ recōdat̄ medicamē: de q̄ an̄ cibū in q̄ mala habet̄ suspitio: aut post eū aliqđ sumat̄: aut ēt cū malū supuenerit accn̄s. Nā si ea vtēs venenū sumpserit: ilico cū vomere faciet. Et si venenū nō acceperit: neqꝫ q̄ꝫ vōitū aduēire faciet. Quapp̄ dōec vōit⁹ affuerit: ipsa ī potu dāda erit. Post h̄ āt significatōes q̄ appent sūt attēdēde: ꝛ ex medicis q̄s dixim⁹ cura adhibēda.

Metridatū qđ ē medicamē nobile. q̄ si qs assidue vtat̄: c⁹ postea spēs tribuat̄ ꝑniciosa: n̄ ei nocebit: cū h̄ q̄ꝫ cibi appetitū ꝯfōtat: coitūqꝫ ꝯmouet: ꝛ colorē reddit p'chꝝ: atqꝫ malas cogitatōes ex col'a nig. ꝛ ꝯfabulatiōes aīe ꝓueniētes rēouet. Urīe q̄ꝫ difficl'tateꝫ soluit: ꝛ ātiq̄ vētris fluxui auxiliat̄ visūqꝫ necnō oēs alios acuit sensus. ℞. mirre croci oriētalis: aga. çinç. cinamōi: oīuꝫ. ana. ʒ. x. thuris: macis: nardi nasurty: sqnāti: ell'i: xilobal. sticados: siseleos: costi dulcis: galbani: terbētie: macropipis: castorei: ẏpoqstidos storacis liqde: oppoponacis foly: omniuꝫ. ana. ʒ. viij. cassie

ligneæ:melanopipis: leucopipis mellilotí:poly:scordeon: dauci:opobalsami:cãpobalsami:medicamis d f...:o:bdelly iudaici oĩuz.ana.ʒ.vij.spice celtice:ãmoniaci: masticis: gũmi arabici:seminis feniculi:rosaꝝ siccaruz:olixatri:cordumeni:gentiane romane:pulegij ceruini:oĩuz.añ.ʒ.ʃ.anisi:meu:acathie:faufel:ypericon:iguinis stici:oĩum.ana.ʒ.iiij.assari:serapini:amboruz.ana.ʒ.iij.opij.ʒ.ʃ.foliorũ ruthe.ʒ.ij.⁊.ʃ.Cõficitur sic: gũme vio funduntur veteri ⁊ in mortario donec mollescant cuz pistello agitantur:deinde cum melle dispumato qḋ sufficit cõficiuntur.De hoc aũt medicamine q̃ntum est auellana aut paruz plus aut parũ min⁹ ẽ dãdũ.Cũ aũt aliqḋ supuenerit accñs: ⁊ fuerit neĉe hanc medicinam loco tyriace sumere:bibatur ex ea quantum est nux vna.

Tyriaca de fusio que in metridato recipit̃. ℞.passaruz mundatarũ.ʒ.iiij.terbẽtine.ʒ.xxiiij.mirre:sqnanti: amborum.ana.xij.ciamomi:bdellij:blacte biçãtie:spice celtice: xilocassie:melliloti:ciperi:bacaruz lauri:oĩuz.ana.ʒ.iij.calami aromatici.ʒ.ix.croci oriẽtalis:aspalti:amborũ.ana.ʒ.ij.⁊.ʃ.Conficit̃ sic:ea que mollificari possunt:in vino veteri posita resoluant̃:donec liquida fiãt.Alia aũt omnia trita ⁊ cribellata cuz eis cõiungantur:⁊ cũ melle dispumato cõfecta ⁊ mixta reponant̃.Hec nãq3 est summa curatiõis venenoꝝ:quoꝝ nõ habet̃ noticia. Cũ aũt q̃ sint ex eoꝝ signis q̃ dicturi sum⁹ sciri põt:cũ cura q̃ eis ẽ ꝓpa sanent̃.

De morsibus viperaruz. CAP. II.

Cum vipera aliquẽ momorderit: loc⁹ qui est sup morsum vipere fortissime est ligãdus.Et si morsus in membro fuerit paruo:fueritq3 morsus generis viperarũ que pessime esse cognoscunt̃:de q̈bus non sperat̃ vt ab eis morsi euadere possint:membrũ ilico sub ligatura abscindat̃.Si aũt vipera talis nõ fuerit:patienti ilico det̃ tyriaca de viperis facta.Nõ eni vsq3 ad hoc nr̃m tempus iuenimus qḋ a viperaꝝ morsib⁹ magis hac medicina liberare possit:ꝓpe q̃ recẽs est. Et si hec tyriaca nõ ẽ presens tyriaca metridatis ⁊ trocisci de herbo det̃.

Trociscoꝝ v̉o de herbo hec ẽ descriptio. ℞.seminis andacoke aristo.rotũde:pigami:farine herbi:oĩum ꝑtes eq̃les:ex istis tritis ⁊ cũ aceto cõmixtis fiãt trocisci:de q̈bus pondus vni⁹ aurei cũ vncia vini veteris in potu tribuat̃. HuI⁹ nãq3 medicie v̉tus oꝑationi maioris tyriace in hoc cap°.vicina existit. Aut ẽt det̃ patiẽti pondus duoꝝ aureorum de asa cuz vncia vna vini. Butyꝝ quoq3 vaccinũ ⁊ mel multotiẽs:atq3 cibos vnctuosos ⁊ allia multa ⁊ nuces comedat:⁊ vinũ vet⁹ in potu sumat. Cibariuz ẽt ex nucib⁹ ⁊ allijs ei ꝑparet̃:post cui⁹ comestionẽ vinuz vet⁹ fortissimũ bibãt. Loco ꝑterea ĩ quo ẽ morsus vẽtosa cuz scarificatõe supponat̃:empl'm ẽt qḋ in cap°. de vlcerib⁹ diximus adhibeat̃.Et loca q̃ sunt ĩ circuitu putrefactionis:ex bolo ar.⁊ lẽtibus excorticatis:⁊ aceto vini epithiment̃. Eger q̃z flõmet̃:deide q̃ harũ duaꝝ reꝝ maiorẽ ei iferat timorẽ ꝯsidera.vz.an accñtia q̃ loco morsus accidũt:aut ea q̃ tota accidũt corpori.Naz si sincopis ⁊ casus ⁊ sudor fridus ei acciderit:tũc tua sollicitudo sit magis ad resistẽdũ istis:q̃z eis q̃ in loco morsus fiũt. Quapp loc⁹q morsus ẽ:nõ est curãdus nisi cũ eis soluz q̃ trahunt.

Postq̃z v̉o iã dicta accñtia oĩa quieuerint: ⁊ remota fuerint:⁊ egro nõ timet̃ nisi ex loco morsus:ne.s.in eo vlcera mala ⁊ putrefactio fiãt:tyriaca tũc egro non approximet: neq3 vinũ:neq3 medicie cal'e sunt ei tribuẽde: verũ ipse ẽ minuẽdus:⁊ ipsi⁹ regimẽ est ĩfrigidandũ: ⁊ loc⁹ cuz medicamie vlcerũ pessimoꝝ ẽ sanãdus:⁊ ẽ ẽt cõburẽdus:⁊ oĩo abscindendus cũ hoc necesse fuerit.vz.si videris putrefactionẽ cito de loco ad locuz transire.

De his aũt q̃ ad viperaꝝ morsus ꝓprie faciũt est:vt cancri assati egro multotiẽs det̃.Et ecce hic tyriaca vltima ꝑ qua magna secta bonoꝝ physicoꝝ iam testificata ẽ:qḋ ad mõsus viperaꝝ q̃ntũ tyriaca maior valet. Cui⁹ ẽ descriptio. ℞.anisi.ʒ.x.pipis.ʒ.iij.aristo.rotun.castorei: amboꝝ ana.ʒ.ij.⁊.ʃ.conficiantur cum careno.De qua q̃ntũ est nucis magnitudo in potu tribuat̃.Qui v̉o a vipera morsus ẽ aut q napellos ĩ potu sũpserit:ne ea die dõmiat ꝓhibẽd⁹ ẽ.

Tyriaca de viperis.⁊ ipsa est tyriaca magna. ℞.trocisc. viperarũ:põdus.xxiiij.aur.trociscoꝝ squilliticoꝝ:põdus. xlviij.aur.trociscoꝝ andaracharon.aur.xxiiij. melanopiperis:macropipis:amboꝝ.aur.xxiiij.opij:cinamomi:rosarũ rub.tritaꝝ:seminis napi siluestris:scordeon:yreos:agarici:succi ligritie:balsami puri:oĩum.añ.põdus.xij.aureorũ.mirre:croci oriẽtalis:çinçi. rauedseni:radicuz pentafilon:mẽtastri mõtani:prassij olisatri:sticados arabici.costi amari:leucopipis:pulegij cernini:olibãi:sqnãti: floris terbentine:xilocassie nigre:spice indice:poly: oĩuz.añ. ponḋ. vi.aur.storacis liquide:seminis apij:siseleos: nasturtij babilonici:ameos:camedreos:camepitheos:ypoqstidos:spice celtice:folij indi gentiane romane:seĩs maratri:terre sigillate:colcothar:amomi:nasturtij albi:acori:carpobalsami:ypericon:fu.gũmi ara.cordumeni:anisi:acathie:serapini:oĩuz.añ.iiij.aur.dauci:galbani:aspalti: oppoponacis:cẽtauree mioris:⁊ arist.rotun.castorei:oĩum.ana.ij.aur.mellis dispumati lib.x.vini bene redolẽtis ⁊ clari ac puri lib. iij.Opiũ:⁊ mirra:⁊ ipoqstidos ⁊ serapinũ:⁊ succus ligritie ⁊ storax liquida:⁊ acathia:⁊ oppõacũ sumant̃: ⁊ oĩa hec in mortario posita cuz pauco melle dispumato moueãt̃ donec mollescãt.Deide ex vino ĩfundant̃:⁊ ꝑ tres dies in vase vitreato manere ꝑmittant̃. Postea spica:⁊ cinamomũ: ⁊ çiçiber:et cassia lignea:⁊ nasturtiũ:atq3 castoreũ:⁊ foliũ: ⁊ terra sigillata:⁊ colcothar:⁊ aspaltũ: ac amomũ: oĩa hec trita in mortario cõmisceant̃: ⁊ ex vino aspergant̃.donec vniant̃:deiñ mel ⁊ gũmi arab.⁊ terbentina: ⁊ galbanuz:⁊ balsamũ sumãt̃: ⁊ in caçola posita dõec mixta sint agitẽtur:que tal'r ꝑparata alijs medicinis que in mõtario sunt adiungãtur:⁊ cũ oĩa sil' fuerit:terãtur ⁊ agitẽtur: dõec bñ sit mixta:deide qḋ ex eis fit in piside argẽtea aut stannea que medicamẽ hoc in duabus partib⁹ sui capere possit reponat̃.Uas aũt h̉ nõ sit plenũ:c⁹os cũ corio optime liget̃ q̈ttidie tñ discooꝑiat̃:ac ꝑ vnã horã manere ꝑmittat̃. Ex hac quoq3 medicia nõ nisi post sex mẽses aliq̈d sumatur.

Trocisci de viperis:sumant̃ viꝑe femĩe q̃ in hoc discernunt̃ :q̃ plures duob⁹ habẽt dẽtes:masculini v̉o sex⁹ duos tm̃ habẽt dẽtes.Ex q̈b⁹ eligãtur ille tm̃ q̃ ruffo vicinãtur colori:⁊ sunt cito nobiles:caput frequẽter agitãtes: et q̃ sunt bone habitudis:⁊ pigues oculos habẽtes rubeos:⁊ capita lata:q̃ruz annus iuxta caudaz iuenit̃.Que in tꝑe veris colligãtur in eius.s.medio.Jlle tñ que in littorib⁹ maris morãtur:aut in lacubus.vel in locis q̃ aq̃ salse vicina existũt:neq̃q̃ accipiãtur.Cum aũt collecte fuerit:ilico ex eaꝝ capitib⁹ ⁊ caudis:q̃ntũ ẽ q̃tuor digitoꝝ mẽsura abscidat̃.Et si post abscisionẽ moueant̃ ⁊ agitent̃:sanguĩsq3 ab eis fluxerit multitudo:domestice sunt ⁊ ꝯgrue. Et si hui⁹ ꝯtrium ꝯtigat:nullo mõ in medicamie ponẽde erũt. Deinde eaꝝ coria detrahãtur ⁊ abyciãtur:⁊ qḋ in eaꝝ vẽtrib⁹ ẽ extractũ expellat̃:qḋ aũt reliquũ ẽ cuz aq̃ dulci lauet̃ ⁊ mũdet̃:⁊ ꝑ frusta incisum in caldaria mũda cũ aq̃ ⁊ sale ⁊ aneto donec dissoluat̃:⁊ caro separet̃ ab ossib⁹ coquat̃:deinde ꝓyciant̃ ossa ⁊ ius a carne coletur. Jgnis vero cum quo coquitur sit fortis:qui de carbonibus ilicis vel quercinis fiat.Caro quoq3 prematur vt hũor qui est in ea egrediatur:deinde de ea in pondere sumatur:cui q̃ntuz est ei⁹ quarta pars de tortellis admisceatur:que parum fermenti habentes açimo pani sint vicine nihil acetositatis in se habentes.Et optime desiccate terantur donec sint vt al-

cohol deinceps cū carne simul terant͏̃ ꝛ ex parua q̄ntitate iuris īfundatur. Ex q̄bus postq̄ multoties trite fuerint ꝛ cōmixte trocisci īformētur subtiles. Qui vō eos conficit: manus ꝛ digitos ex balsamo iungat. Quos in vmbra desiccet: singulis horis reuoluēdo. Qui cū desiccātur in vase sicco nihil humorositatis hn̄te: esse debent. Postq̄ aūt bene desiccati fuerint: in vase vitreo recōdantur.

¶ Trocisci squilliticí: cepe q̄ squille vocant͏̃ in tēpore quo metit͏̃ triticū sumant͏̃: que neq̄ sint maxime neq̄ paruissime: ꝛ ex pasta coopte in furno sup laterē posite assari permittant͏̃. Cū aūt pasta qua cooperte sunt assata fuerit: extrahant͏̃: ꝛ ꝓiciant͏̃ pasta ꝛ q̄d ei adhesit: ꝛ q̄d ītus est accipiatur: cui q̄ntū est ei⁹ medietas de farina herbi trita: ꝛ cū subtilissimo pāno cribellata admisceatur. Que postq̄ sic fuerit terant ꝛ misceant͏̃ aliquotiēs: ꝛ ex vīo donec bene sint mixta imbibant͏̃: ꝛ īforment͏̃ trocisci. Qui aūt eos informat: ex oleo roseo inūgat manus suas ꝛ trociscos īformādo eos sic̄ diximus faciat: ꝛ in vase vitreo recōdat.

¶ Trocisci andarachoron. ℞. darsessahaz: calami aromatici: costi: xilobalsami: asari: poly: amomi: masticꝭ: floris cotule albe: fu. oīum. ana. pondus. vi. aureoꝝ: floris squnanti: pōdus. xx. aureoꝝ: rauedseni: xilocassie: cinamo. oīum. aā. aur. xx. spice īdice: foly amboꝝ. aā. aur. xvi. mirre. aureos xxiiij. croci orientalis aur. xij. terant͏̃ oīa ꝛ cribellent͏̃: ꝛ cū vīo redolēte ꝯficiāt͏̃: ex q̄b⁹ īformēt͏̃ troc. ꝛ siccēt͏̃ ī vmbra.

¶ Probatio tyriace: pullo aut cani parū de napelis detur aut vipera sup eū icitetur q̄ ip̄m mordeat: in cui⁹ ore parꝝ de tyriaca ilico ponat͏̃: ꝛ obseruabit͏̃ illesus si de⁹ voluerit. ¶ Aut scamonea ad bibendū ei tribuat͏̃: cui postq̄ vēter fluere ceperit: tyriaca tribuat͏̃ ad auellane magnitudinē: ꝛ restringet͏̃ vēter. ¶ Patiēti quoq̄ vomitū multū ꝛ vehemētē silr̄ facit. de maiorib⁹ itidē ei⁹ vtilitatib⁹ est: q̄ a morsibus viperaruz ꝛ a venenis perniciem inferentibus que quibusdā dant͏̃ illesos cōseruat: ꝛ q̄d lepre cōfert. Ad multa preterea alia remediū affert exceptis istis.

¶ De morsibus scorpionū. CAP. III.

De his que scorpionū ꝯferūt pūcturis ē bibere pōdus vni⁹ aurei cuz aq̄ aut vino ex radicib⁹ collogntidarum siccis. ¶ Aut vni⁹ aurei pōdus ex medicamīe de asa: cū vna. ʒ. vini. ¶ Aut locū q̄ ē sup pūcturā stringere ꝛ ex oleo de ben ꝛ aq̄ calida embrocare ꝛ cuz sambucino in quo castoreū ꝛ euforbiū confricata fuerit: inungere: atq̄ cuz eo locuz fortissime fricare.

¶ Tyriaca q̄ valde scorpionū pūcturis ꝓficit. ℞. radicuz corticū capparoꝝ absinthy: nabati: arist. lon. gētiane: oīuz ptes eq̄les. Dosis hui⁹ in potu. ʒ. iij. sit. est eniz cōgrua.

¶ Tyriaca diatesseron: q̄ pūcturis scorpionū ꝛ alioꝝ reptiliū ꝛ pniciosis venenis ꝯfert: ꝛ magne tyriace in bonitate vicina existit. ℞. gētiane aristo. bacarū lauri. mirre. oīum ptes eq̄les: hec cū melle ꝯfecta in vase reponant͏̃: ꝛ ex hac medicīa cū nec̄e fuerit: ī potu ab vno aureo vsq̄ ad duos ꝛ dimidiū cū. ʒ. vna veteris vini sumatur.

¶ Tyriaca q̄ scorpionū pūcturis vehemēter auxiliat͏̃. ℞ gentiane aristol. mirre: costi: castorei: ruthe: mētastri sicci. pirctri: ȥiȥiberis: piperis: nigelle: oīum ptes eq̄les cōficiātur cū melle det͏̃ ex ea ad nucis magnitudinez cum vino. ¶ Qꝫ si de p̄dictis medicinis nullā habueris: vinū vetus ꝛ allia ad comedendū: tribue atq̄ ex eis loco empl̄m suppone. Locū quoq̄ assidue cū igne calefacias: ꝛ cū medicinis cal'is quas hr̄e poteris. Cū aūt tyriacā dederis: ꝛ dolō sedat⁹ fuerit si febris supueniat: sequenti die sūmo mane egrū flōma ꝛ aquaz ordei: ac cibaria vltime hūiditatis ei tribue ꝛ in ipsi⁹ cautela ne egritudinē icurrat acutā stude. Omnes p̄terea abstinēdos ab apy comestiōe: q̄ ī locis sūt vbi scorpionū multitudo: aut iararet habet͏̃ iubeo.

¶ De puncturis akataretl. CAP. IIII.

Si sunt scorpiōes parui valde caudas post se trahētes: ꝛ sunt in terra cohꝫ: cuius habitatores tyriacā optimā iuenerūt: q̄ exercitualis dicit͏̃ tyriaca: cui⁹ hec est descriptio. ¶ Tyriaca exercitualis. ℞. corticis radic. capparis: radicū collogntide: absinthy romani: aristol. rotun. herba q̄ vocat͏̃ lingua caldeoꝝ haȥeȥ: troximel siluestris sicce: ex his oīb⁹ bn̄ puluериȥatis. ʒ. ij. tribuant͏̃. ¶ Illō p̄terea quo medici vtunt͏̃ in hui⁹ egritudinis cura est: q̄ ei q̄ pūct⁹ est de troximel siluestri sicca: q̄ntuz ter manu vna ꝯtineri pōt tribuūt: ꝛ q̄ poma acetosa dant ad comedendū: ꝛ q̄ de sauich pomoꝝ cū aq̄ frīda donant: aut cum iulep. ¶ Qꝫ si mult⁹ ei supuenerit calor: aq̄ ordei ad potandū tribue. Et si vētris dolorē cū icisione senserit: da ei ad potādū oleū rosatū cū aq̄ ordei: ꝛ citrulos ac cucurbitaz ꝛ lac acetosum ei tribue. ¶ In loco quoq̄ puncture ventosa ponat͏̃: ꝛ ilico sugat͏̃: loc⁹ p̄terea cōburat͏̃ ꝛ medicine calidissime desup ponant͏̃. Negligētia itidez in haꝝ puncturaꝝ cura: lꝫ dolor q̄ in eis sentit͏̃ sit debilis: habēda nō est. Ex istis nāq̄ puncturis in p̄ncipio fortis nō accidit dolor. Post vnū aūt aut duos dies pessima ꝯsequunt͏̃ accīntia: ligua nāq̄ fit vt apostematibus plena: accidūt etiam ei sanguinis mictus ꝛ sincopis: ac cordis tremor. ¶ Si aūt venter eius q̄ punctus est sit strictus: iniectio ex succo siclē et baurach: ꝛ oleo viola. ei p̄ clistere fiat. Cui si fortē inuenerit angustiam: succus maloꝝ acetosorum ꝛ granatoꝝ acetosorum: ꝛ oleuz rosatuz: atq̄ aquā ordei: ꝛ lac statim mulctuz tribuant͏̃. ¶ Si vero infirmuz sanguinē mingere cōtingat: ipsuz p̄us flobotoma: deinde de medicinis ad hoc nominatis ei in potu aliqua tribue: ius quoq̄ pinguiū pullorum eum potare facias. ¶ Ligua quoq̄ si quasi apostematibus plena fuerit vena que est sub ea incidatur: atq̄ gargarism⁹ de succo endiuie ꝛ syrupo acetoso ei fiat. Tremor aūt cordis vehemēs si acciderit: sauich de pomis cū syrupo de pomis: atq̄ lac acetosuz cū trociscis de cāphōa: patiēti donent͏̃. Istis. n. medicis ꝛ caꝝ silib⁹ vtunt͏̃ medici: cū mōsus iararet curare volunt. Tyriaca tū exercitualis nō ob aliud hic ponit͏̃: nisi ꝓpter famaz que apud vulgus est. s. q̄d scorpionuz puncturis ꝓficiat.

¶ Tyriaca q̄ morsibus cōgruit iararet. ℞. troximel siluestris sicce: folioꝝ maloꝝ acetosoruz coriandri sicci: oīum partes equales bibat͏̃: ex ea q̄ntuz trib⁹ vicib⁹ ore capi potest. Qꝫ si corrosio in loco morsus acciderit: cū medicamine acuto curet͏̃: ꝛ ea q̄ sunt in ipsi⁹ circuitu ex bolo ar. ꝛ forti aceto epithiment͏̃: ꝛ cū alys medicaminib⁹ q̄ in cura pessimoꝝ vlcerū ꝛ corrodentiū noīauimus sanentur.

¶ De morsib⁹ rutele ꝛ sibth ꝛ aranci. CAP. V.

Rutela est aīal paruo araneo assimilatū q̄ vocat͏̃ phibit muscas venari solit⁹. Sibth vō magno araneo longos hn̄ti pedes assil'at͏̃. Rutele āt ml'te sī spēs: q̄b⁹ egyptiaca deterior iudicat͏̃. Ex eis āt sūt q̄dā q̄ paꝝ nocēt. ¶ Ex morsu āt ei⁹ q̄ ē rubea: sequunt͏̃ ista: fortꝭ. vꝫ. dolor: ꝛ egerēdi durities. ¶ Sed ex morsu eius q̄ est viridis accidit paru⁹ dolor ꝛ prurit⁹ q̄ velociter sedant͏̃. ¶ Et ex morsu eius q̄ depicta apparet accīntia ista sequunt͏̃: fortis dolō ꝛ in corpe friditas ꝛ tremor. Ex albe aūt rutele morsu: paru⁹ dolor ꝛ prurit⁹: atq̄ vētris fluxus accidūt. ¶ Sꝫ ex morsu eius que sup dorsuz lucentes hꝫ lineas: ꝛ vocat͏̃ stellata: paru⁹ dolor ꝛ prurit⁹: atq̄ stupor: ꝛ corpis relaxatio: ꝯsequunt͏̃. ¶ Ex morsu q̄z ei⁹ q̄ ē citrina sup se villos hn̄s: accidūt dolor vehemētissim⁹: ꝛ tremor: ac sudor: ꝛ vētris īflatio: ꝛ fortasse mors īde sequit͏̃. ¶ Oīuz vō curatio cōis ē: vt patiētes ī aq̄ cal'a tādiu stare p̄mittant͏̃: dōec dolor ab eis rēoueat͏̃. Nā cū ī ea p̄ horā. i. sederit: gescūt hōa.

Cum aūt exierint de aqua: dolor reuertitur. ¶ Cū igitur dolorem postq̃ de aqua exierint sedari conspexeris: locum ex aqua in qua multū salis resolutum fuerit line. ¶ Corpora q̃z eorꝝ calefac eosq̃z ea die balneū ingredi fac ꝛ eos sudare fac: ꝛ diebus postea aliquot: loco etiam emplm̄ ex cinere q fit de ligno fici: ꝛ calce: ꝛ cali: ex aqua calida cōspersis suppone. patienti quoq̃z quātitatē duarum. ʒ. nigelle tribue. ¶ Ille etiam quē sibth momorderit: cū tali medicamīe q̄le ē illud curat̄. ¶ Tiriaca alia ad morsus rutele: vtil̄: ꝛ ꝓbata. ℞. nigelle. ʒ. x. dauci cimini amboꝝ. aā. ʒ. v. semis habel: gallaꝝ cipssi: amboꝝ. aā. ʒ. iij. spice inde: bacaꝝ lauri: aristologie rotūde carpobalsami: cinamomi: gentiane semis andacoche: semis apy: oīum. aā. ʒ. y. cōficiant̄ cum melle: det̄ ex ea ad nucis magnitudinem cū vino veteri. Ad h̄ p̄terea confert: aut medicine scorpionum dentur. ¶ Aranearuꝫ v̄o q̄dam sunt ex quoꝝ morsu adeo sceua cōsequūtur accn̄tia vt extremitates infrigidētur: ꝛ cutis orripilet̄: atq̃z v̄ga erigat̄: ꝛ tēdat̄: ꝛ vēter vēto īpleat̄. Istis v̄o ruta sicca: ꝛ cipi: cū vino dari dēbēt: ꝛ vt ī balneo sedeāt elaborādū: vinū q̃z puꝝ toto illo die lꝫ paulati ī potu ē tribuēdū. ¶ De pūcturis vespaꝝ formicaꝝ ꝛ apum volatiliū. CAP. VI.

Ab hoc confert locū ex aceto ꝛ luto vicissim linire: pānūq̃z aceto infusum ꝛ sup niuē infridatum desup poner̄. ¶ Beneficium q̃z prestat: emplm̄ ex lenticula de stagnis ex aceto imbibita suppositū. ¶ Et aqua niuis eo vsq̃z desup fundere: donec locus reddatur stupidus multū auxiliat̄. Post hec aūt locus ex cāphora ꝛ aq̃ rosata liniat̄: q̄d non semel sed multotiens fieri debet. ¶ Pāni q̃z in aqua rosata infusi ꝛ niue: desup sunt ponēdi: atq̃z de glacie ano aliq̄d est īmittēdum. ¶ De aq̃ etiā cuꝫ niue multa tātū ī potu sumat: donec satiet̄. Qui post hec cū folys basiliconis: aut cum muscis est fricādus. Et si fortis in corpe calor acciderit: rob de succo vue acerbe: ꝛ psilium in potu sumātur. ¶ Eger p̄terea multuꝫ ex citrolis: ꝛ endiuiꝫ: ac lactucis: edat: ꝛ aquā ꝛ acetū: necnon syrupū vehemētis acetositatis: cū succo granatoꝝ ꝛ psilio bibat. ¶ Locus etiam mox multotiens fugatur. Cui etiā cōferūt vt citroli: aut portulaca: aut solatrū: aut semperuiua: aut his similia supponātur. Ad hoc itidem valet vt coriādri sicci ꝛ puluerizati quātum ter manu capi pōt cum zuccharo ꝛ aqua frigida ad bibēdum tribuat̄: ꝛ vt locus cum folys ieributh fricetur.

¶ De morsibus stellionis ꝛ lacerte. CAP. VII.

Cum hec aīalia aliquē mordent dentes in loco morsus dimittunt iōq̃z c dolor ꝑdurat: donec dentes inde euellant̄. De his v̄o que eos exire faciūt: ē vt locus cū oleo ꝛ ciner̄ fricetur: donec egrediātur. Deinde ex cinere cuꝫ oleo cōmixto emplm̄ loco supponat̄. Et si dolor perseuerauerit: locus erit sugendus: postea infirmus in aquam calidā mittēdus ꝛ de tiriaca ad rutele morsus facta: erit ei tribuendum.

¶ De his que fugant venenosa animalia ꝛ lupos ꝛ interficiunt. CAP. VIII.

Q Uando rubedo ⁊ tẽsio ⁊ grauedo in facie ⁊ oculis cum istis affuerint: ⁊ tactus calidus sentitur ⁊ pulsus fuerit magnus ex cephalica facienda est flobothomia ĩ p̄te in qua est doloꝛ: vel in qua doloꝛ magis infestat. Deinde aqua rosata ⁊ oleũ rosatum: ⁊ acetũ sumãtur: ⁊ simul mixta agitẽtur donec ĩspissentur: ⁊ super niuem infrigidata sup̄ caput fundantur. Eger vero a carne abstineat ⁊ a vino: ⁊ comedat adessiam citrinam ⁊ tapsil: ⁊ olera frigida ac fructus frigidos. Uẽter aũt soluat̃ ex mirobalanis citrinis ⁊ prunis ac tamaridis: ⁊ zucharo albissimo. Qꝫ si ista ñ suffecerit: semina maluauisci in aceto posita agitentur quousqꝫ ad spissitudinẽ p̄ueniãt: ex q̄bus emplastrũ capiti sup̄ponatur. ex psilio quoqꝫ ⁊ aceto emplastrũ fieri vtile ẽ. Si autem cũ istis fuerit in pulsu velocitas: ⁊ in tactu sentitur caliditas. sed neqꝫ in facie neqꝫ ĩ oculis fuerit rubedo neqꝫ tẽsio: in p̄ncipio soluat̃ venter. Deinde fiãt ea que diximus. Naribus aũt inyciat̃ oleum viol'. aut oleũ cucurbite dulcis: aut nenufaris oleũ: aut oleũ de floꝛib⁹ salicis: quoꝝ quodlibet sup̄ niuẽ infrigidatũ capiti superfundatur: ⁊ nutriat̃ vt p̄diximus. Eger vero odoꝛet camphoꝛam: ⁊ aquã rosatam ⁊ salices ⁊ violas: ⁊ his similia. Qꝫ si egritudo multũ ĩualescat: sumatur opy: ⁊ cãphoꝛe vniuscuiusqꝫ quãtum p̃oderant duo grana oꝛdei: que dissoluta in oleo de salicibus: mittãtur in nares ⁊ aures. Qꝫ si cum soda nõ fuerit aliquid coꝝ que diximus d̃ rubedine in facie: fueritqꝫ egritudo antiqua: in pꝛincipio venter cum pillulis cochys soluat̃: quas ego feci. Pillule cochie. ℞. pulueris pigre. ʒ. x. collog̃ntide. ʒ. iij. ⁊ tertiam: scamonee. ʒ. ij. ⁊ turbith: sticados. añ. ʒ. v. fiãt pillule ex istis: ⁊ sũt doses. x. Postq̃ vero vẽter solut⁹ fuerit: infundat̃ caput ex oleo sambacio: ⁊ oleo de ben: ⁊ mittatur in aures. Eger quoqꝫ odoꝛet algariam ⁊ insuffletur muscus in naribus. Qꝫ si egritudo multũ infestauerit: sumatur eufoꝛbij ⁊ castoꝛei: amboꝝ ana. sexta pars ʒ. i. Et dissoluta in pauco sambacino mittãtur in nareꝫ: ⁊ aurem. In cephalea vero calida: emplastrũ hoc fronti ⁊ timpoꝛibus est imponẽdũ. Emplastrũ in cephalea calida. ℞. seminis lactucaꝝ sief memite: sandalũ rubeum ⁊ albũ: saufel: rosas: opium fiat ex eis emplastrum postq̃ aceto ⁊ aqua rosata cõspersa fuerit: ⁊ fronti imponat̃: sup̄ quod mittat̃ pãnus aceto ⁊ aqua rosata infusus. Qui cũ tepefactus fuerit: iteꝝ infundat̃ ⁊ desup̄ ponatur. Linimẽtum vero cephalice frigide. ℞. castoꝛeũ: eufoꝛbiuꝫ: piper: sinap̄. stoꝛacem. rutã marubiũ: que siccata ⁊ puluerizata ⁊ triconizata misceãtur: ⁊ conspergãtur vino veteri: ex q̄bus fiant trocisci: ⁊ desiccẽtur. Cũ que necesse fuerit: ex vno in vino veteri: aut oleo costino vel camomelino dissoluto frons multotiẽs liniatur. Hoc enim linimẽtum omni antique cephalee cõfert nõ solũ suppositum: sed etiam auri iniectũ: que seq̄tur illud tempus postq̃ in aliquo de predictis oleis resolutuꝫ fuerit. Egro vero vinum vetus: ⁊ foꝛte dãdum est. Cum aũt cephalea per hebdomadã vnaꝫ p̄seuerauerit: eger in balneũ mittẽdus est atqꝫ sup̄ caput ipsius aqua in qua camomilla ⁊ sansucus: ⁊ sticados arabicus: ⁊ nemem cocta fuerit simul aut sigillatim: fũdẽda ẽ. Qꝫ si cephalea cotidie ante comestionem inuadat ⁊ post comestionẽ recedat succurrẽdũ est ĩfirmo ante hoꝛam: qua venire cõsueuit: dando ei bucellas panis in succo granati aut vue acerbe aut hoꝛũ similium ĩfusas. Si aũt cephalea cõtingat p̄pter multam in sole moꝛam sufficiẽter ex oleo rosato ⁊ aceto ĩfrigidatis curari poterit. Que tamẽ si ex hoc nõ q̄euerit: ex

alijs infridantib⁹ curāda erit. Si aūt adhuc soda pseuerauerit: ⁊ fortior fiat: neq̃ ullo modo remoueat̄ ⁊ timeat̄ ne eger visuz amittat: ⁊ aq̄ ad oculos descēdat timpoꝝ artarie sunt incidēde ⁊ extrahēde. Hoc tñ qd̄ nūc loquimur ē preter nostrā intentionem in hoc libro.

¶ De scotbomia. CAP. II.

Cum aliquis illud qd̄ ante eū ē: circulariter moueri viderit: ⁊ oculi tenebrescunt ⁊ cadere voluerit ⁊ facies ⁊ ocl'i rubuerit i eadē hora vene q̄z q̄ sūt post aures crosse apparuerint: ex ipsi⁹ venis faciēda ē flōmia ⁊ vētose in collo ⁊ tibijs sunt ponēde. ¶ Or si predicte nō apparuerit vene: ⁊ facies fuerit rubea: sanguis ex basilica erit minuēdus ⁊ ventose in tibijs erūt ponende. ¶ In hac p̄terea scbothomie specie: ⁊ in ea quaz ante diximus: caput ex oleo rosato ⁊ aceto ē īfundēdū. ¶ Eger q̄q̄ cal'a cibaria vitare dz. Uēter vō ex apoçimate mirabolanoꝝ citrinoꝝ: qd̄ in capl'o de cephalea dixim⁹: soluēdus ē. ¶ Cū aūt neq̃ in facie rubedo neq̃ febris cū scothomia fuerit attēdēdū ē an sit stōi subuersio: ⁊ nausea. ¶ Que si affuerit: p̄us vomere cogēdus ē. deide de pillulis cochijs dosim vnam sumat: ⁊ a frigidis abstineat cibis. ¶ Si aūt neq̃ aīe subuersio neq̃ nausea affuerint: neq̃ caliditatis signa apparuerit: vēter ex pillulis cochijs multotiens soluat̄. Libaria q̄z frigida oīo vitet: ⁊ gargarism⁹ fiat quo flā deponat̄. ¶ In narib⁹ quoq̃ post illud ponat̄ aliquid de bis que nominauimus quo caput calefiat.

¶ De frenesi. CA. III.

Quando aliquē febris cōclusa ꝯtinua iuaserit cū forti capitis ⁊ oculorum grauedine: ⁊ i facie atq̃ oculis vehemēs fuerit rubedo ⁊ capitis dolor ⁊ horror lumīs affuerit ⁊ in pulsu velocitas: ⁊ frequētie supfluitas iueniant̄: signa frenesis certissima iudicabunt̄. Or si lingua nigra aut citria fiat ⁊ pmisceat̄ itellectus: ⁊ mlt'ū fuerit alienatus ⁊ vigilauerit multū: iā frenesis pfecta erit. ¶ Egro igit̄ anq̄ p̄dicta compleant̄ accidētia: ē subueniēdū ex sanguinis detractiōe ⁊ vētris solutiōe cū succo fructuū. Nutrimētū vō eius sit aq̄ ordei semel aut bis in die sumpta secūduz cōsuetudinē quā in tpe sanitatis habuit. Caput aūt oxirodino infundēdū erit. ¶ Or si multe affuerint vigilie sumat̄ violaꝝ siccaꝝ: corticū papaueris albi ordei excorticati seis lactucaꝝ: radicū mādragore: oīum: añ. ℳ. i. Que oīa in cucuma plena aq̄ tādiu coquant̄: donec aq̄ rubea fiat. Deide aq̄ illa dū ē tepida ab alto sup caput fundat̄ ⁊ sit caput sup ciminile in quo aq̄ colligat̄: q̄ in cucuma posita iteꝝ sup caput fundat̄. ¶ Hoc aūt oī die multotiēs fieri conuenit. ¶ Caput p̄terea ex oleo violato. muliebri lacti ammixto iungēdū erit: qd̄ etiā in coto positū ē supponendū. ¶ Cū aūt eger in p̄ncipio hui⁹ egritudis in viriū fortitudine pmanere iuent⁹ fuerit flōmandus erit nisi sup ifirmū timueris. ¶ Postq̄ vō eius egritudo minui cepit nequaquā flobotomet̄: q̄ si eius iaz dissoluta ē virt⁹: ex alio preseruetur regimine donec euadat.

¶ De apoplexia. CAP. IIII.

Cum aliquis quasi dormiēs iacet: ⁊ sine sōno stertit: ⁊ cū pūgitur nō sentit: ⁊ tūc iā patit̄ apoplexiā. ¶ Est autē huius egritudis quātitas: secūdū qd̄ fortiter aut dbiliter stertit. Si tñ spuma ab ore exierit: nō ē ei medicandū. Cū aūt paꝝ stertit egritudo est leuior. ¶ Hec gdē passio aut cito iterficit: aut in palisim transit. ¶ Cū ergo ista visa fuerit attēdēdū erit: an patiētis facies multū rubere: aut denigrari: aut viridis fieri videatur: queadmodū cōtingit cū sanguis in aliquo mēbro ex coartatiōe retinet̄. Tunc. n. sanguis ilico ex duab⁹ guidegi extrahēdus ē. aut ex duab⁹ cephalicis. ¶ Or si ita nō fuerit: imo cū aerē attrabit. audit̄ in pectore oregmō ex h̄ clisteri erit clisteriçādus. ¶ Or. ℞. collogntide bothormarien centauree miōris arthanithe: ellebori albi: oīuz añ. ℳ. i. Coquant̄ oīa in. iij. lib. aq̄ donec ad vnā redeāt. Deide colent̄. Et ex media libra hui⁹ apoçimatis fiat enema: qd̄ si cito exierit: fiat iteꝝ donec humorū multitudo sil'r cum eo exeat. ¶ Narib⁹ quoq̃ cōdisi: ⁊ elleborus albus suauiter insufflent̄. ¶ Et ē igeniādū vt anacardinū cū ydromelle p os ad stōm multotiēs descendere cogat̄: quaq̃ die sel'. ex quo vnius aurei pondus in potu sumēdū ē. Cui⁹ descriptio ē in capl'o de paralisi. ¶ Sartago p̄terea ferrea calefaciēda ē: ⁊ capiti multotiēs adeo vicināda: vt patiētis capilli adurant̄. ¶ Or si hoc mō nō sanat̄ in medicādo plus laborabim⁹: caput nāq̃ rademus: ⁊ ex sinapi trito ⁊ castoreo ⁊ fortissimo aceto liniem⁹. ¶ In p̄ma aūt hui⁹ passionis specie: post flōmiā stringem⁹ fortiter adiutoria ligādo superi⁹ paꝝ sub cōiunctiōe ipsoꝝ cū spatulis. ⁊ stringemus tibias sil'r. ¶ Capiti quoq̃ supfūdēdū ē oleū rosēū ⁊ acetū vini: ⁊ flobotomia faciēda prius in pedibus: ⁊ postea in nasi extremitate.

¶ De graui dormitatione. CAP. V.

Cum aliquis quasi dormiēs iacet: ⁊ tñ sentit: ⁊ mouet̄: s̄z oculos secūdū plurimū h̄z clausos: quos tñ dū vocat̄: cū clamore: aperit: l̄z iteꝝ statiz claudat: iaz patit̄ subet q̄ cū clisterib⁹ acutis q̄ paulo ante nominauim⁹: curādus ē. In os quoq̃ ipsi⁹ mittem⁹ ydromel ⁊ laborabim⁹ vt descēdat. Ipsū enī nutrimētū existit eius ¶ Caput p̄terea vsq̃ ad diatritū primū exirodino infundem⁹. Post tertiū vō diē sternutationē p̄uocabim⁹ ex his que nominauim⁹: ⁊ rademus caput: ⁊ liniemus ex sinapi: ⁊ castoreo: ⁊ aceto.

¶ De stupidis q̄ semp habēt oculos aptos. CAP VI.

Cum aliquis quasi dormiēs iacet: ⁊ nō mouet̄: ⁊ l̄z oculi sint apti palpebras tñ nō mouet: cōgelatus ē siue rigidus. ¶ Curādus vō ē ex medicinis subet: h̄ tñ addito vt oleū sambacinū sup caput fundat̄ in oī libra cuius sit vncia euforby. ¶ Ipsuz quoq̃ caput ex castoreo ⁊ euforbio: ⁊ oleo sambacino liniatur.

¶ De paralisi. CAP. VII.

Cum aliquis se mouere non valet. aut vnū vel plura ex mēbris mouere nō pōt: atq̃ eoꝝ sensum ammisit. ipm paralisim illius mēbri: aut mēbroꝝ icurrisse p̄nunciamus. Cuius curā incipiem⁹ pillulas fetidas quas ego composui dandoque. ℞. pulueris pigre. ℥. x. colloquintide interioris. ℥. v. euforby. ℥. ij. ⁊ ß. castorei piperis asse serapini. opopōac' seitaragi indi sinap. oīuz. vij. añ. ℥. i. centauree minoris elactery. amboꝝ añ. ℥. v. gūme i succo ruthe dissoluant̄: ⁊ alia ex eis cōficiant̄ ⁊ fiāt pillule ⁊ fiunt ex eis decē potiones. Quaꝝ vnā postq̄ eger sūpserit: p tres dies gescat ⁊ nutriat̄ tūc cū aqua cicer' ⁊ oleo ⁊ sinapi: ⁊ deiñ bibat aliā. ¶ Or postq̄ ter fecerit p aliquot dies quiescat. Et nutriat̄ carne frustratim incisa ⁊ in sartagine frixa: ⁊ muta genat: in q̄bus sint specie calide vt pip ⁊ his silīa. In potu vō sumat ydromel. ¶ Membra quoq̃ eius ex oleo costino inungant̄. Or. ℞. costi. ℥. i. piperis piretri euforby: oīum triū añ. tertiā. ℥. i. castorei. ℥. ß. dissoluant̄ oīa i. ß. lib. olei de cheiri: aut d narcisco: ⁊ vtere eo. ¶ Diebus vero q̄bus qescit: quaq̃ die dande sunt duc. ℥. de anacardino: qd̄ ℞. çinçiberis: piretri nigelle: costi melano. piperis macro piperis oggi: oīum añ. ℥. xx. mirre ruthē sicce asse aristologie baccaꝝ lauri castorei. seitaragi idi: sinapis: gentiāe oīum añ. ℥. v. mellis anacardi. ℥. v. yngant̄ ex oleo:

nucũ: ⁊ cũ melle cocto cõficianť. Hoc eniȝ medicamẽ valde cõfert palisi apoplexie torture: ⁊ tremori: albaras: morsibus scorpionis: ⁊ oĩbus passionibus frigidis: ⁊ spasmo humido. Cum aũt sumiť: ilico prouocat sudorẽ: ⁊ ĩfert febrẽ. ¶ Qꝫ si sumptuȝ nõ affert sanitatẽ eger ab oĩ medicamĩe per decẽ dies abstineat excepta dieta. deĩde ad ipsi⁹ curaȝ redeundũ ẽ. ¶ Qꝫ si paralisis ex percussione: aut casu euenerit: ⁊ acciderit subito: taliter permanebit. ¶ Nunqꝫ.n. sanabitur. Qꝫ si nõ repente ex predictis ſꝫ paulatim ⁊ moliter inuaserit: loco percussionis emplastrũ hoc apponẽdũ erit: qđ. ℞. farinã fenugreci: semen ben: semen maalep: semen resin: bdelliũ amoniacũ adipem anatis: cerã: oleũ de lilio: ex his fiat emplastrum ⁊ superponatur.

¶ De stupore ⁊ tremore. CAP. VIII.



Um aliquis sẽtit aliqđ suorũ mẽbrorum sicut ẽ dispositio pedis cũ fit stupidus dicim⁹ in illo mẽbro stuporẽ esse. Quapropter eius cura nõ est differenda Quando eniȝ prolongatur tempus huius egritudinis perducit ad paralisim. Curať aũt hec passio ex aliqua parte medicinarũ paralisis: ⁊ cuȝ dieta ⁊ vnctione ex oleo costino. Qꝫ si inueterauerit passio: eger ex pillulis fetidis purgandus erit: ⁊ complexio equanda cum anacardino ⁊ dieta. ¶ Tremor aũt ex eisdem curatur: ex quib⁹ sanatur stupor. Sed si ex superflui vini potu euenerit: eger ab ipso erit abstinẽdus. Similiter si aquã que ex niue dissoluitur bibendo hanc incurrerit passionẽ: ab ipsa abstineat: ⁊ balneũ calidissimũ ingrediatur in quo tãdiu moram faciat donec sudet: ⁊ in sole assidue moretur.

¶ De tortura oris. CAP. VIIII.



Um hominis os cõtorqueť: ⁊ vnuȝ de oculis suis claudere non valet: ⁊ si p̃cipitur ei vt sufflet: flatus ab vna tantũ parte exire videtur: ipsum tunc contorsionẽ pati dicimus. Cuius curã incipiemus cũ solutione ventris ex pillulis fetidis. Nutrimentũ vero eius atqꝫ ipsi⁹ potũ ponimus. vt in capitulo de paralisi diximus. ¶ Egrũ preterea quotidie in mane ante q̃ comedat sinapim cum sirupo acetoso gargariçare faciemus. Et mittemus eũ in domũ obscurã: ⁊ precipiemus vt vnã nucem muscatã in parte oris que torta est teneat. ¶ Narib⁹ quoqꝫ sufflabimus condisi vt sternutatio prouocetur. ¶ Spõdiles q̃ colli eius ⁊ faciẽ ei⁹: ⁊ frõtẽ ex oleo costino ĩungere ꝯuenit. Et ẽ quotidie de anacardio vni⁹ aurei põdus sumẽdũ. Et si passio hoc modo soluta nõ fuerit: ad vẽtris solutionẽ: ⁊ egri preseruationẽ redeũdũ est. ¶ De tortura vero que nõ repente sed paulatiȝ accidit nõ loqmur. Ipsa nãqꝫ nõ contingit nisi in frenesi perniciosa morte iaȝ imminente: ⁊ est ex siccitate.

¶ De spasmo. CAP. X.



Um aliquod mẽbrũ alicuius ꝯtrahitur ⁊ ad suaȝ redit originẽ aut pleraqꝫ ex membris sic disponuntur ipsa spasmata esse pronũciamus. ¶ Spasmus autem subito aut paulatim inuadit. Sed spasmo subito eueniẽti: eadem preparanda est cura quaȝ paralisi conferre diximus. In eo tamẽ fricatione manuum ⁊ vnctione ex oleo costino plus vtimur. ¶ Spasmus vero qui non repente sed suauiter accidit post febrem aut multam ventris solutionẽ: aut multum vomitum: aut sanguinis fluxum: malus est ⁊ vix curabilis. Quicquid tamen acciderit: ei mederi incipiemus. Egro nãqꝫ ordei aquaȝ ⁊ iura vnctuosa ⁊ mollia administrabimus: ⁊ in aquã dulcem tepidam ipsum mittemus ⁊ vngemus ex oleo violato tepido: ⁊ oleo de seminibus cucurbite ⁊ precipue neruoruȝ in qbus spasmus est radices. In tina quoqꝫ diu moretur: ⁊ ex oleo violato inungatur. De vino bibat paꝝ: qđ tamẽ multũ habeat aque admixtum: ⁊ ex cibis nutriať humidis.

¶ De epilepsia. CA. XI.

Um aliquis cadit in terraȝ ⁊ torquetur ⁊ cõmouetur: ⁊ intellectum amittit: dicimus ipsum epilepticum esse. Qꝫ si spuma exit per os: aut se comingit: aut sperma egreditur: aut egestio: passio tunc ẽ prauior ⁊ vehemẽtior. ¶ Si aũt eger ante accessionẽ sentit quasi aliquid ex aliquo suorum membrorum eleuari: ⁊ ascendendo caput petere: ⁊ deinde sincopiçatur ⁊ cadit: tũc oportet in hora qua sentit illud ante q̃ istud accidat: membrum a quo procedit quod prediximus: fortiter ligare. prohibebit nanqꝫ hoc accessionem venire. In tempore vero quietis: corpus multotiens erit euacuandũ cum pillulis cochys: ⁊ locus a quo exoritur passio: ex sinapi: ⁊ pipere ⁊ euforbio: ac melle anacardi erit epithimand⁹: vbi epithima dimittendũ erit: donec locus vesicetur: a vesice rũpantur: ⁊ aqua que in eis collecta est: effluat. Ipse quoqꝫ nõ cito sunt consolidande: quin imo dimittende vt quod in eis colligitur emanet deinde consolidentur. Hoc enim omnino huius egritudĩs certa salus existit. ¶ Ad vltimũ etiam ventose cum pauca scarificatione: superponere vtile est. ¶ Egri vero si ante accessionem nauscam aut tristitiam aut cordis tremorem sentit: ⁊ deinde egritudinis accessio sequitur: cogendus est multotiẽs vomere ex aliquo vomitu: deinde pigram in potu sepe accipere conuenit. stomacho quoqꝫ emplastrũ ex spica: ⁊ rosis: ⁊ mastice: ⁊ cortice thuris: cum vino odorifero: imponenduȝ est. ¶ Nutrimentum preterea eius totum taliter statuẽdũ est: vt paucarum sit superfluitatuȝ sicut caro frixa in sartagine: ⁊ caro cocta in caçolis: ⁊ cibus qui fit de aue quadam que habet in palato dentes: ⁊ vocatur taguid: ⁊ caro de volatilibus: ⁊ edina. ¶ Qꝫ si cum epilepsia sensuum affuerit tenebrositas ⁊ debilitas: neqꝫ aliqua de predictis significatõibus inueniatur: egro pillule cochie multotiẽs sunt tribuende ⁊ eius conseruatio subtilianda: ⁊ cibaria que dixim⁹ danda. Gargarismus quoqꝫ fieri debꝫ: ⁊ sternuatio ex his que diximus prouocanda: ac naribus peonie puluis subtilissimus qui simileť alcohol: insufflandus. ¶ Si quis autem cum epilepsia in facie ⁊ oculis rubedinem habuerit: ⁊ venarum crossiciẽ: flobotomãdus ex vena saphena erit. Sanguis etiã ex carnositate tibiarum: cum ventosis erit extrahendus. Capiti preterea: oleum roseum ⁊ acetum superfundantur: ⁊ abstineat a vino: ⁊ a cepis: ⁊ allys: ac sinapi: ⁊ porris: ⁊ apio: ⁊ fabis: ⁊ canabi: ⁊ postremo ab omnib⁹ fumũ caput ascẽdentem ⁊ replentem generantibus.

¶ Electuarium quod omni epilepsie speciei remediuȝ affert. ℞. piretri: sisceleos: sticados. oĩum ana. ℥. x. agarici. ℥. v. cordumeni recentis ⁊ acuti: asse optime aristologie rotunde: omnium añ. ℥. i. ⁊. v. deinde extrahatur succus ex squilla ⁊ mixtus cum pari quantitate mellis coquatur ⁊ ꝯficiantur ex eo species: ⁊ fiat electuariũ ex quo patiens quotidie sumat ⁊ caueat sibi a crossis cibis.

¶ Electuarium hoc omnibus epilepsie speciebus: excepta vna sanguinea: quam galienus nominauit: ⁊ nos etiã eius fecimus mentionem: opitulatur: cui vidi cõferre flobotomiam ex saphena prius: ⁊ postea ex basilica. Deinde eius regimen sit ex his que sanguinẽ in corpore minuunt ⁊ ipꝫ infrigidant. ¶ A carne preterea ⁊ vino abstineat ⁊ bibat rob acetosoꝝ fructuum: capiti quoqꝫ supponantur ea que (ip̄m ĩfrigidãt.

¶ De incubo. CA. XII.

Um quis in somno quasi rem grauem aliquid sup se cadere senserit: incubũ pati denunciandus est. ¶ In ipsius itaqꝫ cura nõ est tardãduȝ. ipse enim epilepsie pre-

ambulus est: ipam quoque precedit. Eger ergo si i colore rubeus fuerit et venas habuerit plenas ex saphena erit minuendus: et ventose in carnositate tibiarum ponende sunt. ¶ Eger preterea a potu vini: et rerum dulcium comestione abstinendus erit: et precipue ab omni re que multum generat sanguinem. ¶ Quod si huic contrarium acciderit venter ex pillulis cochys multotiens erit soluendus: et eius regimen subtiliandum: exercitio quoque vtendum erit: et membra inferiora erunt fricanda.

¶ De melancolia. CAP. XIII.

Cum alicui cogitationes male sine causa manifesta acciderint: et timor et tristitia in eo preualuerit melancolie principium in eo erit. Cum autem res ad hoc deuenerit: vt etiam ea que cogitare cepit ore promat: verbaque sua atque actus permisceat: iam melancolia perfecta est. ¶ Cui ergo bene male cogitationes et tristitia et tribulatio accidunt: antequam preualere incipiant: succurrendum est. Quia si preualuerint: cura erit difficilis. Quod si cum melancolia fuerit dolor ventris et inflatio: et malus color: et digestionis corruptio: et vomitus acetosus et excreationum multitudo incipienda est cura cum flobotomia ex basilica: aut saluatella sinistre manus. Et si sanguis visus fuerit niger: dimittatur egredi in quantitate multa. Subtilis autem et rubeus si fuerit: ilico restringendus erit. ¶ Eger vero ex rebus lenientibus est nutriendus: vt sunt alesfidabegi que fiunt ex carne edina: et arietina: et mittendus est in balneum in quo non diu moretur. ¶ Post hec autem decoctione de epithimo quam ego posui vtatur. et hec est decoctio de epithimo. ℞. mirabolanorum indorum. ʒ. x. polipody. ʒ. v. sene. ʒ. viij. turbith. ʒ. iiij. sticados. ʒ. x. passularum enucleatarum. ʒ. x. epithimi cretensis. ʒ. x. Omnia excepto epithimo in tribus libris aque coquenda sunt donec ad vnam libram et mediam redeant. Cum que hoc factum fuerit: addatur epithimum et ilico ab igne remoueantur et dimittantur donec infrigidari ceperint. Cumque infrigidata fuerit: manibus fricata colentur. ¶ Deinde sumantur agarici due tertie. ʒ. vnius aloes. ʒ. i. salis indi. ʒ. v. ellebori nigri: quarta vnius. ʒ. conficiantur cum melle: aut cum iulep et fiant ex eis pillule que per tres horas ante decoctionis acceptionem sumende erunt. Postea sumat decoctionem. Deinde tribus diebus quiescat. In his autem diebus quibus quiescit: nutriatur ex his que prediximus: et in potu sumat vinum subtile et clarum et bene odoriferum. Post hec quoque iterum soluendus est vt prius: Hoc vero ita vt prediximus tertio iterandum est. Quarta quoque potio ei danda est. ¶ Eger vero ab omnibus que coleram generant nigram: abstinendus est: vt sunt carnes siluestres omnes: et caro vaccina: et porcina: et magnarum caprarum et fabe: et caro salita: et caseus vetus et proprie lentes: et omnia olera nisi humefacientia. Vitet preterea vinum crossum: et laborem: et vigilias: neque patiatur famem neque sitim: vino vero subtili in potu vtatur: et precipiendum ei vt dormiat: et studendum in splenis curatione: ex his que in sequentibus in capitulo de splenis curatione que augmentatur dicturi sumus. Os quoque stomachi confortandum est: et proprie ex medicinis quarum mentionem in sequentibus facturi sumus cum egritudines stomachi nominabimus. ¶ Si autem cum melancolia ea que nominauimus non fuerint: acciderit que post frenesim: aut longam moram sub sole: aut percussionem in capite: in principio ex cephalica flobotomia est facienda: et capiti studium adhibendum: et reliquo regimine quod diximus proprie. ¶ Aqua preterea tepida ab alto loco super caput fundenda est: deinde oleum roseum cum aceto vini capiti infundatur: et lac muliebre desuper mulgeatur. ¶ Naribus etiam oleum de semine cucurbite dulcis: et lac muliebre inyciantur. ¶ In balneum quoque sepe mittendus est: et multum ex aqua tepida capiti est superfundendum. Eger etiam omnia odorifera que frigida sunt odoret. ¶ Si autem cum melancolia nihil fuerit eorum que diximus: in principio matrix vena dextri brachy aperienda erit et sanguis erit considerandus: et vt prediximus faciendum: et regendum vt diximus. ¶ Et postquam hoc regimen infirmo adhibueris: per aliquot dies quiescere dimittendus est: deinde vt prius in cura eius incipiendum: donec sanitatis fiat restitutio. ¶ Studium vero totum quod erga melancolicos est obseruandum: est vt impinguentur et carnosi fiant. Ex quo enim pingues et carnosi fuerint: ilico sani erunt. ¶ Cibi autem qui illis congruunt sunt caro arietina: et edina: et gallinacea et panis de simula. Opirus autem panis: nullo modo est eis congruus. Vinum quoque subtile: et clarum eis conueniens est. Vinum vero crossum: non est eis bonum neque nigrum. ¶ Lac autem recenter ab vberibus extractum dum adhuc calet: eis confert: et pisces recentes et sisami de çucharo facti et oleum amigdalinum. ¶ Preterea audire cantilenas et gaudere et habere ante se res deliciosas et dormire plurimum: confert eis. Econtrario vero cogitare: et solus morari: et vigilare maxime nocet eis.

¶ Pillule que coleram nigram expellunt ex quibus dantur his qui decoctionem sumere nequeunt. ℞. epithimi cretensis. ʒ. xx. polipody: agarici: amborum ana. ʒ. x. ellebori nigri salis indi: amborum ana. ʒ. v. sticados. ʒ. vij. pulueris yerepigre. ʒ. xv. bibat ex eis. ʒ. iij. ¶ In diebus vero quibus quiescit eger debet sumere ex electuario quod vocatur letificans: quod. ℞. mellisse: corticum citri gariofilorum gallie muscate: masticis: croci orientalis cinamomi nucis muscate: cardamomi: neberemisch: been albi: et rubei: çedoarie: doronici: seminis oçimi maioris seminis oçimi gariofilati: omnium ana. partes equales: musci quantum est decima partis vnius. Deinde sumantur chebuli. xx. et embli. xx. et terantur: et in tribus libris aque coquantur donec ad vnam redeant: et colentur. In colatura vero mittatur mellis lib. i. Deinde buliat donec aqua consumpta sit. Post ex hoc melle conficiantur predicte species: quod tamen in pondere sit triplum ad species: de quo cum necesse fuerit ad magnitudinem auellane sumendum est. Hoc enim medicamen letitiam: et coloris pulcritudinem et digestionis bonitatem operatur: et retardat canos.

¶ De catarro. CAP. XIIII.

Cum caput alicuius in egressione balnei discoopertum fuerit. Aut post exercitium: aut post aliud: fueritque aer frigidus et ventus septentrionalis: et acciderit inde naribus et palato pruritus et commotio: et sternutatio: pannus tunc calefaciendus erit: et capiti supponendus: in quo tamdiu moretur donec eger calorem in capitis profunditatem penetrasse sentiat. ¶ Deinde nigellam odorare incipiat: et prouocetur sternutatio: et caueat ne supinus iaceat: et comedat parum. A vino quoque omnino abstineat. Quod si passio ex appositione panni calidi alleuiata non fuerit: neque minuitur per ipsum fiat flobotomia ex cephalica: et soluatur natura ex rebus que non exasperant: sicut hec decoctio quam in potu sumere debet qui tussim patitur: et in pectore asperitatem habet: et indiget ventris solutione que. ℞. iuiubas. xx. sebesten. xxx. passularum enucleatarum. ʒ. x. violarum sic. ʒ. iiij. radicis liquiritie fricate. ʒ. v. ficus citrinas. x. coquantur in tribus libris aque donec redeant ad vnam et colentur et in colatura dissoluantur cassie fistule. ʒ. vj. terenia bin. ʒ. x. ¶ Quod si neque flobotomia profuerit neque ventris solutio et materia ad pectus descenderit: et commoueantur tussis et febris ilico fiat flobotomia: et patiens a carne abstineat et vino: et in potu sumat aquam ordei et muraba violatum: quamdiu calor fixus perseuerauerit: et tussis fuerit sicca et aspera. ¶ Sed postquam calor quieuerit et tussis mollificata fuerit: et screare inceperit. Hec decoctio quaque die cum muraba violata danda erit: donec pectus mundificetur et

tussis sedet: et vox clara reddatur: que. ℞. ficus citrinas. v. iniubas. x. sebestē. xx. passularum albarum et enucleatarum. ʒ. x. liquiritie excorticate. ʒ. ß. coquātur vsq; ad dissolutionem et colentur: et dentur ex hoc omni die. ʒ. ij. in potu cum muraba violato. ʒ. ß. ❡ Si vero tussis inueterauerit ac diu permanserit: tunc ostendemus qualiter curanda sit: cum de tussis cura tractabimus. ❡ Qr si cursus in naribus diu perseuerauerit: et nō fuerit calor: fluxus erit restringēdus suffumigando nares per traiectorium. ❡ Et si quod per nares effluit subtile: et acutum ac citrinum fuerit: suffumigatio fiat ex sulphure infuso prius in aceto et postea siccato: aut ex fabis: aut ordeo excorticatis: et in aceto prius īfusis et post siccatis: aut ex zucharo albo: et sandalo albo. ❡ Qr si neq; calor neq; rubedo in facie fuerint: suffumigatio fiat ex costo: aut thure. Hec nāq; suffumigatio fluxū restrigit.

❡ De obtalmia. CAP. XV.




Um ea que in oculis alba sunt: in rubedinem mutata fuerint: fluxerintq; lachrime: et in angulis oculorum lacrimalibus lippitudo collecta fuerit. Dicemus tunc egrū pati obtalmiam: et quanto plus sinthomatum vehementia: aut ipsorum affuerit minoratio tāto erit obtalmie fortitudo aut eius debilitas. ❡ Deterior autem obtalmia est: cum alba oculorum videātur inflata et adeo eleuata vt oculorum cooperiant nigredinem et palpebre īuersentur. ❡ In principio vero curatiōis obtalmie: cephalica ē flomā da: ex manu vel brachio ptis contrarie in q̄ ē ocul⁹ infirm⁹ nisi leuis fuerit obtalmia. ❡ Et q̄to fortior fuerit obtalmia: tāto plus ē minuēdū ex sanguīe. Deinde vēter ex mirabolanis citrinis: et tereniabim: et succo fructuū soluendus est. ❡ Et eger a carne et vino: et a rebus dulcibus abstinere debet et cibum minuere. Qr si ista nō suffecerint sief album in lacte puellam lactentis: fricandum et in oculo distillandum. ❡ Et si lippitudinis multitudo in oculo collecta fuerit: radius coto inuoluatur: et madefiat in aqua: et cum eo oculus ab illa lippa mundetur. Deinde puluis albus aspergatur: et superponendo oculis aliquid suauiter sustentetur: et ligetur: et eger in domum tenebrosam mittatur: et ingeniandū est quantum possibile est vt somnus prouocetur. Caueat tamen ne super oculum infirmum dormiat et ne caput depressum sit: sed superius eleuatum: neq; vestimentorū capitia sint stricta: neq; in faciem se diu proyciat. ❡ Si aūt oculus leuior fiat: et dolor sedetur ac lachrime minuāt: flobotomia iam facta et ventre soluto balneum multotiens et frequenter ingrediatur. Ex hoc enim passionis reliquie dissoluentur. ❡ Qr si in oculo humorositas et grauedo remāserit: puluis citrinus erit immittendus. ❡ Ex his autem que habenti obtalmiam multum conferunt: est: vt frons et palpebre: ex hoc liniantur epithimate: quod. ℞. sief memithe: rosarum aloes licij: sandali rubei: fausel: croci orientalis: oīum aā. partes equales: fiant ex his pille. Cumq; necesse fuerit resoluatur vna ex eis in succo coriandri aut in succo endiuie aut cum aqua rosata: et liniat cum eo si deus voluerit.

❡ Sief album. ℞. ceruse ablute. ʒ. x. sarcocolle crosse. ʒ. ij. dragaganti. ʒ. i. opij. ʒ. ß. fiant ex his forme lenti similes.

❡ Puluis citrin⁹ ℞. sarcocolle. ʒ. x. aloes. ʒ. ij. croci. ʒ. ij. mirre. ʒ. i. licij. ʒ. ij. ex eis optime tritis imittatur puluis cum opus fuerit.

❡ Puluis albus. ℞. sarcocollam albam et pinguē que mittatur in lac mulieris: quod melius erit cum alicuius iuuencule fuerit: et dimittatur in vmbra donec siccetur: et teratur optime: et omnibus. ʒ. x. ipsius addantur de sief memithe. ʒ. ij. que iterum optime trita reponantur: et cum opus fuerit in oculum mittantur.

❡ De vlceribus oculorum. CAP. XVI.



Um in oculo fortis dolor: et punctio nociua ac pulsus sentiuntur: et lacrimarum fluit multitudo: cum palpebre eleuantur et oculi aperiuntur: Loca que sūt in albis ipsorū inueniuntur rubea: et si totum fuerit rubeum: et vnus locus magis rubere inuenitur. Aut in nigredine locus aliquis albus apparet: pustula iam in oculo exorta est. ❡ Ad hanc vero curandum passionem necessarius est medicus in curis oculorum valde istructus. Nos tamen curationis ipsius summas et aggregatiōes dicem⁹. ❡ Dicimus itaque q vlcera que in coniunctiua nascuntur hoc est in albis oculorum: nō adeo sunt timenda vt ea que in cornea hoc est in oculi nigredine fiunt. Deterius vero vlcerum: est illud quod in nigredine sub pupilla existit Eminentia nāq; ad istud est velocior. ❡ Horum autem vlcerum curam cum flobotomia incipere debemus: et sanguinis extrahere multitudinem: secundum q possibile fuerit. Consequenter autem venter soluendus: et eger sibi cauere debet a carne et vino dulci: et esse contentus herbis frigidis: et ī potu sola aqua vti. ❡ In oculo vero initio sief album cum lacte mulieris mittendum: et si pulsus iam alleuiari: et sedari videntur: sperandum est q egritudo soluetur sine saniei collectione. ❡ Qr si pulsus post sanguinis extractionem et ventris solutionem: ac sief albi immissionem quiescere nō videtur: parua fiducia in hoc quod diximus est habenda. Et itaq; tunc sief de olibano mittēdum in oculum: et pila aliqua oculo superponenda: et cum ligatura stringenda: ante vero q̄ hoc eueniat: oculus suauiter est ligandus: et sine superpositione pile: et non cesses in oculum de sief de thure sepe distillare. donec sanies in pupilla videatur. Ex quo eni hoc visum fuerit: sief de plūbo vti necesse erit vsq; quo profunditas fiat plana: et tota caro generetur. ❡ Ea tamen que diximus: tunc sunt faciēnda: cum pustula non est magna. Quoniam cum magna fuerit: fueritque iuxta pupillam: aut inferius ea: erit tunc necesse vt cum eliescir medicetur: ne oculus emineat. Ad pile quoq; superpositionem: et ligaturam erit redeundum. ❡ Eger preterea semp supinus iacere debet: et a forti motu abstinere. Cum autem caro in loco vlcerum perfecte generata fuerit vel vlcus apostematis carne repletus fuerit: remanebit ibi in oculo albedo. ❡ Qr si vlcus fuerit profūdum: albedo erit crossa: et si in superficie tantum cornee fuerit erit subtilis. ❡ Ulcus quoque si a pupilla fuerit remotum: et steterit separatim per se: vestigium illud quod remanet: nihil mali faciet. Si autem iuxta pupillam fuerit quandoq; post vlceris curationem: vestigium remanens prohibebit visionem. Quapropter tunc est vtendum medicinis q̄bus vestigiū q̄d diximus abstergi et deleri possit.

❡ Sief de thure. ℞. armoniaci: sarcocolle amborum aā. ʒ. v. thuris. ʒ. x. croci. ʒ. ij. conficiantur ex mucillagine fenugreci: et fiant ex eis sief.

❡ Sief de plūbo. ℞. plumbi adusti: antimonij: thutie ablute: calcecumenō: gūmi arabici dragaganti: oīum. aā. ʒ. viij. opij. ʒ. ß. terantur et cum panno sericino qui sit subtilissim⁹ cribellent et cōspergant ex pluuiali: et fiant ex eis sief.

❡ Sief ex quo caro ī vlceribus oculorū generatur: et vuee egressio prohibetur et vestigium subtiliatur. ℞. climie ablute: thutie: ablute ceruse: antimonij: thuris: omnium: aā. ʒ. ij. mirre. ʒ. i. sarcocolle crosse. ʒ. i. et ʒ. ß. sanguinis dracōis: aloes: opij: omnium aā. ʒ. i. fiant ex eis sief.

❡ Elescir quo est vtendum cum timetur ne ex vlcere vuee sequatur egressio. ℞. antimonij: ematitis: amborū aā. ʒ. x. achathie. ʒ. ij. aloes. ʒ. i. terantur: et fiant ex eis sief. et administrentur apud necessitatem.

❡ De his que in oculis cadunt siue sit pilus siue palea siue aliud. CAP. XVII.


Umatur resina idest gumma pini: ⁊ per oculum trahatur: ⁊ ex trahit illud quod in oculo cecidit.

¶ De albedine q̄ fit ī oculo. CAP. XVIII.


Lbedo que in oculo contingit: est vestigium post vlcerum curationem remanens quando consolidantur. Que cū in oculis puerorum fit leuior est ad curandum q̄z cuz accidit annosis fit: ad sanandum fortasse impossibilis existit: nisi subtilissima fuerit. Hec autem passio ex his medicaminibus curanda est: postq̄z eger balneum egressus fuerit aut faciem super vaporem aque calide vsquequo rubea fit tenuerit. Si tamen ex hoc medicamine in venis oculi rubedo ⁊ dolor prouenerint per aliquot dies: ab eo quiescendum est: donec oculus quiescat: ⁊ post ad id redeūdum.

¶ Medicamen valde vtile ad albedinem remouendam ⁊ cito eradicandam. ego quoqȝ nō vidi quod eo meli⁹ aut equale esset ad albedineȝ delendaȝ. ℞. masacume: spume maris stercoris magni lacerti: baurach: çuchari higeri: oīum an̄ partes equales. Deinde sumantur acori: celidonie seni amborum an̄. ʒ. x. coquantur in libra vna aque donec ad quartam redeat: ⁊ colentur: ⁊ ex hac aqua imbibantur species quas prediximus: ita q̄ conficiantur ex ea: ⁊ siccentur in vmbra: deinde interim terantur ⁊ conspergant̄ vt prius ⁊ siccentur. Et postq̄z quater factum fuerit: siccētur ⁊ terantur: ⁊ in oculo mittantur. Hoc eniȝ medicamē nulli vt prediximus compar existit in remotione albedinis. Remouet enim hoc medicamen grossam albedineȝ etiam ex oculis animalium.

¶ De scabie: ⁊ sebel. CAP. XIX.


Um palpebra inuersatur ⁊ interius appareat rubea ⁊ aspera: scabies adest. Et cum super alba oculorū ac super nigredīe videtur similitudo panniculi ex venis rubeis ⁊ crossis texti: adest passio q̄ vocatur sebel. He vero due passiones graues sunt ⁊ cronice: ⁊ vix curabiles: patiens tamen dum sanus est flobotomia ex brachio ⁊ fronte ⁊ ventris solutione vt debet: ⁊ in comestōe vitare dactilos ⁊ sisamos de melle ⁊ vitet ebrietatem. Et quando nō est plenus: sepe ingredi balneuȝ est ei vtile: ⁊ frequenter immittere oculo sief rubeum similiter confert.

¶ Sief rubeum. ℞. emathitis: colcotar combusti: amborum an̄. ʒ. iij. eris vsti. ʒ. ij. mirre croci amborum an̄. ʒ. i. piperis longi. ʒ. s. conspergantur ex vino veteri: ⁊ fiant ex eis sief

¶ His preterea egritudinibus viride confert sief cuius descriptio in capitulo de vngula continetur. Et si passiones iste vetuste fiant: scabies fricatione indigebit: ⁊ sebel: collectione. Non tamen mensure huius libri congruit vt de his tractemus.

¶ De lachrimalibus cū prurīunt. CAP. XX.


Adiuia tenera sumatur ⁊ conteratur ⁊ fiant ex ea magdaliōes parui: ⁊ ex oleo violato inungatur: ⁊ oculis superponatur ⁊ in hora dormiendi ligentur: rosatum tamen melius est: ⁊ citius confert. ¶ Et si hoc nō suffecerit: lētes absqȝ corticibus ⁊ sumach. ⁊ rose rubee: ⁊ granati carnositas sumatur: ⁊ cum trita ex careno cōspergantur ⁊ more emplastri superponantur. Et si non suffecerit ex cephalica prius flobotometur patiens. Deinde ex vena frontis: ⁊ ex venis que sunt ī angulis lachrimalib⁹. Uēter quoque frequenter soluatur: ⁊ balneum multotiens ingrediatur.

¶ De vngula. CAP. XXI.


Um aliquid panniculo simile: ex angulo qui ē a parte naris oriri videtur: ⁊ album oculi cooperire ⁊ ꝑuenit vsqȝ ad nigredineȝ generatur passio que vngula dicitur. Cuius nocumentum: tunc solum est peius: cum peruenit ad nigredinis partē que est iuxta pupillam. Hec igitur passio dum subtilis est cum sief viridi: ⁊ sief de calcātho est medicanda. Si autem vetusta fiat ⁊ crossa cum ferro est expolianda.

¶ Sief viride qd̄ confert sebel: ⁊ scabiei: ⁊ vngule: ⁊ albedini. ℞. çiniar. ʒ. iij. colcotar vsti. ʒ. vi. arsenici rubei: baurach: spume maris omnium. an̄. ʒ. i. salis armoniaci. ʒ. s. armoniaci. ʒ. ij. Armoniacuȝ in succo rute dissoluatur: ⁊ species ex eo cōspergantur ⁊ fiant ex eis sief. ē eniȝ mirabile.

¶ Sief de calcantho qd̄ cōfert vngule. ℞. eris vsti calcanti: amborum. an̄. ʒ. v. çiniar. ʒ. ij. salis armoniaci: baurach: arsenici sulimati: omnium an̄. ʒ. i. terātur: ⁊ per hebdomadam vnam dimittantur. deinde fiant ex eis sief: ⁊ fricetur vngula cum eis.

¶ De macula rubea: ex ꝑcussiōe vl̄ alia re. CA. XXII.


Um in oculo ex percussione aut ex re alia punctum rubeum fieri contingit sanguis qui ibi est: dissoluendus ē: postq̄z estuatio quieuerit. sumātur igitur arsenici rubei olibani: mirre: armōiaci: omnium partes equales ⁊ fiant ex eis sief. Qui in succo coriādri fricentur: ⁊ in oculum distillētur tamdiu q̄zdiu tamen dolor perseuerat: albugo oui sumenda est ⁊ oleo roseo miscenda: ⁊ cotum ex eis inuolutum: oculo est superponendum.

¶ De lachrimis. CAP. XXIII.


Um lachrimales oculoruȝ anguli semꝑ humidi videntur: patiens quotidie ieiunus balneum ingrediatur: ⁊ in oculum alcohol istud mittat.

¶ Istud autem alcohol. ℞. thutie. ʒ. x. coralli rubei: mirabolani citrini fricati: aloes omnium an̄. ʒ. ij. piperis. ʒ. s. fiat ex his puluis qui assidue mittatur.

¶ De debilitate visus. CAP. XXIIII.


I cum debilitate visus humiditatis signa apparuerint manifesta: que ī tempore famis ⁊ exercitij parūper dissolui videantur. Pillule cochie multotiens erunt assidue tribuēde. Nutrimentum quoqȝ patientis desiccatiuum esse debet: ⁊ eger sepe vomere cogendus ē. pulueres etiā desiccatiui oculis sunt immitendi. Et si cuȝ predicta egritudīe affuerit siccitas: ⁊ corporis obfuscatio nutrimentum erit augmentanduȝ: ⁊ vinum in potu tribuendum: ac super caput ipsius aqua tepida fundenda: ⁊ incuruatio super eam facienda. Balneuȝ preterea ingrediatur: in quo tamen non multum sudet. ¶ Naribus quoqȝ oleum de amigdalis dulcibus atqȝ auribus: est immittēdum. ¶ Oculis vero lac mulieris adolescētis quaqȝ die est inijciendụȝ. Qd̄ etiam frequenter fieri conuenit. Hec quoqȝ debilitatis visus species fortior fit in tempore famis: ⁊ dum venter vacuus fuerit.

¶ Confectio alcohol qd̄ valde acuit visum qui causa hūoris debilitatur. ℞. thutie ablute ⁊ siccate. ʒ. xx. deinde extrahatur succus sansuci viridis ⁊ per noctem vnaȝ residere dimittatur: ⁊ coletur ex quo thutia conspersa dimittatur quousqȝ siccetur: postea terantur. Deinde sumant̄. ʒʒ. pipis nigri: macropipis: celidonie: oīuȝ an̄. ʒ. ij. salis armoniaci. ʒ. i. cum thutie. ʒ. xx. post hec omnia terantur ⁊ ex succo teneri feniculi conspergātur: ⁊ siccata iteruȝ terantur: ⁊ reponantur. Et cuȝ necesse fuerit oculis īmittatur. Ad hoc preterea valde confert sief de fellibus.

¶ De tumore palpebrarum. CAP. XXV.



Epithimetur ex epithimate qd in capitulo de obtalmia nominauimus.

¶ De cōuersis pilis q nascunt i palpebris magis interi⁹ q̃ debēt ⁊ pungūt oculuꝫ. XXVI.



Si pilus fuerit vnus aut duo: alijs palpebrarum pilis cū mastice: aut oleo sceni sunt annectendi: aut radicitus euellantur ⁊ loca a quibus euulsi sunt cum ferro acuto vt acus aduratur. Si autem multi fuerint necesse est vt caro palpebre incidatur: loqui tamē de hoc nostri libri mensuram pretergreditur.

¶ De aqua descēdēte in oculum. CAP. XXVII.



Quandoqꝫ alicui videtur qd ante se habeat cimices: aut alia parua corpora subtilia ⁊ radiosa. Et aliquando causa stomachi: aliquādo ex proprio nocumēto ipsius oculi contingit. Ideoqꝫ differentiam inter hec duo consideranda est: neqꝫ pro paruo est habendum cum hoc accidēs euenerit. Ex eo nāqꝫ qd causa stomachi accidit: nō ē multū timēdū q oculo nocumētuꝫ inferat. Ex eo v̄o qd ex ꝓpo vicio oculi cōtingit valde timendū ē. hec aūt passio dū recens est vt i ꝑncipio: cū medicis curabilis est. Sꝫ cū iam ad perfectionē deuenerit sanari nō pōt nisi cum incisione: ⁊ fortasse etiam incisio prodesse nō poterit. Quapropter differentia inter hec duo predicta diligēter est inuestigandum que est prout dicemus. ¶ Quādo imaginationes que videntur vtriqꝫ apparent oculo extimandum est contingere hoc ex vitio stomachi: ⁊ econuerso. ¶ Et cum imaginationes in hora fastidij ⁊ in hora male digestionis plures solito videntur: in hora autē famis ⁊ laboris pauciores apparent: extimandum est etiam hoc ex stomacho esse. ¶ Et si ex quo iste imaginationes acciderunt duo preterierunt menses aut plures: ⁊ in pupilla nō fuerit visa conturbatio: extimandum est etiam hoc eē ex stomacho. ¶ Quando autem iste extimatiōes tibi aggregate fuerint: pillulas chochias in potu tribue: ⁊ si passio omnino remouetur: iam extimationes predicte certificate fuerunt. ¶ Si autem vni tantum oculo apparuerint: ⁊ vno modo in omnibus horis permanserint: extimādum est vicium aque adesse: precipue cum in pupilla non fuerit obfuscatio. ¶ Obfuscatio nanqꝫ si fuerit in pupilla dubitatio iam tunc erit sublata. ¶ Cum autē passio hec in oculo propria fuerit prohibendum est infirmo ne cum ventosis minuat sanguinem: neqꝫ ex brachio: neqꝫ comedat pisces: nec omnia que humectare possunt. Uenter vero freq̄nter soluendus est ex pill'is cochijs: ⁊ eger ex calefactiuis ⁊ desiccatiuis nutriendus est. Ydromel preterea in potu ei tribuendū: ⁊ in oculis sief de fellibus mittēdū.

¶ Sief de fellibus qd proficit aque a ꝑncipio ⁊ dilatatiōi pupille. Et eis qui post occasum solis nō vident ⁊ tenebrositati visus que est ex humore. ℞. fellis gruis fellis sabot fellis yrcini: fellis accipitris: fellis aquile: fellis perdicis: omnium siccorum vnum aut plura. Sumatur quoqꝫ pro oib⁹. ʒ. x. istoꝝ siccoꝝ: euforbij: collogntide serapini: oium an̄. ʒ. i: trita aggregēt ex succo feni. teneri: ⁊ mittāt i oclo.

¶ De nictolopis. i. q post solis occasuꝫ n̄ vidēt. XXVIII.



Ab hoc vtile existit epar caprinum findere ⁊ ponere super vnam sectionem piper longum: ⁊ cooperire ipsam ex alia sectione pipere longo in medio existente. Deinde ponere ipsum in furno: ⁊ dimittere ibi donec assetur ⁊ nō desiccet. q perfecto piper longū qd in medio erat sumatur: ⁊ bene teratur cum pauco musco: deinde ex liquore qui ex epate assato expressus fuerit conspergatur ⁊ siccetur: ⁊ in oculum mittatur. Aut fel caprinum cuꝫ melle mixtum in curcuma super ignem misceatur: deinde radius eo illinitus inmittatur oculo. Et autem ad hoc magis valet: est vt sief de fellibus in oculo mittatur. Si autem hoc nō suffecerit: venter soluatur: ⁊ sanguis ex duabus cephalicis ⁊ ex fronte minuatur: ⁊ regimen subtilietur.

¶ De dilatatione pupille. CAP. XXIX.



Cum pupilla hoc est foramen qd ē in nigredine oculi adeo dilatari videtur: vt vndiqꝫ pertingat ad albedinē fueritqꝫ post vehementem cephalice dolorem parua habenda est fiducia in eius cura. Sed si dilatatio parua fuerit: tunc assidua solutionē ventris ex cochijs multotiens: ⁊ sief de fellibus in oculo mittenduꝫ. Et si pupillam post percussionem dilatari contingat: non est inde timendum: q remouebitur. Fiat itaqꝫ emplastꝝ ex farina fabaruꝫ ⁊ camomilla ⁊ euisco cum vino ⁊ aqua.

¶ De fistulis q̄ i anglis lachrimalib⁹ fiūt. CAP. XXX.



Cum angulus lachrimalis resudat: ⁊ cum premitur sanies ⁊ virus ab eo egreditur fistulam pati intelligitur: que cum cauterio curatur. De hoc tamē loqui plus est: q̃ huic nostro attinet libro. Nos tamen iam ei adiungimus medicamen qd si adhibitum fuerit ipsaꝫ per multos mēses adeo tardare facit: vt eger sanus videatur. ¶ Medicamen antē illud. ℞. aloes thuris sarcocolle: sanguinis dracōis: balaustie: antimonij aluminis: omnium partes equales çiniar quantum est quinta pars vnius fiant ex eis sief. Cumqꝫ necesse fuerit: fistula in tantum prematur: vt quicquid saniei in ea continetur: egrediatur. Deinde infirmus super latus in quo nō ē fistula iaceat: de predicto sief aliquid dissoluatur in aqua de quo in angulo lacrimali tres gutte aut quattuor inquinatiçentur: magno existente interstitio inter proiectionem vnius gutte ⁊ alterius. Quo facto eger per tres sic iaceat horas. ¶ In mane quoqꝫ sequenti die: similiter fistula bene prematur: ⁊ fiat eadem cura. Et per hebdomadā vnam fieri conuenit: ⁊ etiam tamdiu donec nihil a fistula egrediatur comprimitur. Ex hac nāqꝫ cura: locus multis mensibus siccus permanebit. ¶ De curis oculoruꝫ quātum huic loco necessarium esse putauimus: iaꝫ satis dictū est credimus. Alia vero quia sunt de curis que per ferruꝫ exercentur dimittamus: quia multis indigent medicaminibus. Sunt tamen quedaꝫ ex eis qui in locis in quibus de decoratiōe tractauim⁹ ⁊ sanitatis custodia ꝯtinet.

¶ De dolore qui fit in aure. CAP. XXXI.



Si cum dolore qui fit in aure fuerit i facie iflammatio ⁊ pulsatio: sanguis ex cephalica erit minuendus: ⁊ oleum roseuꝫ aut oleum de floribus salicis tepidum cum pauco aceto inmittendum: lac quoqꝫ ita calidum vt ex mamilla egreditur multotiens distillandum erit. Uēter preterea ex mirabolanis citrinis. ⁊ scamen: ⁊ aloe vehementer soluatur. Et hoc modo fiet. mirabolanorum citrinorum. ʒ. xx. sumantur ⁊ pulueriçati in duabus lib. aq̄ coquantur donec ad duas vnius lib. tertias redeant ⁊ colentur. Post hec sumatur aloes. ʒ. i. scamen sexta pars. ʒ. i. aggregentur cuꝫ rob de citonijs: ⁊ fiant ex eis pillule: que per duas horas ante decoctionem sumantur: deinde bibatur decoctio. ¶ Et si dolor nō quieuerit: paꝝ opij in oleo roseo resoluti in aureꝫ mittatur: ⁊ si pulsatio redierit ⁊ tribus diebus perseuerauerit: oleum sisaminum in quo anatis aut galline adeps fuerit resolutus in aureꝫ sepe mittatur. Ibi nāqꝫ est pustula que maturatione indiget. ¶ Cū

autē dolor quieuerit putredo iā tūc collecta erit. Ideoq3 pus subito ex insperato de aure egreditur. ¶ Cum autez dolor in aure fit post fastidiosam satietatē. Aut post ventos frigidos oleū in quo ruta aut cepe cocte fuerint in aure distilletur. Aut oleum de lilio sumatur: ⁊ cuiq3. ℥. ex eo misceatur euforbij recentis. ℈. i. ⁊ castorei. ℈. i. ¶ Sed si hō nō suffecerit: vēter ex pill'. cochys soluatur: patiens quoq3 balneū ingrediatur in quo etiā sudet. Uinū quoq3 vetus ⁊ forte ei tribuatur. ¶ Si autē cū dolore auris fuerit sonitus ⁊ tinnitus atq3 vētositas: panicū siue miliū in sartagine torrefactū calidū: multotiēs superponatur. Et auris quoq3 super vaporem aque in qua sint cocta mētastrꝝ ⁊ sticados arabicus ⁊ sansucus teneatur: de castoreo preterea ⁊ euforbio in oleo sambacino dissolutis: quorꝫ vnumquodq3 quattuor grana ordei ponderet: in aurez mittat̄.

¶ De vlcere qđ fit in aure. CAP. XXXII.

Cum pus ab aure egreditur: ydromel tepidum multotiens in vna die in aure est distillādū. Deinde hoc medicamen optime faciens ad hoc est immittendū: qđ. ℞. sarcocollā: aloē: ⁊ sanguinē draconis thus: squamaz ferri çiniar. Ex eo in aceto dissoluatur: ⁊ in aurē mittatur: ⁊ liciniū melle illinitū in predictis intingatur: ⁊ sic immittatur: patiens itaq3 ex hoc medicamine ⁊ ydromelle medicetur: donec sanus sit.

¶ De sonitu ⁊ tinnitu. CAP. XXXIII.

Fortasse quandoq3 contingunt ex subtilitate sensus auditus ⁊ eius claritate. Cuius signū est: qđ in tempore famis augetur: ⁊ ī hora ebrietatis ⁊ satietatis minuitur. ¶ Et propria nō indiget cura nisi superfluitatem obtineant. Tunc eniz de opio dissoluto ī oleo: immittendum est in aure: quantū duo ordei grana ponderant. ¶ Si autē hec cū grauedīe capitis ⁊ auditus debilitate affuerint oleū de semine raffani: ⁊ oleū de amigdalis amaris: ⁊ oleū roseū in quo castoreū fuit resolutū: sunt īmitenda. Auris quoq3 super vaporem aque in qua sansucus sticados arabicū: absinthiū mentastrū: origanuz cocta sunt ponenda sunt. Et venter multotiens ex pillulis cochys ē soluendus: ⁊ cibaria minuenda: ⁊ vinū dimittendum.

¶ De grauedine auditus. CAP. XXXIIII.

Cum in auditu contingit grauitas cōsiderandū est an sit ibi sordicies q̄ vocatur cera que fit in aure que si inueterauerit: mundetur: aut cū medicinis secunduz qđ diximus: aut cū cura manus. ¶ Si autē sordes nō affuerint: ⁊ euenerit hoc post satietatē fastidiosam que eā precessit: aut egritudinē acutā: auris ponēda est super vaporē aque in qua ea que prediximus cocta fuerunt traiectorio interposito vsq3 q̄ vapor ascendit. Qđ hoc mō fieri conuenit. Res iste in cucuma habente os acutū coquantur. Deinde traiectoriū ori cucume superponatur ⁊ ne vapor egredi possit: pannus obuoluatur: ⁊ auris super os traiectorij ponatur. ¶ Istud preterea fiet in aurē mittatur. Qđ. ℞. colloquitide. ℈. i. baurach. tertiā. ℈. i. castorei aristologie rotūde succi absinthij: omniū añ. ℈. ß. costi quartaz. ℈. i. euforbij sextā. ℈. i. fellis vaccini quantū sufficit ad predicta conficienda. Fiant ex eis sief. Cūq3 necesse fuerit vnū in oleo de amigdalis amaris resolutuz auri īmittat̄. Hoc enim valde vtile existit dolori flegmatico ⁊ vētositati ac sonitui ⁊ tinnitui: qui ex grosso vento fuerit ⁊ surditati q̄ est ex grossis humoribus. ¶ Si autem debilitas auditus contingit post ieiuniū aut vigilias: fueritq3 facies extenuata: ⁊ oculi concaui eger balneū sepe ingrediatur: ⁊ largiori cibo ac potu vtatur: ⁊ in somno fiat profundior: sup caput quoq3 aquā tepidā cū oleo fundat donec sanet̄. Et si post frenesim contingat: ex medicinis primis curetur.

¶ De vermibus auris ⁊ paruis animalibus ipsam ingredientibus. CA. XXXV.

Cum in aure fuerit titillatio ⁊ pruritus ⁊ dolor. Deinde ceciderit vermes ab aure: īmittatur auri succus mētastri. ¶ Aut de folijs persicorū. ¶ Aut oleū de nucleis iporum. ¶ Aut aloes in aqua dissoluatur: ⁊ immitatur. ¶ Hec enim vermes auris ⁊ parua animalia ingredientia ipsam: quando erunt in aure ⁊ in vlceribus nascūtur interficiunt.

¶ De eo qđ in aure figitur ab exterioribus ingressum. CAP. XXXVI.

Cum aliquid figitur in aure: oleū tepidū est immittenduz: ⁊ patiens balneū ingrediens ibi morā faciat: donec corpus eius mollificetur. Deinde naribus insuffletur condisi: ⁊ teneatur anhelitus donec sternutatio sequatur. Forsitā enim sic egredietur. ¶ Si autē fuerit difficile: ⁊ nō exierit: erit necesse vt cū ferro auri immisso extrahatur. ¶ Qđ etiā in naribus est faciēdū si quid eas ingressum fuerit: qđ extrahi nō possit. ¶ Et si aqua intrauerit capite ad partē auris illius inclinato saliat eger: ⁊ si nō exierit prouocetur sternutatio vt diximus: Deinde tepidū multotiēs immittatur. Neq3 hoc pro paruo est habendum: ⁊ precipue si res malā habens qualitatē ingressa fuerit. Ex ea nāq3 grauis: sequetur dolor.

¶ De sanguīe ex narib⁹ fluente. CAP. XXXVII.

Ex his que sanguinis ex naribus fluxū retinēt: est succus albedarugi cū camphora fuerit in eo dissoluta naribus immissus. ¶ Confert eniz ei qui hanc passionē incurrere solitus est ante eā iniectus. ¶ Aut in hora egestionis. ¶ Aut sumatur gipsum: cinis carte de panno: galle: sanguinis draconis cabo: çegi: ⁊ pulueriçata naribus insuffletur. ¶ Aut liciniū in eis intinctū mittatur in nares. ¶ Aut alumen iameni pulueriçatū: vt alcohol cuz amilo eiusdē quantitatis naribus insuffletur. ¶ Et si adhuc vehementer manauerit: superiores adiutoriorꝫ partes apud ascellas cū instita: ⁊ coxe apud inguina ligentur: ⁊ testiculi similiter sunt ligandi. ¶ Si vero passio inualuerit: flobotometur cephalica eiusdez partis de qua fluit sanguis. ¶ Si autē nec hoc modo strictus fuerit: magne ventose cū igne supponāt̄ ventri ab ea parte de qua fluit sanguis. ¶ Medicamen qđ vehementer valet ad sanguinē cōstringendū. Sumatur calx alba ⁊ leuis qua vtuntur aurifices ⁊ sepe naribus insuffletur sine interpolatione: ⁊ liciniū albumine oui illinitū ea inuoluatur ⁊ naribus immittatur.

¶ De vlceribus narium. CAP. XXXVIII.

Cum in naribus fuerit escare: cera ⁊ oleum ac adeps gallinaceus eis immittantur: ⁊ aquā calidā naribus in mane multotiēs per aliquot dies odoret. Cumq3 pustule egredi ceperit: liciniū aceto forti infusuz in quo sal positū sit narib⁹ immittatur: ac super eas similiter ponatur. Siccabunt̄ enim ex hoc ⁊ nō prolongabit̄ eorꝫ mora. Et si vlcera ibi affuerint: ex vnguēto de cerusa curent̄.

¶ De emoroydib⁹ q̄ nascūt̄ ī narib⁹. CA. XXXIX.

Cum intus in naribus caro superflua mollis: ⁊ quasi dissoluta rubea aut alba exorta fuerit: ⁊ nares īgrossari ceperint. ac ex carne p̄dicta repleri: cephalica prius erit flobotomanda: deinde liciniū ex vnguēto viridi qđ in capitulo de corrodentibus carnem nominauimus: liniendum ⁊ naribus erit immittendum. ¶ Si vero istud non suffecerit: medicamen acutum qđ ibi descripsimus apponatur: donec ex toto mūdificet̄. ¶ Hec

preterea passio quãdoq̧ cum ferro curatur radicitus omnino incidenda. ¶ Medici tamẽ quandoq̧ in hoc errãt: nam ex eorum cura eger maximum incurrit nocumentũ In hoc namq̧ loco cancer plerumq̧ exoritur. Uerũ cancer quando in hoc nascitur loco: neq̧ acutas tolerat medicinas neq̧ incisionem que fit cũ ferro. Immo indiget vt suauiter tractetur ⁊ medicaminibus lenientibus: ⁊ flobotomia ⁊ ventris solutione curetur. ¶ Cognoscit̃ ãt an illud accidens sit cancer quia est durus pertingens quandoq̧ vsq̧ ad palatum. Sed cum nares sicce sint ⁊ dure: nec sit in eis humiditas aliqua: summopere cauendum ẽ ne hec egritudo: aut ei similis ferro aut acuto medicamine tangatur. Sin autem qḋ in naribus exoritur caro mollis est fluxerintq̧ ex eis humores: ⁊ cum nares stringuntur inueniuntur molles: ⁊ cum tanguntur tactus nõ sentitur solidus: non est timendũ quin ex medicaminib⁹ acutis ⁊ ferro mederi possint.

¶ De amissione odoratus. CAP. XL.

Cum sensus quo odoranda precipiuntur amissus fuerit neq̧ in naribus caro superflua creuerit: ⁊ aer ita leuiter vt prius attrahitur: ⁊ oculi ac sensus naturaliter existunt naribus erit insufflandus puluis adeo subtilis vt alcohol: qui fiat ex condisi ⁊ arthanita: ⁊ sale armoniaco. ¶ Egro quoq̧ precipiatur vt nares vapori ex aceto calido procedenti multotiens apponat. ¶ Si autem hoc nõ suffecerit: qḋ noĩabimus naribus insuffletur. Cuius descriptio hec est. ℞. nigelle fellis gruis: colloquintide ellebori albi omnium ana partes equales. Pulueriçentur ⁊ ponantur in vrine cameli arabici quantitate tanta que ea cooperire possit: ⁊ ponantur ad solem donec siccentur. Deinde fiant ex eis sief. Cumq̧ necesse fuerit: vnum ex eis lentis habens magnitudinem in oleo sansucino intinctum naribus immittatur. Optimũ enĩ ad hoc existit. ¶ Si autem ex hoc qḋ naribus immittit̃ fortis sequatur dolor: oleum de semine cucurbite eis immittatur: ⁊ aqua calida super caput fundatur: ⁊ sorbeat calida ea que humectant: vt prisana: ⁊ qḋ fit de aqua furfuris: ⁊ de farina ⁊ similia. Et hoc quidem est medicamẽ ad amissionem odoratus probatissimum: qḋ sic conficitur. nigella pulueriçetur: donec fiat vt puluis: ⁊ misceatur cũ oleo veteri. Deinde eger implens os suum aqua reclinet caput retro quanto plus poterit: ⁊ tunc ex predicto medicamine aliquante gutte naribus distillẽtur. ¶ Egro quoq̧ precipiatur vt quantum ei possibile est aerem extrinsecum interius attrahere nitatur. Et in tribus diebus tribus vicibus fieri conuenit. Si autẽ mordicatio superuenerit: fiat hoc qḋ nominauimus.

¶ De dolore dentium. CAP. XLI.



Si gingiua cum dolore dentium fuerit sanguinolenta: ⁊ apostemosa: ⁊ rubea fueritq̧ apostematio cum pulsatione extrahatur sãguis cũ ventosis flobotomia ex cephalica prius facta. ¶ Deĩde hora aliqua diu acetum ⁊ oleum roseũ teneat: qḋ postq̧ eiecerit: idẽ iterum faciat. ¶ Post hoc oleum roseum in ore teneat: ⁊ si ex hoc non euaserit. fueritq̧ pulsatio vehemens ⁊ cũ inflammatione: camphora ⁊ piretrum terantur: ⁊ in radicibus dentium ponantur. Cumq̧ dissoluta fuerint iterũ mittantur. Cotum quoq̧ oleo roseo illinitum desuper ponatur. ¶ Et si dolor aliquando augmentatur ⁊ vehementior fiat: opy sexta pars. ʒ. i. in oleo roseo dissoluatur. Ex q̃ cotum illinitũ radici dolentis dentis adhibeatur. ¶ Si autem nec dum sedetur: locus scalpellandus est: ⁊ sanguisuge superponende sunt. ¶ Gingiua vero si nõ fuerit sanguinolenta neq̧ apostemosa neq̧ dolor est cum pulsatione: neq̧ in facie fuerit inflãmatio aut dolor acciderit post fastidium ⁊ satietatem ⁊ post cenam comeditque ex cibo frigido multũ: venter egri ex pillulis cochys soluendus erit: ⁊ dolentium dentiũ radices ex hoc medicamine fricande: qḋ sic fit: Sumatur piretrum sinap. sceitaragi indi baurac piper. çinçiber: ⁊ ex eis pulueriçatis dentium fricentur radices. Cotum quoq̧ eis illinitum super dentiũ radices ponatur. Postq̧ eger os ex aceto in quo piretrũ ⁊ mentastrum atq̧ origanum cocta fuerit colluerit. ¶ A foris preterea panicum siue milium in sartagine torrefactum: super maxillam est ponendũ. ¶ Aut ex piperis puluere melli commixto dens ⁊ eius radix fricẽtur. ¶ Et si hoc non suffecerit: in dentiũ radicibus hec tyriaca ponatur. que. ℞. castorei: asse piperis: çinçiberis storacis: opy: oium: partes equales. Cõficiatur ⁊ admistretur. ¶ Eger preterea per aliquantulum temporis a comestione abstineat mane atq̧ famelicus ingrediatur balneum: ⁊ vtatur motu. ¶ Si autem nec sic quiescat: ferrum ignitum radici dentis multotiens apponatur: aut eradicetur. Si vero dens corrosus fuerit: repleatur ex medicaminibus q̃ nominabimus: ⁊ que sunt corrosiua: aut extrahatur.

¶ De extrahẽtib⁹ dẽtes ⁊ ɔfringentib⁹. CAP. XLII.



Medicamen qḋ in dente corroso ponit̃: ipsius sedat dolorem: ac ipsum confringit. Sumãtur kebikegi: ⁊ piper: ⁊ trita ex alcatrano: ɔspergãtur ⁊ ipleat̃ ex eo. ¶ Medicamen qḋ dentes debiles ac dolẽtes qui sunt extrahendi eradicat. ¶ Cortices radicum mori: ⁊ radicum capparis: ⁊ piretrum: ⁊ lac titimali: atq̧ lac anabulle: ⁊ arsenicum rubeum: ⁊ radix colloquintide sumantur: ⁊ trita ex tanto aceto qḋ eis sufficiat conspergant̃. Acetum quoq̧ per hebdomadaũ vnam semel in die vt prius addatur. Post hoc dentes in circuitu scalpellent̃ ⁊ ex predictis decies in die epithimentur: donec ad mouendum sint faciles: ⁊ sic extrahantur. ¶ Aut fiat epithima ex fece aceti acutissimi per multos dies: ⁊ postea extrahantur. ¶ Aut rane fluuiales in oleo coquantur donec dissoluantur. Cumq̧ necesse fuerit: dentium radices scalpellentur: ⁊ ex oleo multotiens inungãtur: donec facile moueri possint: postea cũ instrumento extrahendi dentes euellãtur.

¶ De dẽtiũ cõgelatiõe ⁊ stupore. CAP. XLIII.



Portulaca ⁊ amigdale amare masticẽtur. Aut his similia. Aut fiat fricatio cũ sale ⁊ masticetur cera.

¶ De dentibus qui dolent cum aere frigida tanguntur. CAP. XLIIII.



Oleum calefactum in panno desuper est ponendum. ¶ Aut vitellus oui assatus calidus multotiens masticetur. ¶ Aut calidum panẽ multotiẽs mordeat. ¶ Aut fiat fricatio ex balsamo. ¶ Aut ex oleo de lilio siluestri.

¶ De cola. CAP. XLV.



Si pustule fuerint rubee: sumant̃. Antere amili: spody lentium excorticatarum seminis portulace: coriandri sicci seminis seu de mecha: omniũ anã. partes equales camphore parũ. Ex his pulueriçatis fiat fricatio ⁊ cum aceto mixta: ⁊ oleo roseo ⁊ aqua rosata in ore teneantur: ⁊ sanguis minutio cũ vẽtosis fiat. ¶ Albe vero si fuerint pustule: cum sale ⁊ melle fricentur: ⁊ sirupus acetosus in ore teneat̃. Aut almuri.

¶ De gingiuis sanguinolentis. CAP. XLVI.

Cum ex gingiuis sanguis subtilis assidue manauerit: vtriusq; arsenici.s.rubei & citrini: calcis: gallarum. Aluminis omnium partes sumant̄ eq̄les: ex quibus puluerizatis & cum aceto mixtis parui formentur trocisci. Cumq; necesse fuerit ex eis puluerizatis sumatur quantum est sexta pars.ȝ.i. & fricentur gingiue ex eo optime: & permaneat sic parum. Deinde teneat oleum roseum in ore. Est enim hoc mirabile ad hanc egritudinem curandam & putredinem: & herpetem estiomenum qui est in ore.

¶ De casu vuule. CAP. XLVII.

Cum eger senserit aliqd radici lingue sue insistere. aut gutturi: et cum iubet̄ aperire os & extrahere linguam vr vuula eius iam esse fluxa & elongata: ramech & sal armoniacus sumantur: & bene puluerizata cum instrumento insufflandi super vuulam insufflentur: & ex eis in sūmitate predicti instrumenti aliquid ponatur & radici vuule cum eo dirigatur: & ipsa cum instrumento parum exterius extrahatur. Aut granatum acetosum cum pulpa sua teratur: & fiat ex eo gargarismus. ¶ Qd si diu p manserit taliter & elongata fuerit. Eiusq; pars superior subtiliata & caput eius rotundum fuerit: tunc radicitus erit incidenda. Cauendum tamen est ne antequā ita vt diximꝰ sit disposita incidatur. Ex hoc enim sequitur quādoq; sanguinis fluxus qui constringi non potest.

¶ De sāguisugis q̄ ingrediūt̄ guttur. CAP. XLVIII.

Cum aliquis in gutture suo titillationem senserit: & sanguis subtilis inde manauerit: extimandum est tunc sanguisugaȝ in ore esse: & precipue si aquam loci quo sanguisuge fuerint biberit. ¶ Os igitur egri est aperiendum: & lingua extrahenda & inferius premenda & guttur in sole est inspiciendum: & si sanguisuga ī loco propinquo pendere visa fuerit cum forficibus quibus sagitte educuntur extrahenda erit. Qd hoc modo fiet caput a quo pendet est stringendum: & sic extrahatur.

¶ Qd si non fuerit manifesta eger multotiens gargarizet sinapim cum aceto: quia de loco in quo est mouebitur.

¶ Aut fiat gargarismꝰ ex aceto & assa: aut ex aceto & sale.

¶ Nigella preterea & sinapis trita insufflentur gutturi: fiat etiam gargarismus ex succo cepe. ¶ Si autē post eius casum remanserit egro sanguinis resudatio: fiat gargarismus ex apozimate in quo cortices granati: & balaustie: & sumach cocta fuerint: & gutturi insuffletur puluis de balaustys & thure & sanguine draconis & amido. ¶ Si autē sanguisuga stomacho ānexa fuerit: medicamina quibus vermes expelluntur sumantur in potu. ¶ Ex his etiaȝ q̄ sanguisugam exire faciunt: est vt eger balneum ingrediatur & moretur in eo donec magnam patiatur sitim: & tunc aquam in niue infrigidatam frigidissimam scilȝ in ore aliquādiu teneat. Cumq; ceperit tepefieri: eā expellat: & aliam sumat. Sanguisuga enim quandoq; venit ad os frigiditatem querendo.

¶ De his q̄ guttur igrediūt̄ siue sint spine siue os. XLIX

Cum illud quod guttur ingreditur: & infigitur in eo aut meri: fuerit bolus magnus aut eius simile. De his que non habent frusta scissa contenta in eis aut acuta confert plerumq; percutere egrū in collo. Posterius multotiens: & aquam sepe trayceere. Fortasse enim descendet inferius. Eger quoq; balneum ingrediatur et oleum multotiens trayciat. qd postq̄ factum fuerit: magnos deglutiat bolos. ¶ Qd si non descenderit instrumētum quo huic simile inferius duci consueuit: in os mittatur. Est autem instrumentum illud de plumbo: qd cuȝ sit reti simile: est longum gibbositatem in se habens.

¶ De grauedine lingue. CAP. L.

Cum lingua absq; alys membris grauedinem passa fuerit: & eger neque febrem neq; acutaȝ incurrerit egritudinem: sal amoniacus: & piper: & zinziber: & sinapis alba: ac piretruȝ & stafisagria: & baurach: atque origanum: & sal indum: & nigella: & sansucus siccus: sumantur & in aqua coquantur: & fiat ex eis gargarismus. Caueat tamen patiens ne ex eo aliquid trayciat: aut eger ieiunus multis diebus gargarizet almuri nabati: aut fiat gargarismus ex aceto & piretro. ¶ Postq̄ vero gargarizare cessauerit sumantur salis armoniaci: piretri: piperis: sinapis: omnium partes equales: & ex eis bene puluerizatis: lingua diutius fricetur. ¶ Qd si cum lingue grauedine: auditus ac reliquorum sensuum grauitas fortis affuerit: fiat egri curatio scd̄m doctrinaȝ qua paralisis curatur.

¶ Si autem loquela in acutis febribus aggrauata fuerit: & videris ipsam cum grauitate in loquela extenuataȝ: & abbreuiatam & spasmatam: aqua calida ab alto sup spondiles colli: & auris principia fundatur: & cum oleo fricentur. Eger quoque oleum tepidum in ore tenere debet & si diu est ex quo loquela minui non cessauerit: vel etiā semper considerandum est an ligamentum quo inferius lingua connectitur maius sit q̄ debeat. Qd si ita fuerit ex eo parum est incidendum: & zegi puluerizatum imittendū.

¶ De lingua q̄ adeo tumescit vt os egrediat̄. CAP. LI.

Cum contingit linguam adeo inflari vt pre magnitudine os egrediatur: fricanda est ex cepis: aut ex citri acetositate. ¶ Aut cum ribes: aut ex granato acetoso donec saliua multa ab ea profluat. Hoc nanque modo detumescet: & ad primā redibit mensuram. Si autem non sufficit: fiat fricatio ex sale & aceto.

¶ Et si neduȝ sufficit: fiat minutio ex vtrisq; cephalicis prius: & postea ex venis que sunt sub lingua.

¶ De glādula q̄ sub lingua nodat̄ & vocat̄ ranula. LII.

Cum sub lingua glandula nociua fuerit in principio ex sale armoniaco & gallis fricanda est. Si autem vetusta fiat: ex medicamine gingiue sanguinolente fricanda est: qd est medicamen acutum. Eger autem acetum & salem in ore teneat.

¶ De apostematibus accidentibus in lingua. CAP. LIII.

Ista eisdem sunt curanda: ex quibus cola quas supra nomiauimus: & sinantia sanantur.

¶ De sinantia. CAP. LIIII.

Cum in glutiendo sentitur angustia adest passio que sinantia vocatur. Cuius grauitas vel leuitas s̄m angustie quantitatem deprehendi potest. ¶ Cumque cum trayciendi angustia fuerit in facie & oculis rubedo & repletio: ī principio curationis cephalica flobotomet̄ & gargarismus ex succo granati muzi cū carnositate sua fiat. Aut ex rob mori d̄ seni: & post hoc fiat gargarismus cū aqua rosata ī qua sumach fuerit infusum. Qd postq̄ per tres dies sic factū fuerit: & venter ex succo fructuum sicut prunoꝝ: tamarindi: cassie fistule: & tereniabin solutus fuerit: fiat gargarismus ex apozimate ficuū citrinarum & passularum. Aut ex medula cassie fistule cum idromelle. ¶ Qd si passio inueterauerit: ex gargarismis & insufflatione fortium medicaminū que dictu-

ri sumus curanda erit. ¶ Si autē in facie nō fuerit rubedo fluxeritq; ab ore saliue multitudo: ꝛ eger fuerit humectatus: in principio soluatur venter ex cochys: ꝛ fiat enema ex clisteri acuto qđ in capitulo de apoplexia nominauimus. ¶ Cum tñ passio inceperit: fiat gargarismus ex sirupo acetoso: aut cuꝫ idromelle ꝛ pipere ꝛ oximelle: ꝛ deinde ex almuri nabati. Fiat etiam gargarismus ex idromelle ꝛ sinapi. ¶ De his preterea que male sinanchie cōferunt: est vt ex venis que sunt sub lingua fiat minutio: et vt ventose absq; scarificatione in collo ponantur. ꝛ epithimetur collum ex melle anacardino donec vesice in eo generentur: ꝛ fiat gargarismus cum sinapi: ꝛ gutturi fiat insufflatio: ex hoc medicamine qđ sic fit. Sinapis sal āmoniacus: piretrū: nitrū: assa piper mentastruꝫ sumatur: ꝛ ex eis cum idromelle fiat gargarismus.

¶ De tussi. CAP. LV.



Cum tussis acciderit: fueritq; aspera ꝛ sicca: ꝛ cum rubedine ꝛ calore egro muroba violatū ꝛ ptisana tribuenda erunt: fabas quoq; excorticatas ꝛ spinachia cū oleo de amigdalis dulcibus in comestione accipiat. In ore vero semp tenere đbet pillulas bichichias. Aque autē quā bibit sirupus violatus est admiscendus.

¶ Confectio pillulaꝝ bichichiaruꝫ. ℞. succi liquiritie: çuchari albi: amborū ana. ʒ. x. amidi dragaganti: amigdalaꝝ dulcium excoticatarum omniū ana. ʒ. s. ex eis cum mucilagine seminis citony: consperſis iformenꝫ pillule. ¶ Qđ si cum tussi multuꝫ affuerit sputum: ꝙ cum expuendo expelli non potest: nocumentum infert: sed neq; febris neq; vehemens ventris solutio ipsam comitanꝫ: ex his trocischis dandum erit infirmo. qui. ℞. seminis feniculi: seminis apy: succi liquiritie: capilliueneris: amigdalarum omniuꝫ partes equales. Ex his cum mucillagine seminis lini consperſis informentur trocisci. ex quibus. ʒ. iy. tribuantur.

¶ Decoctionem autem qua in hac egritudine vtendum est in capitulo de catarro iam descripsimus. cui tamen. ʒ. s. capilliueneris sunt addende. ¶ Qđ si tussis antiqua ꝛ nociua fuerit adeo vt egrū in nocte dormire nō ꝓmittat.

¶ Pillule storacine sunt dāde: que. ℞. mirre: storacis: opy: omniuꝫ partes equales. informentur ex eis pillule ad lupinorum similitudinem: ex quibus vna aut due patienti tribuantur. In potu vero sumat sirupum de papauere: et comedat semen albi papaueris cum çucharo. ¶ Qui hāc preterea patitur egritudinem vitet in comestione acetosa: salsa pontica acria atq; amara.

¶ Suffumigium ad antiquam tussim ꝛ sputum fetidum: qđ. ℞. aristologie: mirre: storacis: galbani omnium partes equales: arsenici rubei ad pondus omnium. Omnia pulueriçata ex butyro vaccino conspergātur. Ex quibus magdaleōes ad pile parue similitudinem informentur: ꝛ cū necesse fuerit in ieiunio ex vno eorum per traiectoriū suffumigetur.

¶ De asmate. CAP. LVI.



Cum aliquis assidue patitur tussim: ꝛ aerem attrahit queādmodum fit post cursum. Aut post vehementeꝫ motum: ꝛ cum iacet supinus est ei deterius: sed cum sedet est ei melius: Decoctio ei danda est. q. ℞. ficuū citrinarum. ʒ. x. dactilorū maiorem humiditatem habentiū: seminis apy: seminis feniculi: capilliueneris: liquiritie: isopi: prassy: omniū ana. ʒ. s. coquantur in tribus libris aque dulcis donec redeant ad vnam ꝛ colētur. De hac vero decoctione tribus dieb⁹ egro in potu tribuatur: cum pondere duorum aureorum huius confectionis: que. ℞. succi liquiritie: isopi: capilliueneris: omnium anā. ʒ. x. cordumeni: piperis amigdalarum amararum aristologie rotunde: seminis vrtice, omnium ana. ʒ. s. mellis dispumati quod sufficit.

¶ Hec enim confectio superfluitates que sunt in pectore mirabiliter expellit: ꝛ est optima. Danda est itaq; per hebdomadam vnam continuo. deinde eger postq; comederit sinapim ꝛ mel: vomere cogendus est: ꝛ vēter ex his pillulis soluendus que recipiunt. Agarici grana ordei. xviy. colloquintide interioris: grana ordei. vi. elactery grana iiy. succi liquiritie. ʒ. s. fiant ex eis pillule: ꝛ sufficiūt ad dosim vnam. Post hoc quoq; iterum redeat ad bibendam confectionem ꝛ decoctionem sumendam: ꝛ postremo ad vomitum ꝛ ventris solutionem: vt prius. Hoc faciendū est donec eger sanitati restituatur. Interim tamen a cibis grossis ꝛ stipticis ꝛ acctosis abstineat.

¶ De pleuresi. CAP. LVII.



Cum aliquis sub costis suis dolorem sentit pungitiuum: ꝛ ꝓprie quando siccaꝫ patitur tussiꝫ: ꝛ febrit: expetit vt si dolor super partem costarū ꝛ furculam tendit fiat minutio ex basilica eius partis in q̄ est dolor: nisi totum corpus multo sanguine repletuꝫ fuerit. Tunc eniꝫ ex latere contrario sanguinis detractio facienda est. ¶ Egritudo quoq; si iam per aliquot dies a sui principio infestauerit egruꝫ: flobotomia similiter a parte dolente facienda est. Qđ si dolor inferius ad partem costarum posteriorū tendit venter ex decoctione quā in capitulo de reumatismo descripsimus est soluendū. Melius tamen est vt flobotomia fiat: deinde aqua ordei cum çucharo assidue tribuatur. ¶ Et si videris tussiꝫ eius vehementis siccitatis: da ei in diluculo omni die iulep. deinde da ei ī potu aquā ordei. ¶ Et si eger fuerit debilis nutriatur cum pane ꝛ ex çucharo. ¶ Si autem fortis fuerit: aq̄ ordei vsq; ad diem quartum sufficeret. ¶ Cumq; screare ceperit: decoctionē quam in capitulo de reumatismo nominamus quotidie sumat anteq; aquā ordei bibat: donec sanetur. ¶ Si autē febris ꝛ acuitas perseuerent: ꝛ eger in excreatione difficultatē patiatur: detur decoctio quā ī capitulo de asmate nominauimus. qđ similiter est faciendū cum saniei fit excreatio. ¶ Qđ si in principio passionis qđ excreaꝫ nigerrimū: aut valde citrinū apparet: ꝛ sic ꝓmanserit ꝛ febris non quieuerit neq; calor vsq; ad diem septimū timorosū est. ¶ Et si cū hoc toto aeris attractio nō alleuietur: ꝛ in pectore fuerit oregmon aut in maxillis rubedo ꝛ in oculis stupor morti est propinquus. ¶ Si aūt exterius in latere apparuerit rubedo: aut apostematio: ꝛ cū premitur locus dolet: ponatur desuper vētosa aut emplastrum ex sinapi: ꝛ ficubus: ꝛ dimittatur ibi donec locus vlceretur. ¶ De his vero que ex errore stolidorū ad augumentū nocumenti accidunt hanc egritudinem patientibus: est: ꝙ cum dolor in principio sentitur sub costis extimant grossam fore ventositatē: ideoq; electuarium diamuscū aut ei similia egro tribuunt: eūq; omnino īterficiunt. Hec passio vocatur birsen: cuius causa est apostema qđ oritur interius in costis ypocundriorū.

¶ De peripleumonia. CAP. LVIII.

Cum homini superuenerit febris et ī anhelitu tantū patitur constrictionē vt se prefocari putet: ꝛ ī maxillis ita vehemens fit rubedo vt tincte videantur: ꝛ anterior pectoris pars dolet ꝛ tussis adest: et qđ cum excreatione emittitur existit spumosū ꝛ in pectore sentitur grauitas sine punctiōe ꝛ sine calore: cui omnia hec accidunt acutū in pulmone patitur apostema: ꝛ vocatur hec passio peripleumonia. In principio igitur curationis eius basilica minuenda est: deinde eger ex eis quibus medicatur pleuresis curandus est.

¶ De sanguinis proiectione cum sputo sine vomitu ⁊ sine rascatione per os. CAP. LIX.



Um sanguis cum rascatiõe aut paruo sonitu q̃ fit sine tussi egreditur: nõ est egro inde timenduȝ. Poterit enim sanari gargariçando ea que in capitulo de sinanchia nominauimus: ⁊ regimen subtiliando. ¶ Cum vomitu quoq; si exierit sanguis non magnum affert timorẽ. Curat̃ nanq; hoc flobotomando egꝝ ⁊ si comederit stiptica sicut sumach ⁊ succus vue acerbe. In potu p̃terea sumat ex boliarmẽi gũmi arabici balaustie sanguinis dracõis thuris oĩum partibus eq̃libus dentur ex eo. ʒ. iij. cum rob simplici de citonijs. ¶ Quibusdã autẽ solet accidere sanguinis exitus cum interpolatione: ex quo nullum sentiunt nocumentũ ĩmo remediũ: ideoq; sic est dimittenduȝ. ¶ Qꝫ si cum tussi superueniat sanguinis egressio: est timorosum. Est tñ incipienduȝ in curatione egri cum flobothomia ex basilica. Deinde ex trociscis istis in potu tribuendum: que. ℞. thuris sanguinis draco. amboꝝ ana. ʒ. iij. ⁊ tertiã. charabe. ʒ. v. emathitis terre sigillate: amboꝝ añ. ʒ. x. alumis. ʒ. ij. ⁊ .ss. balaustie. ʒ. iij. opij ʒ. ij. rauet seni. ʒ. ij. ex his oĩbus fiant trocisci. x. de quibus quotidie vnus in potu sumat cuȝ succo oçimi maioris aut portulace. ¶ Et si egritudo vehemens fuerit: alius circa noctẽ dandus est. ¶ Adiutoriorũ quoq; ac coxaꝝ partes superiores sunt ligande ⁊ extremitates fricande. ¶ Pectus ẽt precipue si in eo fuerit locus dolens ex trociscis p̃dictis cum aceto ⁊ aqua epithimetur.

¶ Eius preterea cibaria succuȝ vue acerbe ⁊ sumach ⁊ eis similia admixta habeant: ⁊ patiens supinus iacẽs: de terra sigillata aliquid post aliquid paulatim comedat.

¶ De ptisi. CAP. LX.



Um aliquis carniũ diminutionẽ pati videtur post tussim ex cronica passiõe ⁊ sputo sanguinis aut saniei p̃cedente lac asininũ in potu tribuatur. Qꝫ si inueniri nõ poterit: caprinũ cum pauco çucharo dãdum est. Cum quo etiam paneȝ sepe comedat: ipsũq; quãto plus potest: loco aque in potu sumat. Uinum tamẽ subtile ⁊ temperatum aliq̃n est tribuendum. ¶ Nutrimentum autẽ egri sit ex carnibus auium ⁊ edina. ¶ Eger preterea ante comestionẽ ⁊ post balneum ingrediatur q̃ nõ sit calidum sed tepidum: ⁊ in semicupio moram faciat.

¶ Sũmopere vero cauendum est ne venter soluat̃. Cui tamen si solutus fuerit: ex huius pulueris bibitiõe succurrenduȝ est: que. ℞. gũmi arabici: spodij: boliarmeni: seminis mirtini: omniũ añ. ʒ. i. fiat ex eis puluis: de quo ĩ die. ʒ. iij. cum sirupo de papauere albo aut rob mirtino dentur: huius quoq; pulueris bibitio: omnib⁹ ventris constrictione indigentibus qui tussim patiuntur remediũ affert. Cui plerũq; addũtur xilocaracte de siria: ⁊ bdelliũ de mecha. ¶ Qꝫ si lac egro febrem generauerit: auferendũ est ei lac ⁊ ptisana quousq; febris recedit danda. Deinde lac ei denuo tribuendum. Et si febris iterum redierit: remoto lacte: ptisana est danda. Post cuius recessionem: vt prius ad lac est redeundum. Hoc autẽ semper est faciendũ cuȝ necessitas vrget ⁊ venter sũmopere custodiẽdus ne soluat̃.

¶ De tremore cordis. CAP. LXI.



I cum cordis tremore fuerit pulsus velocitas ⁊ febris: eger ex basilica ẽ minuendus: ⁊ trocisci camphorati cũ succo malorum acetosorum in potu sunt tribuendi: que ℞. spodij: seminis cucumeris: citroli endiuie: lactuce: portulace: rosarum: sandali albi: oĩum partes equales: ⁊ pro vnoquoq; pondere aurei vnius ex eis sumatur camphore trium granorum ordei pondus: ex quibus cuȝ succo macianorum confectis fiant trocisci: de quibus ĩ potu quotidie vnius aurei pondus: quaq; die tribuatur. q̃ per duas hebdomadas fieri conuenit. ¶ Si autẽ hec nõ suffecerint lac de quo butyrum sit extractuȝ: ad bibendũ detur. Ipse vero nutriatur ex pullis cuȝ aceto ⁊ succo vue acerbe: ⁊ ex acetoso. Sirupũ preterea acetosum de çucharo factum bibat.

¶ Si aũt cũ cordis tremore non fuerit febris trocisci muscati in potu sumantur: qui. ℞. masticis: spice: xiloaloes: cinamomi: gariofiloꝝ: gallie muscate: nucis muscate: cubebe: cardamomi maioris ⁊ ibelobe: corticis citri: omnium añ. pondus vni⁹ aurei: musci sexta. ʒ. i. ex his omnibus cũ vino redolente conspersis: fiant trocisci. Hi autem trocisci conferunt sincopi: ⁊ tremori cordis.

¶ Electuariũ diamuscum preciosum q̃ ad sincopim ⁊ tristitiam: ⁊ cordis tremoreȝ: ⁊ tediuȝ faciens. ℞. masticis cinamomi: seminis oçimi maioris: seminis oçimi gariofilati: seminis melisse: seminis sisimbri: seminis sãsuci: macropiperis: omnium partes equales: ex quibus omnibus pulueriçatis. ʒ. x. sumantur: margaritarum minutarum corali rubei: charabe: sete crude: been albi ⁊ rubei: folij: omniũ ana. ʒ. x. musci tubapirici corconij puri. ʒ. ss. conficiantur cũ melle de muraba chebulorũ. Hoc enim electuariũ ad frigiditatẽ stomachi: ⁊ digestiue egritudinẽ: optimũ existit.

¶ De passione colerica. CAP. LXII.



Um paruus dolor punctio ⁊ tristitia alicui supuenerit affuerintq; cum ea vel post ipsam vomitus ⁊ vẽtris solutio: aqua calida multotiens continue in potu tribuatur: ⁊ si adhuc perseuerauerint: vomitus ⁊ ventris fluxus aqua calida iterum detur. sedabitur enim passio. ¶ Cum aũt egritudo quieuerit eger balneũ ingrediat̃: in quo per vnius hore spacium moretur. Egressus autem de balneo: leuialatur nutrimento: deinde dormiat. ¶ Sed licet vomitus ⁊ ventris fluxus vehemẽtes fuerint: ⁊ sinthomata terrefacientia superuenerint: nõ tamen est timendum. ĩmo cum medicaminibus que ego nominabo succurrendũ. ¶ In principio itaq; torcisci de olibano cum aqua ⁊ niue: ⁊ rob granatoꝝ dentur semel: qui item ẽt sunt dandi si vomitus nõ cessauerit. Duoq; adiutoria ⁊ coxe ĩ supremis partib⁹ ligent̃: ⁊ aqua in niue ĩfrigidata sup crura ⁊ pedes fundat̃: ⁊ in ipsam etiã mittantur. ¶ Uenter q̊ȝ ex sãdalis: rof: cãphora: gallia: aqua rosata ꝯspersis epithimet̃: ⁊ pãnus aqua rosata in niue infrigidata infusus desup ponat̃: q̃ postq̃ȝ tepefactus fuerit: est remouendus: ⁊ alius vt prius desup mittẽdus. ¶ Ad potãdum aũt paulatim tribuat̃ vinũ vet⁹ temperatũ cum rob granatoꝝ: ⁊ q̃n vomuerit iteꝝ tribuatur. ¶ Panẽ quoq; in succo granatoꝝ infusũ cogendus est sumere cũ vino et comedere. Quẽ si vomuerit: iteꝝ dandus est donec quiescat. ¶ Qꝫ si sincopis supuenerit muscus cũ vino dare cõueniẽs ẽ: vim inferẽdo ⁊ succus carnis edine ⁊ pulline: cuȝ pauco citonioꝝ succo ĩ vino mixtus: ĩ potu est tribuẽdus. ¶ Pulli preterea sunt assandi: ⁊ ante nares ipsi⁹ discerpẽdi: thus ẽt dandũ est vt ipȝ masticet ⁊ paulatim trayciat. ¶ Et postremo bolũ corascenũ cũ camphora conditũ tribuat̃. ¶ Quicquid aũt de huius passionis cura nunc vsq; diximus: donec vomitus sedet̃: ⁊ stõus cibũ recipiat: fieri conuenit. Postq̃ȝ v̊o stõus ipsius recipere cibum poterit. Nutriendus est eger: ⁊ parum vini veteris bene redolentis in potu sumat: ⁊ dormire incipiat.

¶ Trocisci de olibano ad vomitum dicti. ℞. boli corasceni: thuris. amborũ ana. ʒ. x. cucube: cardamomi amborum ana. ʒ. ij. ⁊ .ss. camphore gallie gariofilo. omnium ana

sextam.ʒ.i.fiant trocisci pondere aurei vnius. Hi eniʒ vomitui multum conferunt.

Rob de granatis: succus granatorum acetosorum sumatur: et per noctem vnam aut amplius dimittatur: donec quod grossum est in fundo resideat. Deinde coquatur et dispumetur donec iulep similitudinem habeat: in quo ab igne deposito adhuc tamen calido mente viridis stipites mittantur: et in ipso manere dimittantur quousque infrigidet. Cumque infrigidatum fuerit: extrahantur. Ad cuius similitudinem sirupus de citonijs et sirupus de malis macianis fieri conuenit. Si autem vomitus hora aliqua nimis inualuerit et superfluerit magna ventosa stomacho superponatur.

De his que confortant stomachum: et ciborum perficiunt digestionem. CAP. LXIII.

Cum stomachi debilitas cum pauca siti: et tarda cibi a stomacho descensione: et acido ructu fuerit: fuerintque omnia accidentia hec parua neque fuerit vetusta: stomachus cum trociscis de rosis erit curandus. De quibus eger quotidie in mane pondus aurei vnius et ʒ.ʒ.cum.ʒ.i.decoctionis de seminibus sumat.

Decoctio autem de seminibus hec est. sumatur ciminum nabati: et ameos: et bulliant in miua donec aqua fiat rubea: de qua preterea cum trociscis de rosis: vt predictum est in potu tribuatur.

Trocisci vero de rosis sunt: qui. ℞. pulueris rosarum rubearum.ʒ.ij.x. iloaloes: spice: mastic. xilocassie. squinanti. cinamomi. absinthij. omnium ana.ʒ.i. conspergantur ex vino veteri: et informentur trocisci. Nutriatur vero ex his que cito digeruntur et paucorum sunt humorum: ac paucarum superfluitatum: que etiam ex redolentibus et seminibus sint condita sicut sunt calagie et mutagenat. Ipse quoque ante comestionem multo vtatur exercitio et aquam minus solito bibat. et post comestionem multum dormiat. De vino quoque veteri et puro parum bibat totamque nutricationem minuat. Quod si hec accidentia vetusta fuerint: electuarium diacimini: electuarium diaolibani amborum ana vnius aurei pondus. cum.ʒ. vna veteris vini puri in potu sumatur. Regimen autem eius sit vt prediximus.

Electuarium diaciminum. ℞. cimini carmeni.ʒ.c. çinçiberis.ʒ.xx. piperis.ʒ.x. foliorum rute: baurach: panis amborum ana.ʒ.x. Hec omnia cum melle dispumato conficiantur: et detur de hoc electuario si venter strictus fuerit. Quod si solutus fuerit venter: electuarium diaolibanum est dandum. Cuius descriptio in capitulo de ventris solutione continetur. Si autem non suffecerit squama ferri cum vino tribuatur.

Scoria autem ferri hec est. ℞. seminis apij: seminis feniculi: anisi: cimini: ameos: aniudem: origani: cheisim: carui seminis coriandri: melano piperis: macropiperis: cinamomi thuris: spice: gariofilorum nucis muscate: ciperi: çinçiberis: omnium ana pondus aurei vnius: scorie aureos. x. omnibus sexcuplum vini addatur: et coquatur donec ad medietatem redeat: et coletur. deinde eger de hoc sirupo postquam colabitur pondus.ʒ.xxx. quotidie bibat: et nutricationem alleuiet. quod per tres hebdomadas faciens caueat sibi ab acetosis: et a fructibus recentibus: et ab aqua frigida: vinum vero mensurate bibat.

Emplastrum stomachum confortans et calefaciens. ℞. storacem: spicam: squinantum: absinthium: calamum aromaticum masticem. Ex his cum vino veteri et succo citoniorum conspersis emplastrum super stomachum ponatur.

Ad hoc preterea confert: vt stomachus fricando inungatur ex oleo quod fit de spica nardi et cipero: et vt lana carminata in predicto oleo calefacto inuoluta super stomachum ponatur et cum panno ligetur. Eger quoque vinum vetus bibat: aut miuam: aut ydromel.

Miua autem hoc modo fiat. succus citoniorum muçorum sumatur: et per diem et nocte vt residere possit: dimittatur et coletur. Deinde eius quod clarum est partes due sumatur çuchari pars vna: vini veteris vna: et incipiat coqui suauiter et dispumari: donec in iulep similitudinem transeat: postea pro vnaquaque libra ex toto sumantur çinçiberis spice: cinamomi: gariofil. omnium ana.ʒ.i. masticis.ʒ.ij. omnia hec puluericata in panno ligentur: et intus dum calidum est mittantur. et cum infrigidari ceperit pannus extrahatur et exprimatur. deinde sirupus recondatur. Quod si digestiue debilitas fuerit cum multa siti: et paucorum ciborum appetitu et fetido ructu: sirupus acetosus de citonijs bibatur.

Sirupus acetosus de citonijs. ℞. succi citoniorum acetosorum partem vnam: çuchari albi partem vnam: aceti clari quartam partem vnius: coquantur omnia simul donec inspissentur. Est autem sirupus iste stomachi confortatiuus: et ad suas peragendas actiones iuuatiuus: et vehementiam inflammationis et incensionis que in eo est sedat. Egri vero nutricatio sit res in qua simul congregantur acetositas et stipticitas: vt est caro cum succo vue acerbe cocta: et cum malis macianis similiter cocta: et cum ribes: et frigida ex albulem et amososi: et illis similia ex cibis.

De isto preterea detur puluere pluries: vt transglutiat. q. ℞. rosarum rubearum.ʒ.x. spodij.ʒ.ij. seminis coriandri.ʒ.ʒ. dosis eius.ʒ.ij. cum succo granati muçi: et cum sirupo acetoso de citonijs. Si autem cum hoc quod diximus fuerit in corpore extenuatio et inflammatio: egro lac et aqua ordei danda sunt. Ipse quoque ex herbis humectantibus est nutriendus vt sunt lactuce: malue: cucurbite: citroli: carnes edorum: et agnorum lactantium et pisces recentes.

Balneum preterea antequam comedat: et postquam comederit: et tinam quotidie ingrediatur: et vinum clarum valde temperatum bibat: et assidue vtatur quiete. et motum et exercitium vitet. sitque totum eius regimen vt eius qui corporis grossitiem adipisci desiderat: et si cum hac dispositione inflammatio fuerit et incensio vehementissima: stomachus ex rebus frigidis erit liniendus: et aqua ordei danda. Sitque eius regimen vt ethicam habentis.

De dolore et apate stomachi. CAP. LXIIII.

Si cum dolore stomachi adsunt tribulatio et nausea: egro aqua tepida in potu est tribuenda: et vt vomat precipiendus: et si hoc non suffecerit: venter ex yera pigra soluatur: que. ℞. pulueris rosarum rubearum: spice masticis: xilobalsami: carpobalsami: cinamomi: xilocassie: assari. omnium ana.ʒ.ʒ. aloes scotrensis duplum omnium: quod bene tritum cum alijs misceatur medicinis tritis: et cum panno sericino subtilissimo cribellatis: quarum trituratio cum aloe secundo iteretur. Cuius dosis sit a pondere duorum aureorum vsque ad.ʒ.ij. Egro quoque quotidie detur panis in vino et succo mali granati infusus: et in sirupo acetoso de citonijs. Quod si cum dolore fuerint ructuum multitudo et extensio atque singultus: egro electuarium diaciminum: et de calamento: et alie confectiones que ventositatem dissoluere consueuerunt: que in capitulo de colica nominabimus danda erunt. Cibaria vero eius sint calagie: et mutagenat cum seminibus: vini veteris puri parum bibat: et vtatur motu: et ingrediatur balneum. Stomachus quoque ex oleo de neriden: vt diximus in panno inuoluto vaporetur.

Si autem cum dolore stomachi fuerit febris: et apostema manifestum: et cum tangitur sentitur calidus: eger prius ex basilica flobotometur: et loco dolenti duo superponantur sandali et rose: et caphora cum aqua rosata: et succo citoniorum.

¶ Nutrimentũ vo eius non fit nisi sola ordei aqua ⁊ custodiat̃ a carne ⁊ vino ⁊ ꝯfectionibus q̃ de melle fiũt: ⁊ bibat succũ granatorũ muçorũ ⁊ rob de fructibus frigidis. ¶ Cumq3 caloris vehementia sedata fuerit: egro cassia fistula in succo endiuie dissoluta ⁊ bulita ac dispumata: ad bibendum detur. ¶ Cum autem egritudinis dies elongati fuerint: ⁊ calor omnino quieuerit si remãserit apostema cum duritie. Ex hoc emplastro epithimetur locus. qd ℞. violarũ siccarũ. ʒ. x. rosarum rubearum. ʒ. ß. spice odorifere masticis: amborũ ana. ʒ. iij. ciperi squinanti: calami aromatici: omniũ ana. ʒ. ij. farine fenugreci. ʒ. xx. florũ camomille. seminis maluauisci albi. farine ordei. omniũ anã ʒ. x. conspergantur omnia ex mucillagine seminis lini. Deinde locus ex oleo de neriden tepefacto inunctus emplastretur ex predictis: per quattuor horas anteq3 comedat: ⁊ postq3 cibus fuerit digestus: ⁊ stomachus fuerit euacuatus: ex oleo de neridẽ cum lana vt diximus vaporetur.


¶ Confectio olei nardini simplicis. ℞. olei de ben lib. i. spice. ʒ. ß. masticis costi ciperi squinanti: calami aromatici: omnium ana octauam. ʒ. vnius: omnia hec puluerizata in predicto oleo posita ad solem per hebdomadaз vnam vasis ore clauso dimittatur. Deinde colentur ⁊ exprimantur feces ⁊ scophe que in manibus remanserint emplastris admisceantur. Optime enim erunt. ¶ Cum autẽ apostema in stomacho inueterauerit, trocisci de spica erunt dandi: qui. ℞. florum squinanti xilocassie: rauetseni: calami aromatici: spice omnium ana. ʒ. iij. croci mirrhe anisi costi piperis: omniuз ana. ʒ. i. bdelly vary. ʒ. iij. masticis. ʒ. ij. amoniaci. ʒ. i. informentur trocisci: quorũ vnusquisq3 vnũ ponderet aureũ. ex quibus vnus quotidie cuз vino cocto det̃.

¶ Emplastrum quoq3 istud fiat: quod. ℞. bdelly mollis. ʒ. x. armoniaci. ʒ. v. seminis ben: seminis apy: amborum ana ʒ. x. spice: masticis nigri: amborum ana. ʒ. v. cere: olei d͛ neridem. ʒ. xv. gũme in vino dissoluantur. Deinde omnia cõiungantur: ⁊ fiat ex eis emplastrum. ¶ Ad doloreз tamẽ stomachi ⁊ epatis curandum medicus valde eruditus ẽ necessarius: qui ipsorum diligenter attendat dispositiões. Nos tamen aggregationes: ⁊ summas ad hoc cõferentes iam diximus: lз inquantuз potuimus in hoc abbreuiauerimus sermonem.

¶ De singultu. CAP. LXV.

Cum singultus post grossi cibi comestionem: aut vini valde temperati bibitioneз superuenerit aqua calida in qua ciminum ⁊ menta ⁊ mentastrum: ⁊ parum thuris bulierint: multotiẽs in potu erit sumenda: ⁊ egro vt dormiat est precipiendum: ⁊ vẽter vaporandus ⁊ ieiunandum est ei. ¶ Cum auteз per multos dies a comestione abstinuerit iubendus est balneuз sepe ingredi. Deinde paucis cibis: desiccantibus tamen est alẽdus: sicut sunt calagie: ⁊ mutagenat cuз seminibus: ⁊ vini puri parum in potu tribuendum. ¶ Et si hec non suffecerint: trocisci isti dandi sunt: qui dicuntur trocisci de thure: ⁊. ℞. thuris. ʒ. ß. enule. ʒ. iij. mentastri: foliorum ruthe sicce: amborum ana. ʒ. ij. seminis nemen. ʒ. iij. ⁊. ß. informẽtur ex his trocisci pondere vnius aurei: ex quibus vnus ĩ die cum apoçimate cimini tribuatur. ¶ Quod si singultus post febrem acciderit: fuerit q3 cum eo tribulatio: aut nausea: aut sitis: aut in ore siccitas: aqua calida egro multotiens danda erit: non tamen repente sed paulatiз. ¶ Et si sedatus non fuerit: aqua ordei cum oleo de amigdalis dulcibꝰ detur. Spondiles quoq3 colli ⁊ dorsi ex oleo tepido inungantur ⁊ fricentur: ⁊ mucillago psilly cũ iulep: ⁊ succo granati in potu tribuatur. ¶ Singultui preterea ⁊ sternutationi confert retinere anhelitum.

¶ De canino appetitu. CAP. LXVI.



Cum aliquis famem assidue patitur: ⁊ cibus post comestionẽ adeo grauat eum: vt aut vomere aut per inferiorem regionem ipsum eycere cogatur: riçi dandum est ei: qd dum coquitur ex liquore qui fluit ab agno qui in furno assatur: impinguatur: ⁊ cauda ⁊ ei similia: ex omni cibo qui vnctuosus est ⁊ vinum vetus purum dandum est: de quo quantum poterit bibat. Deinde precipiendum ei est vt euomat: ⁊ hoc regimine conseruandus est: donec sanetur. ¶ Quod si neq3 cibus euз grauat neq3 ipsum euomit: neque per secessum expellit: carnes vaccine sunt dande: ⁊ frumentum coctum vt puls: ⁊ riçi cum lacte: ⁊ aquam frigidã in potu sumat: ⁊ in aere frigido moretur. ¶ Hac autem egritudine laborans nil acetosum ⁊ stipticum neque acutum comedat: sed dulcibus: ⁊ vnctuosis solum vtatur.

¶ De dolore epatis. CAP. LXVII.



Cum quis male fuerit coloratus: ⁊ cuз hoc malaз habuerit formã. Habuerit q3 dolorem in dextro latere apud costas posteriores: ⁊ fuerit eius malus color citrinus: ⁊ fuerit cum hoc in ore siccitas: ⁊ sitis vehemens: aqua ordei: ⁊ succi herbaruз: vt endiuie ⁊ solatri: ⁊ cuscuthe: cum sirupo acetoso ex çucharo albo facto ĩ potu: tribuantur.

¶ Emplastrum quoq3 ex duobus sandalis: ⁊ rosis: ⁊ camphora: ⁊ aqua rosata: cum panno lineo loco superponatur. Qd hoc modo fiat: pannus in predictis inuolutus superponatur. Cumque tepere ceperit: remoueatur: ⁊ alius loco eius apponatur.

¶ In potu preterea sumat granatorum succum: ⁊ robub q infrigidare consueuerunt. ¶ Hic quoque a vino ⁊ a confectionibus que de melle fiunt: sibi caueat: ⁊ a cibis calefacientibus: ⁊ sumat trociscos de berberis: q. ℞. succi berberis. ʒ. x. seminis endiuie: citroli seminis: portulace seminis omnium ana. ʒ. iij. rosarum. ʒ. ij. rauet seni. ʒ. i. spice. ʒ. ß. Informentur trocisci pondere aurei vnius: ex quibus detur vnus cum sirupo acetoso de çucharo: aut cũ succo granati. ¶ Uenter quoq3 si necesse fuerit cum succo fructuum soluatur: vt sunt pruna ⁊ tamarindi: ⁊ çucharo albo. ¶ Quod si malus color qui est cum dolore epatis fuerit albꝰ medius videlicet inter euз qui est cum fluxibilitate: ⁊ eũ qui est cum tumore: fuerint q3 cuз eo ventris solutio ⁊ palpebrarum atq3 extremitatum tumor. trocisci de rauetseni cum sirupo acetoso de melle in potu dandi sunt: qui ℞. masticis: succi eupatory: succi absinthy: seminis feniculi: anisi omnium ana. ʒ. ij. rauet. ʒ. x. informentur trocisci põdere aurei vnius: ex quibus vnus in potu oĩ die tribuat̃.

¶ Sumantur preterea spica: mastix: ciperum squinantuз: calamus aromaticus: crocus: mirrha. Deinde mirrha et mastix ĩ vino dissoluta cũ alys misceat̃: ⁊ ex eis emplastꝝ epati superponat̃. ¶ Eger vo a cibis grossis ⁊ frigidis abstineat. Si autem hec non suffecerint: trocisci de lacca cũ apoçimate de radicibꝰ sunt dãdi. Trocisci aũt de lacca sũt qui ℞. lacce: rauetseni: amboꝝ anã. ʒ. iij. spice: seis apy: ameos: masticis: squinanti: seminis iuniperi: amigdalaꝝ amararuз: costi amari: rubee succi eupatory: assari: aristologie rotunde: gentiane: omniũ ana. ʒ. i. ⁊. ß. Informentur ex his trocisci pondere vnius aurei.

¶ Apoçima radicibꝰ. ℞. corticis radicuз apy: feniculi amboꝝ anã. ʒ. x. seis apy: semĩs feniculi: floris squinãti: ameos oĩum anã. ʒ. ß. rosaꝝ rubeaꝝ: spice odorifere: amborũ anã. ʒ. iij. coquat̃ in lib. i. aque donec ad tertiã redeat: ⁊ detur in potu cũ p̄dictis trociscis. ¶ Si aũt apata in epate fiat eorũ cura erit vt apatũ que in stomacho generantur.

¶ De ycteritia. CAP. LXVIII.

SI cum ycteritia fuerit febris succus endiuie et solatri et aqua ordei egro in potu tribuatur. Ipse quoque ex cucurbita et criso locanna et citrolis: et his similibus herbis frigiditati attinentibus nutriendus est. et sirupum acetosum ex fortissimo aceto in potu sumat. ¶ Epati preterea emplastrum ex duobus sandalis est superponendus: et venter ex succo prunorum et çucharo soluendus. Que si non suffecerint: trocisci de camphora cum succo granatorum dandi sunt.

¶ Trocisci de camphora. ℞. çuchari spody rosarum rubearum omnium an. ʒ. ij. seminis endiuie. seminis citrulorum cucurbite lactuce portulace seminum ex omnibus sandali rubei omnium an. ʒ. i. Informentur ex his trocisci pondere. ʒ. ij. ex quibus quotidie vnus cum sexta. ʒ. vnius de camphora detur. ¶ Si autem eger venas habuerit plenas fueritque diu ex quo minutus non fuit flobotometur. ¶ Quod si ycteritia fuerit sine febre: venter ex his pillulis soluatur: que. ℞. aloes. ʒ. i. scamonee quarta. ʒ. i. agarici partes duas ʒ. vnius. succi eupatorij tertia. ʒ. i. Ex his cum succo endiuie confectis: fiant pillule: sufficient ad dosim vnam. Deinde dentur trocisci de lacca cum apoçimate de radicibus. ¶ Si autem ycteritia in oculis remanserit eger fortissimum acetum paulatim olfaciat: et balneum ingrediatur. ¶ Eiusque oculis qui ycteritiam cum febre patitur: aqua rosata immittenda est. ¶ Ycteritie preterea valde confert: vt eger per tres hebdomadas: serum bibat.

¶ De ydropisi. CAP. LXIX.

CUm venter post epatis dolorem et febres augmentari ceperit: et quod est ab vmbilico vsque ad femur exteriusperminuerit: et cutis que ibi est subtiliari: et albere visa fuerit: et cum venter mouetur auditur sonnus quasi aque in vase non pleno mote. Et si cum his vrina fuerit rubea parua habenda est fiducia: et proprie si virtutis non affuerit fortitudo. His tamen si virtus fuerit fortis: et venter vehementer siccus pillule de rauet que recipiunt meçerion sunt dande.

¶ Pillule autem de rauet sunt que. ℞. rauet seni. succi eupatorij. seminis endiuie. omnium an. ʒ. ij. agarici. ʒ. v. meçerion ʒ. x. fiant ex his pillule: quarum dosis sit. ʒ. ij. s. ex quibus quaque hebdomada dosis vna sumatur. ¶ Quod si virtus debilis fuerit: trocisci de meçerion sunt dandi: qui. ℞. seminis endiuie. ʒ. x. meçerion. ʒ. i. et duas tertias: agarici succi eupatorij: similiter tantundem rosarum: seminis citrolorum: amborum an. ʒ. ij. et. s. Ex his omnibus fiant trocisci. x. de quibus vnus in die cum sirupo acetoso de çucharo dandus est. ¶ Si autem venter fuerit solutus: dentur trocisci de berberis cum sirupo acetoso. ¶ Eger quoque nutriatur ex cibregi: et bibat sirupum acetosum de citonijs. Et si ventris solutio vehemens fuerit: citoniorum rob solum dandum est. ¶ Si autem cum hac passione non fuerit vrina rubea neque calor: pillule iste dande sunt que. ℞. meçerion serapini amborum an. ʒ. s. salis indi: fimi columbini: amborum an. sextam ʒ. i. Pillule enim iste aquam vehementer expellunt: et descendere faciunt: trocisci preterea de lacca cum apoçimate de radicibus dandi sunt.

¶ Emplastrum asciliti conueniens. ℞. farine ordei ciperis stercoris ouini veteris: baurach boli armeni omnium partes equales. Ex his omnibus tritis fiat epithima super ventrem. Huius namque proprietas est: aque magnam partem exiccare. ¶ Quod si in palpebris et extremitatibus fuerit apostema molle: et testiculi apostemantur faciesque ac totum corpus mollicie quadam teneantur: erit tunc ydropisis species que yposarcha nominatur. Egro itaque hac laboranti: trocisci de lacca cum apoçimate de radicibus sunt tribuendi: et venter quaque hebdomada ex pillulis de reubarbaro est soluendus: et patiens in arena calida sepeliendus. Et preterea est precipiendum vt exercitio vtatur: et famem ac sitim sepe patiatur. ¶ Si vero venter inflatus ac tensus fuerit: et cum percutitur sonum reddit vt tympanum: ydropisis species adesse significabitur: que tympanites dicitur. Quam qui patitur a comestione olerum abstinere debet: atque eorum omnium que ventositatis sunt generatiua. Venter quoque omni die ex panico est vaporandus: et ventose super ventrem ponende: medicamina tumorem dissoluentia danda sunt: vt diaciminum: electuarium de bacis lauri quod in capitulo de yliaca nominabimus. ¶ Eger preterea exercitio vti assuescat: et famem pati: et ex collirijs que ventositatem dissoluunt: quorum faciemus mentionem sibi subijciat. Venter quoque cum mandili donec incipiat rubere: fricetur: et ex oleo rutaceo clistericetur.

¶ De dolore splenis. CAP. LXX.

SI cum dolore splenis fuerit calor: et vrie rubedo: et febris: eger ex his trociscis sumat. Trocisci de agno casto. ℞. seis agni casti: tamarisci seis amborum an. ʒ. x. seis endiuie seminis portulace: amborum an. ʒ. v. Ex his fiat trocisci: de quibus quotidie detur vnus cum sirupo acetoso de çucharo: cuius podus sit. ʒ. ij. ¶ Eger vero si repletus fuerit ex saluatella que est in sinistra manu flobothometur. Splen quoque ex frusto filtri aceto calido infusi embrocetur et obseruetur a rebus dulcibus et cibis grossis.

¶ Quod si cum predicta egritudine non fuerit calor: egro trocisci de capparis dandi sunt: qui. ℞. corticis radicum capparis: seminis agni casti. amborum an. ʒ. x. scolopendrie. ʒ. vij. aristologie longe foliorum rute. seminis nasturtij. acori. nigelle. omnium an. ʒ. ij. armoniaci. ʒ. ij. Armoniacum in aceto dissoluatur: ex quo cetera conficiantur: et informentur ex eis trocisci ponderantes. ʒ. ij. ex quibus vnus cum sirupo acetoso de melle: et apoçimate de radicibus in potu sumatur. ¶ Si autem splen tensus fuerit: et cum premitur auditur sub eo rugitus. ex predictis trociscis cum apoçimate de radicibus est dandum: et vinum vetus bibendum: et potus aque minoretur quantum plus possibile fuerit.

¶ Emplastrum ad duriciem et ventositatem que est sub splene. ℞. foliorum rute. ʒ. x. baurach. mentastri sicci. amborum ana ʒ. ij. armoniaci. ʒ. viij. armoniacum in veteri vino dissoluatur ex quo cetera conficiantur: et fiat ex eis emplastrum quod loco superponatur. ¶ De colica. CAP. LXXI.

SI cum dolore ventris fuerit ipsius constrictio et nausea: sed neque febris neque calor affuerit: ea ergo danda sunt que ventrem sine vomendi desiderio soluant: vt est elarium de gallia: quod ℞. masticis gariofilorum. ℥. melanopiperis: macropiperis cinami. nucis musca. gallie. omnium an. ʒ. x. scamonee. ʒ. x. postea exprimantur citonia acetosa et recentia: et succus eorum cum eiusdem quantitatis melle misceatur et coquatur vsque ad spissitudinem paulatim: et conficiatur ex eo medicamen: quod tamen eiusdem sit quantitatis cuius species sunt. cuius dosis sit a duabus. ʒ. vsque. ad. ij. et. s. ¶ Quod si nausee vehementia non fuerit: neque eger medicinas vomuerit.

¶ Pillule yliatice sunt dande: que ℞. colloquintide: serapini: amborum an. ʒ. x. scamonee. ʒ. ij. et tertiam. Informentur pillule. de quibus vnius aurei pondus est dandum. Velociter enim passionem dissoluunt yliacam. ¶ Si autem passio yliaca difficilis fuerit neque medicamina ventris solutiua ei contulerit. Hoc suppone colirium. quod ℞. salis panis. ʒ. x. collogntide interioris scamonee: amborum an. ʒ. ij. et. s. fiant ex eis collíria longa et supponantur. ¶ Et si non contulerit ex enemate leui clistericetur: quod. ℞. ficus citrinas quinque: furfuris quantum manu vna capi potest. maluauisci

M.i.hec in panno ligata: ⁊ ſicle folia. x. in duabus libris aque coquantur donec ad vnam redeant. deinde coletur ⁊ ponatur ſuper eam baurach pondus aurei vnius: olei ſiſamini. ʒ.i. ⁊ fiat cliſtere ex eo. Si quis autē fortius ⁊ acutius facere voluerit: pondus aurei vnius de collirio qḋ p̄us diximus admiſceat. ⁋ Cliſtere vehemēter ſoluens q̄ tūc vtendū eſt cū medicamīa nō ꝯferūt: neq; vēter ſoluit̄ ℞.collogntide interioris. ʒ.x. cētauree. ʒ.v. buchormariē arthāita. ambor̄ añ. ʒ.ij. mētaſtri rute origāi oīu₃ añ. M.i. omnia ī tribus libris aq̄ donec ad duas tertias libre vnius redeāt coquant̄ ⁊ colent̄. deinde diſſoluant̄ in ea alkitran: mellis: ambor̄ añ. ʒ.iij. caſtorei: ſerapini: oppopōacis colliry qḋ p̄diximus. oīum añ. ʒ.ij. miſceant̄ oīa: ⁊ du₃ tepidum eſt: fiat ex eo enema: ⁊ ſi ſquibale ñ exierint: iteret̄ cliſtere dōec exire videt̄. Hoc nāq; cliſtere admīſtrari d₃ cū res fortiſſima eſt ⁊ peſſima: ⁊ ī colica mala: ⁊ eſt illa ī q̄ ſit nauſea valde vehemens ⁊ inferius nihil egreditur.

⁋ Huic p̄terea egritudini qñq; fetida ſupuēit eructuatio: ⁊ plerūq; ſtercus per os egredit̄: qḋ cum hoc accidit: ſepe portendit mortem. ⁋ Qꝫ ſi cum ventris dolore nō fuerit ipſius ſtrictura: ſed īflatio ⁊ rugit⁹ ac tēſio ī vētre exiſtūt. Confectio de bachis lauri dāda eſt. ℞.folior̄ rute ſiccorum. ʒ.x. ameos cimini nigelle keiſin origani carui alexandrini: ſeminis amigdalar̄ amarar̄: melano pipis: macropiperis mētaſtri dauci acori bachar̄ lauri caſtorei. oīum añ. ʒ.ij. ſerapini. ʒ.iij. oppoponacis. ʒ.iij. ꝯficiant̄ cū melle eiuſdē pōderis. cui⁹ doſis ſit vt auellana vna: aut nabacca multis vicib⁹ cū vncia vna vini calefacti: aut cū apoçimate de radicib⁹. Huic.n. ꝯfectioni ī remouēda vētoſitate ⁊ diſſoluēda: nihil equiperatur.

⁋ Hoc p̄terea ſuppoſitoriū ſubyciat̄: qḋ eſt vētoſitatis diſſolutiuū. ℞.cimini folior̄ rute viridis ambor̄ ana. M.i. bucormariē: arthanite ambor̄ añ. ʒ.ij. baurach. ʒ.i. cōficiant̄ ex melle: ⁊ ſupponat̄ cū ſpōgia vel lana. Hoc.n. diſſoluit ventoſitatē ⁊ inferi⁹ expellit. Uenter quoq; aſſidue ex pāno calido vaporādus ē. ⁊ eger in tinā mittēdus. ⁋ Si aūt hec nō ſuffecerint vētoſa cū igne īponēda eſt: ⁊ locus donec rubere incipiat fricandus. Poſt hec vnctio fieri cōuenit ex oleo rutaceo: ⁊ ex alys oleis cal'is: ⁊ ex eis cliſteriçandus eſt eger poſtq̄ eis admixta fuerit: caſtorei euforby ambor̄ añ. ʒ.5. ⁋ Hanc vō ſolitus pati egritudinē: dū ſanus eſt caueat ne vinū aqua mixtum bibat: nec etiā ſumat vinū niſi pur̄ ⁊ forte: neq; aquam multā bibat: ⁊ abſtineat ab herbis ⁊ lacte: ⁊ oībus inflatiuis.

⁋ Filōiū faciēs yliōſis cū maxio coartant̄ dolore. ⁊ timet̄ ne ſincopis egro ſupueniat ventoſitatē carminat: ſomnū prouocat. ℞.piperis ameos foliorum rute mentaſtri: caſtorei bachar̄ lauri cimini omniū añ. ʒ.i. opy. mādragore. iuſquiami ſeminis oīum añ. ʒ.5. ꝯficiant̄ cū melle eiuſde₃ quantitatis: detur ex eo pondus vnius aurei. Huic quoq; electuario addit̄ plerūq; ſcamonee. ʒ.tertia. ⁊ fit tūc medicamē vētris ſolutiuū. ⁋ Si aūt cu₃ dolore ēt febris affuerit: caſſia fiſtula in ſucco endiuie bullito ⁊ diſpumato diſſoluta egro eſt dāda: ⁊ ſirupus violatus in potu eſt tribuendus ⁊ nutriēdus eſt ex tafea cum oleo de amigdalis dulcibus condita: ⁊ ex leni cliſteri cliſteriçādus. ⁋ Cum aūt locus doloris in ventre apparuerit groſſus: ⁊ apoſtēa habēs: eger in principio flobothometur. deinde caſſia fiſtula cum ſucco herbar̄ ſepe danda: ⁊ ſit cib⁹ eius cui⁹ hic dolor ex conſuetudine accidere ſolet: tafea vnctuoſa cum çucharo ⁊ cum oleo ſiſamino: ⁊ abſtineat a reb⁹ ſtipticis ⁊ acetoſis ⁊ cibis groſſis ⁊ ventrem ſtringentibus. ⁋ Qui autem cum hoc dolore ventoſitatem pati ſolitus eſt. cibetur cum kalagie ⁊ mutagenat conditis cum ſeminibus: ⁊ abſtineat ab holeribus ⁊ lacte: ⁊ ab omnibus que inflant Et bibat vinum forte ⁊ non viciatum. Aut ydromel cum ſpecieb⁹ q̄ .p ꝯdimento ponūntur: vt piper quas dicemus.

⁋ Ydromellis confectio. ℞.mellis mundi lib.i. aque lib. vi. miſceantur ⁊ coquantur diu: ⁊ ſpumentur bene donec fiat ad ſimilitudinem iulep. Cumq; hoc factum fuerit in vnaquaq; libra ex eo mittantur. ʒ.ij. piperis pulueriçati ī pāno ligati donec appropinquet finis decoctionis eius: et cum infrigidantur extrahatur pānus ⁊ exprimatur: ⁊ cu₃ neceſſe fuerit propinetur.

⁋ Confert etiam cui hec paſſio ex ventoſitate ⁊ groſſa ſuperfluitate accidere ſolet: oleum de cherua recenti cum apoçimate de ſeminibus ſumptum. ⁋ Apoçima autē de ſeminibus eſt hoc. ℞.aneos cimini cheiſim carui origani nigelle oīum añ pugillum vnū. ⁋ Iſtis admiſceāt̄ aque lib. iij. ⁊ coquantur donec redeant ad libram vnam ⁊ mediam. De hoc itaq; apoçimate ſumantur. ʒ.ij. quibus. ʒ.iij. olei de cherua addantur: ⁊ multis diebus bibant̄. ⁋ Sꝫ ſi cui dolor iſte cum calore ſuperuenerit: pruna. xx. ⁊ ficus citrine. v. ⁊ paſſarum enucleatarum. ʒ.v. ſumātur ⁊ coq̄ntur ⁊ colentur. deinde caſſia fiſtula ī eo diſſoluta coletur: cui oleum amigdalinū admiſceatur ⁊ ſumatur: ⁊ ex apoçimate qḋ in capitulo de reumatiſmo diximus in potu tribuatur. Uenter vero ſi multum fuerit ſiccus: p̄dicto apoçimati addantur pollipody turbith: amboru₃ añ. ʒ.ij. ⁊ coquantur cum eo: ⁊ detur donec venter ſoluatur. ⁋ Cum autem ſolutus fuerit remoueatur pollipodiū ⁊ turbith.

⁋ Electuariū qḋ ventrē ſoluēs inflationē reſoluit ⁊ grauedinem. ℞.turbith albi fricati ⁊ pulueriçati. ʒ.xx. çinçiberis. ʒ.x. çuchari. ʒ.xxx. hui⁹ pulueris. ʒ.iij. ad bibēdū dent̄.

⁋ Pillule de quibus cum quis ventrem ſoluere voluerit vnam ſumere debet. que appetitum excitant ⁊ inflationē reprimunt ⁊ grauedinem ⁊ cibum digerunt. ℞. maſticis: çinçiberis: cinamomi: gariofilorum: neheremiſk: melano piperis: macropiperis: ſcamonee: violaru₃: çuchari: omnium añ. ʒ.i. fiant ex eis pillule ad magnitudinem ciceris: ⁊ ſumatur vna: mouet eni₃ ſemel aut bis.

⁋ De fluxu ventris. CAP. LXXII.



Um cibus in ſtomacho more ſolito ñ moratur: īmo citius egreditur non mutatus niſi parum fuerit: cum hoc mordicatio ⁊ dolor in ventre ⁊ ſitis: cu₃ quo ēt plerunq; adeſt ventris fluxus in quo ante comeſtionem inuenitur purulentum: detur egro rob de ſucco vue acerbe. aut de ſucco ribes. aut de ſucco granatorū cum ſpody roſarum amborum añ. ʒ.i.

⁋ Trociſci quoq; de ſpodio conſtrictiui itidē tribuantur.

⁋ Nutriatur vero ex adeſia citrina. ⁊ pullis cum aceto coctis: ⁊ aſſatis: ⁊ in ſucco vue acerbe poſitis.

⁋ In potu autem ſumat ſumach cum aqua roſata: ⁊ deinde nutriatur ex cibo: cui admiſcetur ſumach: qui vocatur ſumachia. ⁋ Totūq; eius regimen ad hoc perducatur vt infrigidare poſſit ⁊ conſtringere. Qꝫ ſi non fuerit cum eo mordicatio in ventre: neq; qḋ egreditur pus habet admixtum: ſed eſt viſcoſum: ⁊ adeſt inflāmationis paucitas: et pauca ſitis: ⁊ rutus acidus: Egro ſicla ⁊ ſinapis ⁊ piſces ſaliti tribuantur. Deinde cogatur ea vomere ſumendo ſalē ⁊ mel ⁊ anetum coctum. Que ſi non ſuffecerint. Medicamen qḋ expellit flegma tribuatur. ⁋ Qḋ. ℞.aloes. ʒ.i. colloquintide interioris. ʒ.iij. ſalis indi. ʒ.iij. turbith. ʒ.i. Ex his fiant pillule: ⁊ ſufficiunt ad doſim vnam.

⁋ Uomitu preterea ſepe vtatur: ⁊ cibaria quibus vtitur ī almuri perſo intingantur ⁊ comedat ſulcita que ſale condiuntur: ⁊ que acrimonia₃ habent: que appetitum prouocare conſueuerunt. ⁋ Si autem cum hoc quod diximus nihil egreditur qḋ ſit ſuperfluū: neq; qḋ expellitur aliqd purulentum vel flegmaticum habet admixtum: egro vinum puru₃ ⁊ forte tribuendū eſt: ⁊ diaolibanū dandū: qḋ

℞.olibani.ʒ.x.piperis ameos spice keisim nisi nigelle: oīū añ.ʒ.ij.balaustie.ʒ.x. mellis dispumati qđ sufficit ad cōficiendū:detꝰ ex hoc in potu:qꝛ stomachum calefacit ⁊ vehementer desiccat. ¶ Apoçima quoqꝫ de senibꝰ qđ in capitulo colice passiōis noīauimus detꝰ ⁊ assuescat ī potu sumere vinū purū. ¶ Si vō cibꝰ nō egreditꝰ sed res subtilis ⁊ alba ⁊ aquosa:cū qua sūt ea que epatis significant debilitatem:egro tribuantꝰ id qđ fit de scoria:⁊ diaolibanū:et trocisci calefaciētes epar qs nominauimus:⁊ electuariū diacalamētū.quod ℞.foliorū rute foliorū calamēti siccorum:ameos carui leuistici çinçiberis.ciamomi macropiperis:oīum ptes eq̄les:cōficiantꝰ cum melle cocto:⁊ dentꝰ alia medicamina q̄ nomīauimꝰ in capitulo epatis: ex his que ipm calefaciūt ⁊ ꝯfortāt. ¶ Si aūt cum p̄dicta egritudine nō fuerit significatio debilitatis epatis: immo qđ egreditꝰ cum fluxu subtile est ⁊ albū ⁊ fiat in stō grauitas: puluis de granatis ad transglutiēdū dandus ē: qui ℞.ossium granatorū acetosorū assatorū tritorū vt alcohol.ʒ.c. carui.se.coriandri:amborū aceto acerrimo infusorū:⁊ postea assatorū.añ.ʒ.xx.xilocaracte.sumach.balaustie.oīum añ.ʒ.x. pulueriçentꝰ optīe ⁊ ꝯmisceantꝰ:⁊ detꝰ ex eis puluis ad trāsglutiēdū. ¶ Elariū quoqꝫ qđ dꝛ cāçi:detur.qđ.℞. arillorū passarū tritorū vt alcohol lib.i.mirtillorū siccorū pulueriçatorū vt alcohol lib.ʒ.xilocaracte nabati balaustie:se.tamarisci ameos oīum añ.ʒ.x.ꝯficiantꝰ cū melle de cana mellis aut cū melle apū optime dispumato:⁊ ex elario sumatꝰ. ¶ Si aūt qđ egreditꝰ citrinū fuerit:⁊ anū mordicat:⁊ eger sitim patiatꝰ ⁊ febrē:trocisci ꝯstrictiui de spodio:⁊ aqua sauic ordei dentꝰ. ¶ Trocisci cōstrictiui đ spodio. ℞.rosarū rubearū:spodij:amborū añ.ʒ.x. seminis acetose:sumach:balaustie:gūmi arabici:oīum añ.ʒ.v. Informentꝰ trocisci pondere.ʒ.ij.quorū vnus cū.ʒ.de rob citoniorū simplici sumatꝰ:aqua vō sauich ordei quā diximꝰ ita fit:ordeū fractū in aqua ipm cooperiēte buliat donec aq̄ inspissetꝰ.deinde coletꝰ ⁊ bibantꝰ ex ea.ʒ.iij.cum tribus.ʒ. spodij:⁊ gūmi arabici eadē quātitate. ¶ Qꝫ si ex fluxu vētris euenerit excoriatio puluis de bolo ad trāsglutiendū detur:qui ℞.psilij.ʒ.xx.seīs plantaginis.ʒ.x.gūmi arabici boli armeni amborū añ.ʒ.ij.psilliū assetꝰ ⁊ gūmi:⁊ bolum pulueriçetꝰ ⁊ ꝯmisceatꝰ:⁊ sumatꝰ in potu ex eo in mane.ʒ. ij.cū rob de citonijs ⁊ circa noctē tantūdē. ¶ Cibus vō eius sit pulmētū factū cum granis granatorū ⁊ passis cum aqua ⁊ aceto:⁊ cibꝰ factus cū succo vue acerbe ⁊ sumachia ⁊ tafea admiscetꝰ succꝰ sumach ⁊ his sil'ia cibaria.

¶ Trocisci de balaustijs q̄ ꝯtīuc ꝯferūt diarie dandi sūt: cum fluxus fuerit superfluus:siue hēat sanguinē admixtum siue nō. ¶ ℞.gallarū siliquarū nabati:seīs tamarisci: olibani:balaustie:oīum partes equales:opij gūmi arabici amborū añ.partē mediā. Informentur trocisci pōdere.ʒ. ij.ex quibꝰ vnus cum vino sumatꝰ. Si neqꝫ calor affuerit neqꝫ febris. Sꝫ si febris affuerit cū rob de citonijs acetosꝰ sumatꝰ:q tūc dandi sunt:cū vētris fluxus supfluus fuerit.

¶ Trocisci ad tenasmon:qui dandi sunt cum caloris absentia fuerit:⁊ ventositas erit nociua:⁊ sonitus. ℞.seminis iusquiami albi:seīs aneti:seīs feniculi.oīum.ʒ.ʒ.ameos.ʒ.ij.⁊.ʒ.opij.ʒ.ij.seīs apij.ʒ.x.fiāt trocisci de quibꝰ pondus vnius aurei in potu sumatꝰ. ¶ Confectio de storace q̄ antiquo ventris fluxui ꝯferens ac tenasmoni: cū neqꝫ febris neqꝫ calor affuerit:sed erit ventositas nociua danda est. ℞.castorei:opij:assari:storacis liquide:myrrhe:se.iusquiami nigri thuris oīum partes equales:mellis qđ sufficit ad specierū cōfectionē.cuius dosis sit.ʒ.ij.vsqꝫ ad tres.

¶ Si aūt postq̄ tenasmō decē trāsierit dies nō visa fuerint medicamina cōferre:⁊ eger supra pectinē sentit dolorem:redeundū est ad clistere.

¶ Clistere ꝯstrictiuū ℞.pānici excorticati:lentiū excorticatarū rosarū siccarū:balaustie coplarū gladiū oīū añ.M.i.oīa ī.iij.lib.aq̄ coq̄ntꝰ:donec ad librā.i.⁊.ʒ.redeāt:⁊ coletur.deinde sumantur ceruse:cineris papiri babilonici:aut cineris papiri:amborū añ.ʒ.i.boli armeni.ʒ.ʒ.vitellus oui vniꝰ assati durus:olei rosei.ʒ.ʒ.Ex his oībꝰ in p̄dicto apoçimate fricādo dissolutis clisteriçetꝰ eger sel' aut bis. ¶ Qꝫ si tenasmon fuerit longi tpis in quo nō egreditꝰ sanguis:sꝫ rasura alba mucillagini similis. Medicamē putredis qđ in caplo de cura gingiuarū putridarū nomīauimꝰ dādū est Ex quo in apoçimate eorū qđ noīauimus fricato dissoluto clistere semel aut bis fiat. ¶ Et si ex ventris fluxu in ventre vehemēs mordicatio secuta fuerit:clistere fiat ex oleo roseo tepido. Si aūt nullo modo mordicat:clistere fiat ex illo medicamine.multotiens addatur donec sanetꝰ.

¶ Epithima de quo venter cum fluxus supfluit ⁊ virtus est debilitata liniēdꝰ est. ℞.gallie acatie ciperi mirre gallarum cipressi thuris oīum partes equales. Ex his oibus vino veteri aut succo citoniorū conspersis liniatur venter. Huic quoqꝫ qn̄qꝫ additur panis biscoctꝰ de suria. ¶ Si autē cum hac egritudine fuerit calor:epithima fieri cōuenit ex duobꝰ sandalis:⁊ rosis:⁊ bolo armēo:⁊ fausel: ⁊ gall' ⁊ pane biscocto cū succo macianorū ⁊ citoniorū ⁊ mirtio.

¶ Qꝫ si eger vehemēter patiatꝰ tenasmō:⁊ sepe vadat ad sellā:⁊ tñ nihil egrediatur:colliriū istud subyciatur. Est enim mirabile ad sedandū tenasmō:qđ.℞.thuris:litij:croci:gūmi arabici:oīum ana.ʒ.i.opij.ʒ.ij. informentur colliria ⁊ supponatur.

¶ De difficultate mingendi. CAP. LXXIII.

Cum vrina minuitꝰ aut ex toto retinetꝰ neqꝫ in femore apparet tumor:neqꝫ grauitas neqꝫ dolor in renibꝰ sentitꝰ: succurrendū est ex medicaminibꝰ vrine ꝓuocatiuis que noīabimus. ¶ Unū quorū est hoc qđ.℞.seminis apij:nitri:rubee tinctorū:olixatri seminis iuniperi:seminis assari: ameos:semis feniculi:spice amigdalarū:seminis melonis:oīum añ.ʒ.x.cantaridarū quarū capita ⁊ ale abscisa fuerunt.ʒ.i.armoniaci.ʒ.ij. armoniacum in vino dissoluatur:⁊ alie species ex eo conficiantur. Ex quibus fiāt forme auellanis similes de quibus sumātur ab vna.ʒ.ad.ij.ʒ. hoc enim medicamē valde confert corpori cum dissolutionē patitur:⁊ laxitatē:⁊ yposarche:⁊ ad expellenda oīa accidentia: cā quorum corpꝰ desiccari oꝫ. Qꝫ si ꝯtingat mingendi difficultas ex casu aut pcussione in femore:aut in ano: aut in eorū circuitu.eger ex basilica minuatꝰ.deinde aqua calida loco sepe superfundatur: ⁊ vsqꝫ ad spaciū medij diei ex oleis fricetꝰ. Egro quoqꝫ p̄cipiatꝰ vt vrinā expellere nitatꝰ. ¶ Si aūt mingendi difficultas cōtingat vesica existente plena ⁊ extensa:⁊ sit hoc post sanguinis aut saniei mictū: medicamina que trombos sanguinis:aut pus qđ in vesica generatꝰ soluere cōsueuerunt:⁊ liquare: dāda sunt. ¶ Medicamē qđ trombos sanguinis aut saniei que ī vesica fit dissoluit. ℞.cordumeni mirre rubee.de qua tingitꝰ.seminis iuniperi armoniaci: asse oīum partes equales. Armoniacū dissoluatꝰ:⁊ formētur pillule ex alijs speciebus ex eo confectis.de quibus q̄ter in die sumatꝰ cum apoçimate de seminibꝰ qđ nominauimus. ¶ Sirupus ēt acetosus ex forti aceto factus multotiens detur. ¶ Per siringam preterea imittatur in vesicam aqua in qua dissolutꝰ fuit sal:aut aqua cineris:⁊ ista est confectio aque que fit de cinere. ¶ ℞.cinerē de ilice cinerem de vitibꝰ:cali.calcem. His omnibꝰ admisceatꝰ tātum aque vt ex ea cooperiri possint:⁊ dimittantꝰ sic p tres dies.deinde colentur ⁊ per siringam in vesicā inyciatur.

¶ Herba quoqꝫ croci ortulani ⁊ esula cocta superponatꝰ.

¶ Tinā preterea assidue igrediatꝰ:in qua sit aqua in qua cocta sint camomilla sticados arabicus sāsucus finsibriū

aut in qua extremitates cauliũ ꝛ esula: ꝛ fimus colũbi-
nus cocte fuerũt. ¶ Eger in decoctione eaꝝ sedeat: ꝛ ex
herbis istis sic coctis fiat empl'z super femur ꝛ partes ei
circũadiacentes: ꝛ dũ in tina moraṫ sumat in potu q̃ vri-
ne prouocatiua existũt. Et si hec omnia nõ profuerit ad
instrumẽtum cum quo vrina ꝓuocaṫ est recurrendum.
¶ Si aũt mingẽdi difficultas post lapidis signa affuerit:
eger supinus iaceat: ꝛ pedes eius diuersis modis ꝛ forti-
ter patiendi sunt. Et si vrina nõ egressa fuerit oportebit
vt cũ instrumẽto cureṫ ꝑ quod mẽbro ĩmissũ fit ĩpulsio.
Cauendũ tñ est ne virge immitaṫ: cum est ibi apostema.
Ad difficultatẽ quoq; valde confert sepe ingredi tinam:
ꝛ vngere loca ex oleis ꝛ medicamina vrinaꝫ prouocãtia
in potu sumere ꝛ abstinere a nutrientibus acetosis: ꝛ pon-
ticis ꝛ crossis. ¶ De lapide. CAP. LXXIIII.

Cum eger virgã sepe fricat ꝛ manu tra-
ctat: ipsa quoq; quãdoq; eri-
gitur: ꝛ arescit. ꝛ vrina difficulter ꝛ cuꝫ dolore
egrediṫ in qua egritudine fortasse ẽt longao-
ne quãdoq; exyt lapis in vesica eẽ significaṫ:
Si aũt eger sentit cũ difficultate mingẽdi vehemẽtẽ do-
loreꝫ in renibus: ꝛ in emũctorys: ꝛ nauseã ꝛ vẽtris cõstri-
ctionẽ in renibus lapis eẽ monstraṫ.
¶ Lapidi vo qui est in vesica cõfectio ista vtilis existit: ꝛ
est optima ad frãgendũ lapidẽ cum vetustus fuerit. Ego
quoq; iã fregi cũ eo magnuꝫ lapideꝫ in spatio minore q̃-
draginta dieꝝ. Cuius cõfectio. ℞. carpobalsami seminis
rafani: dauci olixatri seminis corticis radicũ opoponacis
corticis radicũ capparis: amigdalaꝝ amaraꝝ dampno-
coctie squinanti: ciperi: spice inde. cassie lignee: saculo
fundurion: harmel: gentiane: aristologie rotũde: asari: cor-
dumeni: armoniaci: serapini: bdelij: piperis: acori oĩuz p-
tes equales: gũme sufficiẽti balsamo dissolute malaxeṫ:
ꝛ ex eis alie species conficiãṫ. Ex qbus informẽtur pil-
lule: ꝛ sumaṫ ex eis in die. i. ʒ. cũ apozimate de seminib⁹.
¶ Quãdoq; etiã sexta ps. ʒ. vnius ꝺ cinere scorpionum
simul cũ eis daṫ. ¶ Cinis vo de scorpiõib⁹ hoc modo fit.
Scorpiones sumanṫ ꝛ in ollaꝫ nouã positi os habentem
opilatũ super lacertuluꝫ in furno mittanṫ: in quo non sit
vehemẽs calor: ꝛ sint ibi sex horaruꝫ: spatio: deĩde extra-
cti puluerizenṫ: ꝛ reponãṫ. ¶ Eger vo nutriaṫ ex aqua ci-
ceris: ꝛ caligie: ꝛ mutagenat. Et abstineat a lacte: ꝛ caseo
ꝛ ab alys cibis crossis. ¶ Ingrediaṫ tinã in qua sit aq̃ in
qua cocta sint folia caulium ꝛ esula ꝛ berengesif: ꝛ mẽta-
struꝫ: ꝛ fimus colũbin⁹: ꝛ medula seminis croci hortulãi.
¶ Femur etiã inũgaṫ ex oleo de scorpionib⁹: ꝛ distilleṫ
ex eo in virgaꝫ.
¶ Oleũ de scorpionib⁹. ℞. aristologie rotunde: gentiane:
ciperi: corticis radicuꝫ caparuꝫ omnium ana. ʒ. i. Hec oĩa
in libra vna olei de amigdalis amaris posita ad solẽ per
hebdomadã vnã dimittanṫ: ꝛ colenṫ: ꝛ exprimanṫ: ꝛ pro
vna quaq; libra ex eo adiũganṫ ei scorpiones deceꝫ ꝛ to-
tum in vase cuius os opilatũ sit missuꝫ ad solẽ per duas
septimanas moretur: deinde coleṫ ꝛ repõaṫ. Est enĩ opti-
mũ ꝛ mirabile: de quo q̃tidie in virga guttatĩ fundend⁹
est postq; eger de tina egreditur. ¶ Or si lapis magnus
fuerit: non inueniṫ aliud remediũ: nisi vt cũ incisione ex-
trahaṫ: de hoc tñ loqui nostri libri huius moduꝫ excedit.
¶ Cũ aũt in renib⁹ fuerit lapis: eger frequenter tinaꝫ in-
grediatur ꝛ renes: ꝛ ylia: ꝛ ex oleis inũganṫ ꝛ ex eis q̃ lo-
cũ calefaciunt desuper cũ panno ponãtur: vt sunt ea que
nominauim⁹. In potu quoq; sumanṫ ea q̃ lapidẽ frangũt
¶ Si autẽ lapis ceciderit in virga ꝛ obstaculuꝫ fecerit
aqua calida ab alto distillando ei supfundatur: donec ru-
bere videaṫ: deinde oleũ tepidũ guttatim supiaceatur ꝛ
fricẽṫ ꝛ si necesse fuerit: ad exteriora sugaṫ. Ex hoc enim
mouebiṫ lapis: ꝛ exibit. Sed si magn⁹ fuerit ꝛ difficilis:
necesse est vt virga inferius incidatur: ꝛ extrahaṫ.
¶ De nascentijs renũ ꝛ vesice. CAP. LXXV.


Apostema qd fit in renib⁹ ꝛ i uesica cõ-
mitaṫ febris ꝑmixta q̃ nõ
est vehemẽtis caloris cuꝫ qua ẽ oripilatio ꝛ ri-
gor: ꝛ freqẽs mictus: ꝛ dolor in inferioribus
dorsi ꝛ grauitas: ꝛ cũ ipelliṫ videṫ egro quod
aliqd ibi suspẽsuꝫ sit. Cuꝫ hec itaq; signa visa fuerit: eger
ex basilica flobotomeṫ ei⁹ partis in qua doloreꝫ sentit: ꝛ
grauedinẽ. ¶ Loco quoq; emplastra ĩfrigidantia super-
ponãtur. Et si egritudo sic dissoluta fuerit bonũ erit. Si
autẽ febris: ꝛ dolor: ꝛ grauitas perseuerauerint: ꝛ vrina
minutiꝫ: ꝛ frequenter egrediṫ: significatur pus ibi colligi
Est igiṫ tũc super dorsuꝫ emplm ex camomilla semine li-
ni: furfure oleo sisamino cõspersis ponẽdũ: ꝛ egro vt in ti-
na sedeat ꝑcipiendum. ¶ Si aũt eger mixerit pus: semi-
na q̃ nominabim⁹ i capitulo de ardore vrine sunt danda:
donec pus minuaṫ: deinde denṫ trocisci quos in capitu-
lo de mictu sanguinis: ꝛ sanici nominauim⁹. ¶ Aposte-
ma vero qd in vesica fit deberet comitari febris conclu-
sa: ꝛ difficultas mingendi: ꝛ dissuria: ꝛ femoris ꝛ virge do-
lor: ꝛ tũc eger ex basilica flobotomãdus est: ꝛ fiat egritu-
dinis cura: queãdmodũ prediximus. ¶ Est aũt quãdoq;
renũ apostema qd nõ peruenit ad saniẽ: imo trãsit in du-
riciẽ cũ grauitas in renib⁹ sine febre perseuerat. Est ergo
clisterizandus ex mucilagine fenugreci: ꝛ seminis lini: ꝛ
apozimate camomille: ꝛ cauliũ: ꝛ meliloti: ꝛ maluauisci:
ac furfuris: ꝛ vomat frequẽter. ¶ Renib⁹ quoq; suppo-
naṫ emplm ex eis q̃ nominauim⁹. Et si vrina minui vide-
tur: cũ illo vrinã ꝓuocantia dentur. Hoc quoq; ꝑ paruo
non est habendũ: quia ex eo peruenitur ad ydropisim.
¶ De ardore q fit in mictu. CAP. LXXVI.


Cum eger dum mingit sentit ardorem
ꝛ pũctionẽ i virga: a salsis: ꝛ
acetosis: ꝛ acutis abstinendus est: ꝛ nutriẽd⁹
est ex tafeis leuibus: ꝛ cibrebegi: ꝛ eoꝝ simili-
bus. ¶ Hoc quoq; medicamẽ ei danduꝫ est.
Qd recipit seminis melonis excorticati. ʒ. xxx. seminis ci-
troli: seminis cucurbite: seminis portulace: seminis albi
papaueris omniũ aã. ʒ. iij. seminis ĩusquiami albi. ʒ. ij. zu-
chari albissimi ad põdus oĩuz de puluere horũ quotidie
in potu. ʒ. iij. in mane: ꝛ alie. iij. ʒ. circa noctem: cũ. ℥. i. syru-
pi violati: aut iulep sumanṫ: hec quoq; egritudo nõ ẽ par-
uipẽdenda: qꝫ cum sit mansiua ꝛ perseuerans: ꝓueniunt
ex ea in vesica: ꝛ in instrumẽtis vrinalib⁹ vlcera.
¶ De mictu sanguinis ꝛ puris. CAP. LXXVII.

c Um aliquis ꝑpter casum aut ꝑcus-
sionẽ sanguinẽ minxe-
rit: ex basilica flobotomeṫ: ꝛ trocisci qui dñr
trocisci de charabe in potu tribuantur.
¶ Trocisci de charabe. Recipe charabe gũ-
mi tremule arboris: amboꝝ. aã. ʒ. 5. balaustic: ypogstidos
amborum ana. ʒ. ij. ꝛ. 5. olibani. ʒ. ij. seminis apij: opij: ãbo-
rum. aã. ʒ. i. informenṫ trocisci pondere aurei vni⁹. Ex q-
bus vnus omni die cum apozimate sumach tribuatur.
¶ Ad comedendũ vero tribuaṫ caro cocta cũ sumach ꝛ
caro cocta cum succo vue acerbe. Abstineat a cibis acu-
tis: ꝛ salsis: loco vero percussionis superponatur emplm
ex bolo armeno: ꝛ achathia: ꝛ aloe: ꝛ licio: cõfectis cũ ace-
to ꝛ aqua. ¶ Si aũt sanguinis mict⁹ euenerit post come-
stionẽ ciboꝝ acutorũ: aut potũ vini acuti flobotometur
eger: ꝛ trociscos de charabe in potu sumat: ꝛ eodem qd
prediximus gubernetur regimine.
¶ Pus vero si minxit eger trocisci isti dandi sunt: qui. ℞.
seminis melonis citroli: cucurbite: omnium absq; corti-

cibus.an.ʒ.xx.boliarmeni:gummi arabici:thuris pinguis: sanguinis draconis:omnium.ana.ʒ.x.opy.ʒ.iy.seminis apy.ʒ.y.informẽtur trocisci pondere.ʒ.y.ex quib⁹ omni die vnus cum syrupi de papauere.℥.i.in potu tribuatur.

¶ Uirge quoqʒ ex isto collirio immittat̃.

¶ Collirium de cerusa.℞.ceruse:sarcocolle:olibani:gummi arabici:opy:sanguinis draconis:oium partes equales fiant ex eis collíria:⁊ p siringaʒ fiat prius iniectio ydromellis:⁊ mingat eger:⁊ post eius egressionẽ fiat iniectio isti⁹ colliry dissoluti in lacte asine.

¶ De his q nõ põt retinere vrinã. CAP. LXXVIII.




Cum eger multum vrine emittit ⁊ in emissione ardorem non sentit:aut mingit in somno neqʒ patitur sitim:neqʒ corporis extenuationem incurrit. Ea que vrinaʒ constringunt danda sunt.

¶ Medicamen retinens vrinaʒ.℞.glandium.ʒ.i.olibani .ʒ.xxx.seminis coriandri sicci gũmi arabici:boliarmeni: omnium ana.ʒ.x.fiat ex eis puluis de quo in mane.ʒ.iy.⁊ circa noctẽ totidem ad transglutiendum dent̃.¶ Qz si cũ hac egritudine sitis fuerit validissima clamosa ⁊ aqua q̃ bibit̃ cito egreditur:aqua ordei cũ psilio detur:⁊ nutriatur cum succo vue acerbe:⁊ sumach ⁊ similib⁹ horum nutrienti vue:⁊ cũ cibo q fit de simula ordei:⁊ masal:⁊ raib acetosum da ei in potu.⁊ prohibeatur laborare ⁊ cum muliere concumbere.

¶ Isti q̃qʒ trocisci ĩ potu sumãt̃ q.℞.spody.ʒ.x.lactuce:seminis portulace semis ãborũ ana.ʒ.xv.coriandri sicci:rosarum rubearum:boli armeni:omnium ana.ʒ.ʒ.balaustie.ʒ.y.cãphore.ʒ.ʒ.sumãtur ĩ potu cum succo granati acetosi.

¶ Herbe etiam frĩde terantur:⁊ super renes ponantur.Et caueat sibi a cibis cal'is ⁊ vino:⁊ ab omnibus que vrinaʒ prouocant.Illud aũt qð ex magno stolidorum errore prouenit est:quia dãt in hac passiõe egro medicĩas cal'as.vñ ilico deducunt ipsum ad ptisim.

¶ De lumbricis ⁊ vermibus qui nascuntur in ano ⁊ in vẽtre. CAP. LXXIX.



Cui hoc nocumento solitus est ledi:a cibis crossis ⁊ vnctuosis sibi cauer̃ debet:⁊ quotidie ante q̃ comedat sumat bucellas aliqs cum sinapi.Hoc enim ipsos generari prohibet.Si v̀o eos generari contingat:ñ conuenit aliud nisi vt expellant̃.¶ Medicamen ascarides expellẽs:burungi excorticati cum valde famelicus ẽ eger.ʒ.vy.sumantur.

¶ Medicamen magnos expellẽs lumbricos.℞.burũgi excorticati:turbit:seminis nigelle omnium partes equales:lupinorum:nasturcy:canibil:omnium ana.partẽ mediam:sumantur ex eo in potu.ʒ.vi.¶ Prius tamẽ bibat eger lac mox vt mulctum fuerit per tres dies:⁊ deinde q̃qʒ die quarta dietet se:⁊ de predicto medicamine in lacte adhuc calido vt mulctum est dissoluto ⁊ aceto dum valde famelicus est:bibat.Uermes vero minuti qui in anno fiunt pro quibus generatur pruritus in eo:⁊ ideo cũ fricat̃ anus expelluntur cum cotum ex oleo abluto inuolutum immittitur:aut inuolutũ oleo de crisomilis:aut suco mẽtastri.¶ Aut inuoluat̃ ex parua quãtitate aloes:⁊ felle vaccino:⁊ supponatur.

¶ De emoroydibus ⁊ fistulis ⁊ ragadys que in ano fiunt. CAP. LXXX.



Cum sanguis recens sine dolore p inferiorem fluit regionem interpolate tamen nõ est constringend⁹:nisi patiẽs ex eo debilitetur.A multis eni passionibus ex inde liberatur.¶ Si autem debilitetur:indiget constrictione:trocisci de charabe cum succo sumach dent̃.In comestione quoqʒ sumat sumachiã:⁊ cibum qui cum succo vue acerbe fit:⁊ similia his de illis que nutriẽtia sunt.¶ Si vero multum debilitetur:nutriatur cũ succo carnis:cui plerũqʒ ammiscentur succus citoniorum ⁊ vinum.Uinũ quoqʒ bibat stipticium:⁊ super epar ponatur emplastrum de spica qð in capitulo de epate nominam⁹.

¶ Et si ista non suffecerint:confectio de scoria ferri dẽtur: que Recipit mirobalan.nigr. belliricorũ:emblicorum: omnium ana.ʒ.ʒ.spice squinanti:ciperi.ʒiʒiberis piperis amcos:olibani:omnium ana.ʒ.y.scorie infuse in aceto per hebdomadã vnam:⁊ postea torrefacte.ʒ.xv.conficiãtur omnia cum melle dispumato qð fuit coctum cũ apozimate emblicorum sicut in capitulo de melancolia nominauimus.de quo quotidie ad nucis magnitudinem sumat̃ Hoc nãqʒ emoroydarum sanguinem ⁊ mẽstruorum cõstringit:fluxui quoqʒ ventris longi temporis:remediũ affert.

¶ Si autem in ano oritur aliqd prominẽs extra:ex q̃ magnus prouenerit dolor:nec fluit ab eo aliqd:succus cepe cũ pauca lana:aut fel vaccinum supponatur.¶ Suppositoriũ quoqʒ longum de ciclamine subyciat̃:qð patiens p totam teneat noctẽ:⁊ si contingat egredi:remittat̃:donec scindat̃:⁊ egrediat̃ sanguis.¶ Cum autẽ dolor vehementissimus fuerit:⁊ apostema magnũ in ano:flobotometur eger:⁊ empl'm hoc superponat̃.Sedat enim emoroydarum dolorem cũ adest apostema cũ eis:qð.℞.mellilotum:camomillaʒ que tãdiu in aqua coquãtur:donec dissoluãt̃:deinde sumant̃ ex aqua decoctionis cap quantũ manu vna teneri potest:vitellus oui assati vnus croci.ʒ.i.opy.ʒ.y.seminis lini triti:fenugreci:maluauisci:omnium añ.manipulum.i.Conficiantur oĩa ex rob in quo bdely.ʒ.iy.dissolute fuerũt ⁊ folia superposita postq̃ eorum superficies ex oleo sisamino in quo adeps gallinaceus fuit resolut⁹ aut anatis inũcta fuerit:more emplastri superponat̃:dũ adhuc tepida sunt.¶ Alia cõfectio dolorem ⁊ apostema sedans.Cepe albũ optime coctũ terat̃:⁊ cũ butiro vaccino misceat̃ vt mollefiat:⁊ tepefactũ ano in quo ẽ apostema superponatur:hoc enim dolorem vehementem sedat.

¶ Cũ vero in ano ragadias habuerit patiens que eum ledũt cum ipsius venter siccus est.

¶ Pillulis de bdellio sepe vtat̃:que.℞.ð mirobalanis nigris:chebulis amborum ana.ʒ.x.serapini.ʒ.iy.nasturty albi.ʒ.y.bdelly mollis ⁊ pinguis.ʒ.xv.dissoluat̃ bdelliũ in succo porrorum:⁊ ex eo conficiãtur alia:⁊ informentur ex eis pillule:⁊ sumantur ex eis frequenter ab vna.ʒ.ad.iiy.locus vero si adustionem patiatur ex vnguento de cerusa inungantur.

¶ Si autem non sentitur in eo adustio vngatur ex vnguẽto q fit ex adipe qui in gibbo camelli inuenitur ⁊ bdellio: qð sic fit:videlicet vnguentũ de sene.℞.cere citrine:olei sisamini:adipis anatis:medulle cruris vaccini adipis q ẽ in gibbo camelli:bdely:oium partes equales:bdellium prius in mucilagine seminis lini dissoluatur:deĩde oĩa misceantur:hoc enim optimũ existit.¶ Si autem eger ragadias ĩ ano habuerit profundas a qbus fetens virus fluxerit medicamẽ acutũ qð ĩ capitulo de vlceribus descripsimus:eis superponat̃:qð eger p duos patiat̃ dies.Et si in eis aliquid remaneat qð resudet medicamẽ iterũ apponat̃:qð eo vsqʒ fiat donec locus siccetur:⁊ nõ resudet: si fuerit profundũ.¶ Qz si ea q̃ ibi sunt eminentia extra ⁊ pendẽtia fuerint itẽ vt arescãt ⁊ nigrescãt:butirum tepidũ multotiẽs superponatur:dõec nigredo ab eo remoueatur.¶ Si autẽ resudatio reuersa fuerit:medicamen acutũ itẽ ibi apponat̃.Et si nõ resudauerit:ex vnguẽto de cerusa curet̃.¶ Est etiã quando eminentes emoroydes extra curant̃ cauterizando cũ ferro.log tamẽ de hoc plus est q̃ huius nostri liber modus regrat.

¶ Fistule vero gnant in ano velociter: quoniam figura eius facit illud esse necessarium quam aut penetrantes sunt: aut non penetrantes utrinque. ¶ Cum autem perforate sunt utrinque: stercus egreditur ex eis et ventositas. ¶ Si autem non egreditur neque stercus: neque ventositas: non est penetrans ab utraque parte: loqui vero de eius cura perfecte: plus est quam hic noster liber expectat. Sed quia fere homines omnes semper maximum incurrunt errorem in cura huius egritudinis: unde maximum sequitur nocumentum: nos excitabimus eos ad hoc quod huic egritudini congruum erit: et ostendemus qualiter a predicto errore se custodiant: et dicemus quod fistula utrinque perforata cum ab ano remota fuerit: nullo modo ferro est tangenda. Ex incisione enim ferri contingit stercus involuntarie egredi. ¶ Est etiam aliud quare fistula ab utraque parte perforata ferro tangi non debet. Quia toto tempore vite eger sic permanere poterit: non magnum faciens nocumentum: nec proveniet ex ea aliquid nisi resudatio et fluxus. ¶ Si autem illud quod ab ea fluxerit: fuerit acutum et mordicativum: et fetidum habuerit odorem. Cuius etiam quantitas quotidie augeatur: erit fistula putrida et cum herpete estiomeno cui ex medicamine acuto: ex eo quod complet omnia succurrendum est: ante quam dilatetur: et magnificetur.
¶ Cum autem non resudaverit nisi parum neque eius quantitas quotidie augetur: neque malus odor ibi augmentatus fuerit: non est in ea aliquid quod sit timendum nisi resudatio et fluxus. Que medicari potest donec siccetur: et detumescat: et non resudet per longum tempus. ¶ Si autem resudatio redierit medicamen predictum adhibeatur: et hoc modo poterit blandiri per totum tempus vite egri: et non nocebit. ¶ Modus adhibendi medicamen huic egritudini. Ex collirio quod in capitulo de fistula oculi nominavimus sumatur: et optime teratur. et fistula prematur donec quicquid in ea continetur egrediatur: ¶ Et si radius eam ingredi poterit: involvatur coto: deinde ex predicto medicamine postquam mollificatum fuerit inunctus in fistulam mittatur. ¶ Si vero minime ingredi in ea radius poterit dissolvatur medicamen in aqua: et sublevetur coxa egri supposito pulvinari: et eo supino iacente: predictum medicamen distillando super fistulam fundatur: et fiat hoc in mane: et circa noctem per tres dies: et sedeat in aqua de curcuma: et lavetur ex ea.

¶ De exitu matricis et ani. CAP. LXXXI.

Cum anus extra egreditur: apostemate carens: et ita disponitur quod si impellatur ingreditur: ceruse: balaustie: gallarum: aluminis: antimonii: omnium partes sumantur equales. Et redigantur in pulverem: et super anum ex oleo roseo calefacto inunctum pulverizentur: et anus intromittatur et stringatur: quod tamen fieri convenit: postquam eger a sella reversus fuerit ne eum cito surgere ad sellam sit necesse. ¶ Sumantur etiam galle: balaustie: cupule glandium: folia mirti: et coquantur in aqua donec rubea fiat: et sedeant in ea et lavetur ex ea. Quod si anum qui apostemosus est ingredi minime potest: eger aquam calidam frequenter ingrediatur: et in ea sedeat et ungat anum ex cera et oleo camomillino. Aut anetino: donec ingrediatur. Cumque intromissus fuerit: ex his que nominavimus curetur. ¶ Vulva preterea si egressa fuerit: similiter erit medicanda. Est tamen necesse ut fortiter ligetur: et ut egra semper supina iaceat et coxe superius eleventur.

¶ De constrictione menstruorum. CAP. LXXXII.

Pro superfluis menstruis constringendis. trocisci de charabe per hebdomadam unam sunt dandi. Qui si non contulerint confectio de scoria detur: et fiat minutio ex basilica. ¶ Ventose quoque ad mamillas apponantur: et in comestione stipticis utatur cibis. et hoc medicamen egra sibi subiciat: quod. ℞. olibani: balaustie: gallarum: antimonii: acatie: aluminis: omnium partes equales. Pulvis bo rum optime tritorum: cum pauca lana subiciatur: femur vero et dorsum ex epithimatibus que in capitulo de fluxu ventris nominavimus: epithimentur: et sedeat in aqua de curcuma. Que si ista non contulerint: ex alio pessario acuto fiat immissio: et maneat in vulva.

¶ De provocatione menstruorum. CAP. LXXXIII.

Cum ex retentione menstruorum magna sequitur passio: trocisci de mirra dentur. ¶ Trocisci de mirra. ℞. mirre. ʒ. iii. lupinorum optime tritorum. ʒ. v. foliorum rute: metastri: pulegii: cimini: rubee: de qua tingitur: asse: serapini: opoponaci: omnium ana. ʒ. ii. informentur trocisci ponderantes ʒ. ii. ex quibus detur unus in die cum aqua in qua semen iunniperi coctum fuerit. Hoc namque medicamen adeo vehemens existit in provocandis menstruis: ut etiam fetum excutiat si qua eo sepe utatur. Ventose quoque sub curvatura poplitis sunt ponende: et flobotomia ex saphena facienda est. Postremo quoque ventose femori: sunt superponende.

¶ De fissuris que fiunt in matrice vel vulva. CA. LXXXIIII.

Hec curande sunt ex medicatione ragadiarum ani: pessarium quoque ex adipe anatis et ysopo ceroto et medulla cruris cervini: mixtis cum cera dissoluta in oleo de lilio: aut narciscino subiciatur: si neque febris neque acuitas affuerit. ¶ Que si illud fuerit cum calore et acuitate: oleum roseum adhibeatur. Ex unguento quoque de cerusa similiter fiat pessarium. ¶ Si autem calor fuerit vehementior sumatur succus portulace: aut lactuce: aut mucilago psilii: et fiat tabula de plumbo similis marmori in quo teruntur colores habens in circuitu labium parvum et ponatur in ea aliquis de predictis succis: et cum pistello plumbeo adeo super ipsam moveatur: donec de plumbo multum predicto liquori misceatur et inspissetur succus: ex quo fiat pessarium: postquam oleum roseum ei admixtum fuerit: et supponatur. Hoc. n. medicamen cancro vulnerato qui est in matrice optimum existit: et aliis ei similibus. ¶ De plagis et cancro que fiunt in matrice vel vulva. CA. LXXXV.

Si cum apostematibus istis adest calor et febris: flobotomia ex basilica fiat: et patiens ex aqua ordei nutriatur: et liniantur renes: et femur et ylia et sume ex epithimate apostematis calidi: et infrigidetur locus quantum possibile est. Si vero postquam febres et acuitas quieverint: ex apostemate aliquid remanserint: ex iniectionibus liquidis curetur: et mulier in huiusmodi liquidis sedeat donec mollescat et maturetur.
¶ Pessarium mollificans dura apostemata matricis: et conferens doloribus in ea factis et paulatim eos quiescere faciens. Recipe adipis anatis: medulle cruris cervini vel vaccini: bdellii mollis: croci: vitelli ovi assati: fecis olei de seminibus lini: fecis olei de lilio: omnium ana partes equales: dissolvantur in vino aut rob: et fiat ex his pessarium. Est enim optimum ad sedandum dolorem: et mollificandam duriciem matricis. ¶ Patiens preterea sedeat in aqua in qua cocta sint fenugrecum: et semen lini: et camomilla: et mellilotum et caulium extremitates singulatim: aut omnia simul.

¶ De nascentiis que fiunt in matrice vel vulva. LXXXVI.

Cum a vulva fluxerit sanies spissa: aut virus tenue: si ex propinquo manat loco: neque fuerit ibi profunditas fetida neque putrida: sumenda sunt aloes: et mirra: et sanguis draconis: et sarcocolla: atque olibanum: et loco superponenda: donec consolidetur.
¶ Si autem ex loco manaverit remoto: ex pessario quod nominavimus in capitulo de sanguine et sanie fiat prolixma.
¶ Si autem quod fluxerit est fetidum: odorem habens malum:

ex pessario secũdo acuto fiat iniectio: postq̃ loc⁹ mundificatus fuerit: ex aqua ⁊ melle iniectis p instrumẽtũ añ cã
¶ Si vero cũ hoc q̃ fluit affuerit pũctio ⁊ dolor ⁊ apostema durũ: qđ tactu discernit̃ summopere cauẽdũ ẽ ne ex aliquo acuto medicamine tangat̃. Sed fiat iniectio ex cõfricatiõe plũbi quã diximꝰ: aut ex vnguento de cerusa: ⁊ flobotomet̃ ex basilica. Et custodiat ab omnibꝰ que colerã gignunt nigram: ⁊ seminibus ⁊ speciebus que pro condimento admiscentur cibis.

¶ De pfocatione mr̃icis. CAP. LXXXVII.

Cum menstrua p lõgũ tẽporis spaciũ retenta fuerint aut mulier a cõmixtione viri diu abstinuerit: licet valde affectauerit: ⁊ euenerit grauitas ⁊ dolor ĩ iferiori pte suminis: ⁊ senserit q̃si aliqđ sursũ trahi a parte suminis. Fortasse post ista superueniet ei sincopis: ⁊ q̃si mortua cadet. ppendi quoq̃ vix poterit q̃ ipsa attrabat aerẽ: vel hẽat pulsũ ⁊ forsitan pfocabitur ⁊ morieẽ: ⁊ fortasse sanabit̃: laboriose tamẽ. ¶ Hec itaq̃ passio ilico vt euenerit curanda est: Cuius curatio est: vt pedes fortiter fricẽtur ⁊ ligent̃: ⁊ vẽtosa magna sumini superponat̃. ¶ Obstetrici quoq̃ precipiat̃: vt digitum oleo bene redolẽte inũgat: ⁊ i circuitu oris vulue dũ est intus bene cõmoueat. ¶ Naribꝰ preterea odifi insufletur: ⁊ circa aures ipsius voces clamando proferant̃: ⁊ nihil qđ bene redoleat olfaciat: ĩmo bene redolentia ⁊ algalia remoueant̃. ¶ Et pectẽ ⁊ eius superiora ex eis epithimẽt̃: ⁊ naribꝰ malũ reddẽtia odorẽ applicẽt̃: vt stercus ⁊ castoreum ⁊ sulphur. ¶ Cum autem sanitati restituta fuerit: ex hac medicatione curet̃: ne egritudo redeat. ¶ Or si egritudo h̃ post mẽstruorũ euenerit restrictionẽ ea dẽtur que mẽstrua prouocant. Et in pedibꝰ fiat minutio: ⁊ vẽtose in eis opponant̃. ¶ Si aũt post longã viri dissuetudinẽ otingat: ex quo etiã sepiꝰ accidit: icipiat viri cõsuetudinẽ habere: aut obstetrix iteret illđ sepe qđ prediximus in omni pauco tẽpore aut medicamina q̃ minuunt sperma dent̃ que prediximꝰ. Et dẽtur trocisci de mirra quos ĩ caplo de mẽstruis puocandis noĩauimus.

¶ De mola. CAP. LXXXVIII.

Mulieribus plerũq̃ accidit passio ex q̃ pregnantiũ dispositiõis similitudinẽ incurrũt. Venter nãq̃ crescit: ⁊ discolorate fiũt: ⁊ retinet̃ mẽstrua. Motꝰ tamẽ qui est in hac egritudine: nõ est vt motus infãtis: ĩmo quãdoq̃ de suo mouet̃ loco cũ duriter tangitur. Ad vltimũ vero cũ angustia ⁊ dolore frustum carnis informe ac si pareret: emittũt. Plerũq̃ vero solummodo ventositas ⁊ humorum multitudo emittit̃: ⁊ deinde minuitur vẽter: ⁊ remouent̃ accidẽtia. ¶ Postq̃ ergo tps preterierit ĩ quo scitur puerũ ĩbere moueri si adesset trocisci de mirra dãdi sunt: ⁊ apozima de seminibꝰ: ⁊ oleum de cheisim adhibẽdũ: pessariũ ex ruta: ⁊ mẽtastro: ⁊ alia pessaria pdicta in capitulo de alleuiatione partus: sunt imittẽda. Doses quoq̃ de pillulis fetidis frequenter tribuende sunt: cum hoc enim cito euadent.

¶ De ruptura inguinis. CAP. LXXXIX.

Cum aliquis in mirach vẽtris habuerit eminentiã que cum supinꝰ iacuerit: ⁊ locꝰ digitis cõpressus fuerit remouet̃: ⁊ cũ sederit redibit: passio adest que ruptura dicitur. ¶ Qui hoc itaq̃ patitur: sibi cauere debet: ne post comestionẽ moueat̃: neq̃ comedat fabas ⁊ hoc precipue: neq̃ faseolos: neq̃ lentes: neq̃ olera: neq̃ aliquẽ cibũ inflatiuũ. ¶ Studere etiã debet: vt eiꝰ vẽter semper mollis sit: hoc nãq̃ regimine: possibile est ipsũ euadere dolorẽ. ¶ Locọ pterea aliquod superponẽdum est obstaculũ ⁊ stringendũ ⁊ proprie cũ se mouere voluerit. ¶ Grossus quoq̃ si fuerit ⁊ ventrẽ habuerit grauẽ: nõ debet vti motu nisi vẽter priꝰ sub vmblico ampla cingatur fascia.

¶ Emplm̃ ad rupturã. Recipe gallarũ cipressi partes. ij. mirre: ciperi sansuci: gallarũ: acatie: olibani: gũmi arabici omniũ ana partem vnã: gumme prius in vino resoluantur: ⁊ aggregentur cum eis reliqua: ⁊ super rupturã egro supino iacente ponant̃: ⁊ stringat̃ locus: ⁊ nõ soluat̃ vsq̃ ad sex aut septẽ dies. Postea egro supino iacente soluatur: ⁊ illo reiecto de eo emplastro supponat̃. Ex hoc enĩ prohibet̃ ampliari. ¶ In ruptura autẽ testiculorũ pellis augmentatur qđ fit aut pter ventositatẽ: aut pter aquã que ibi congregant̃: aut q̃ intestina descendũt ad locũ illum. Si vero propter descensum intestinorũ cõtingat: erit grauis ⁊ dolorosus: ⁊ sentiet dolorem cũ tangẽtur. ¶ Taliter itaq̃ patiẽs sicut prediximꝰ regendus ẽ ⁊ emplm̃ predictum superponẽdũ: ⁊ locus cũ ligatura: assidue ẽ stringendus. Ruptura enim cũ nõ stringitur. dilatat̃. ⁊ augmentatur semp. ¶ Si aũt causa a qua fiat: locus apparet lucidus: ⁊ tersus ⁊ tensus. Huic itaq̃ confert epithimari ex epithimate qđ in capitulo d̃ ydropisi nominauimus. Aqua quoq̃ ĩ hac egritudine plerũq̃ petit inferiora ⁊ fluit inde: vñ eger per aliquot tẽpus sanus efficitur: sed preterea redit egritudo: postq̃ ergo aq̃ fluxerit: curãdus est eger ex cauterio: ⁊ medicamine. Ex h̃ enim prorsus curabit̃: nec egritudo redibit. De hoc tamẽ loqui plus est q̃ hic noster exigat liber. Cũ aũt hec egritudo: ventositatis cã cõtingit locꝰ fricandus ẽ: ⁊ ex oleo sambacino in quo castoreum ⁊ euforbiũ dissoluta fuerũt inungendus: ⁊ ex eodẽ intꝰin virgã guttatĩ distillãdũ.

¶ De podagra ⁊ sciatica. CAP. LXXXX.

Cum in iũcturis fuerit dolor: ⁊ apostema ⁊ locus cũ tangitur fuerit tactꝰ calidus: ⁊ color rubeus: eger si dolet ĩ dextro pede ex dextra manu: ⁊ si ĩ sinistro ex sinistra est flobotomãdus: ⁊ locus ex hoc medicamĩe liniendus. ¶ Epithima. ℞. rosarũ rubearũ: sandali fau fel: sief memite: boli armeni: opij: omniũ partes equales: Ex istis in aceto: ⁊ aqua dissolutis fiat epithima. ¶ Psiliũ quoq̃ aceto infusum in carta missũ superponantur ⁊ cũ tepuerit mutet̃: ⁊ loco eius aliđ superponat̃. ¶ Vẽter preterea ex apozimate mirobalanorũ: ⁊ hermodactilis: soluat̃. ¶ Apozima mirobalanorũ cũ hermodactilis: Recipe mirobalanorũ citrinorũ. ℥. xv. pulueris turbit fricati: polipodij: amborũ ana. ℥. ij. sene: seminis fumiterre amborũ ana. ℥. iij. hermodactili albi: seminis endiuie: seminis apij: rosarũ: omniũ ana. ℥. ij. coquantur in tribꝰ libris aque donec ad vnã redeãt: deinde manibus fricentur: ⁊ colẽtur: ⁊ bibat̃ cũ zuchari tabarzet. ℥. x. ¶ Si q̃s apozima fastidierit: pillulas istas sumat: que nõ valentes incedere surgere faciũt: ⁊ pedibus ambulare.

¶ Pillule que nõ valẽtes incedere surgere faciũt. Recipe aloes. ℥. i. scamonee q̃rtã. ℥. vnius. rosarũ rubearum tritarũ: sextam. ℥. i. hermodactilorũ alborũ. ℥. ß. in formẽtur ex eis pillule que erunt dosis vna. ¶ Eger vero nutriat̃ ex cibis frĩdis: ⁊ stipticis: ⁊ abstineat a vino: ⁊ confectionibus que ex melle fiũt: ⁊ carne.

¶ Cum autem apostematis calor quieuerit: ⁊ eius inflamatio: ex his q̃ calidorũ apostematum reliquias resoluunt curetur. Quorum vnum. Recipe ceram in oleo de lilio resolutam: cui admisceatur mucilago fenugreci: ⁊ seminis lini: deinde terant̃ simul donec vniãtur ⁊ fiat ex eis epithima. ¶ In tempore autem sue incolumitatis: ⁊ proprie circa tempus in quo egritudo eum inuadere consueuit: ⁊ quã maxime in vere. Assuescat flobotomiã vti:

⁊ vētris solutione: ex his q̄ coleram expellunt rubeā ⁊ a potu vini abstineant: ⁊ a comestione eorum que ex melle conficiunt̄: ⁊ a carne. sint eius cibaria acetosa: ⁊ stiptica ⁊ his similia ex his que infrigidant. ¶ Mēbra autē que hanc consueuerūt incurrere passionē: min⁹ solito laborē pati assuescant: ⁊ precipue cum tēpus inuasionis timet̄ ⁊ cum corpus fuerit plenum ⁊ vene plene: ⁊ fuit diu ex quo neq̄ minutus: neq̄ solutus fuerit.

Cum autem cū dolore iūcturarū neq̄ calor neq̄ rubor i colore affuerit: fueritq̄ eger frīde cōplexionis ⁊ locus tactu sentitur frigidus in principio curationis eius pillule maiores de hermodactilis dande sunt.

¶ Pillule maiores de hermodactilis. ℞. hermodactilorū satiriō: mei: zabara: omniū ana. ʒ. v. yere pigre. ʒ. x. collogntide: centauree minoris: amborū ana. ʒ. v. euforbij. ʒ. ij. turbit. ʒ. x. seitaragi indi. zinziberis: sinapis: piperis castorei omniū ana. ʒ. i. Informētur ex eis pillule: ex quib⁹ a duabus. ʒ. ⁊. 5. ad tres sumant̄. He nāq̄ pillule valde ꝓferūt: quia non valentes surgere incedere faciunt.

¶ Epithima ad podagram fridaū. Recipe storacis liquide: castorei: euforbij: mirre: aloes: acatie: oīum partes eq̄les. Ex his omnibus vino veteri admixtis fiat epithima. Cumq̄ iste dolor quieuerit succurratur: patienti ex distillatione multe aq̄ calide ab alto: ⁊ inūctio fiat ex oleo de lilio: ⁊ emplastrū ex bdellio molli: ⁊ storace: ac fenugreco ⁊ semine lini: ⁊ armoniaco: superponatur: qd̄ hoc modo cōficiatur: armoniacū bdelliū in vino veteri resoluantur ⁊ alia omnia eis admisceantur: ex quibus fiat emplastrū ⁊ superponat̄: hec nāq̄ egritudinis species est que in lapidis duritiē transit: ⁊ reddit membra ⁊ iuncturas fungis similia. ¶ Quapropter hanc habēs passionem a fastidio ⁊ ab aqua frigida: ⁊ a cibis crossis: ⁊ a frequenti ebrietate custodiatur eiq̄ precipiendū vt dum sanus ē motu vtatur: ⁊ a coitu abstineat: ⁊ precipue cum satur fuerit: neq̄ balneum ingrediatur neq̄ exercitetur post comestionē.

¶ Uinum preterea vetus ⁊ purum bibat. eis quoq̄ dum sanus est vtat̄ que vrinā prouocare cōsueuerunt.

Dolor vero qui sciatic⁹ vocatur est qui ab ancha p coxam totam vsq̄ ad genu in longitudine ꝓtenditur. ¶ Quandoq̄ etiam in longitudine ad virge similitudinem extensus per crus vsq̄ ad pedes descendit: ⁊ tunc si in complexione fuerit caloris dominium ⁊ vrie tinctura ex basilica manus eiusq̄ partis pri⁹ minutio facienda est: deinde ex sciatica.

¶ Si autem egri complexio frigida fuerit: ⁊ color fuscus sepe prouocandus est vomitus: ex apozimate rafani cū syrupo acetoso. Coxa quoq̄ ac pes ⁊ crus: ex oleo in quo castoreum euforbium: ⁊ storax sint resoluta inungantur assidue. ¶ Qꝫ si dolor in coxa mansiuus fiat: eger ex almuri nabati: ⁊ baurach clisterizetur: ⁊ ex enemate acuto qd̄ in capitulo de apoplexia nominauim⁹. ¶ Collirium quoq̄ ex ciclamine ⁊ colloquintida factum supponatur. Que eo vsq̄ fieri conuenit donec eger excoriationē incurrat. Ex ea enim duū accidit: plerumq̄ cōsequitur sanitas. ¶ Si autē passio inueterauerit sinapis sumat̄: ⁊ cū fimo columbino eiusdē quantitatis teratur: ⁊ ex apozimate ficuū conficiantur ex q̄bus coxe emplastrum supponatur. Qd̄ tādiu dimittatur donec in loco vesice aq̄ fiant: ⁊ findant̄: ⁊ effluat aqua q̄ in eis est: ⁊ vaporetur loc⁹ cum aqua calida: deinde eger per aliquot dies quiescere dimittatur: ⁊ si nondū sanitati restitutus fuerit: ad hanc eandem curam redeundū. ¶ Qꝫ si egritudo valde mansiua fiat ⁊ longi temporis ⁊ timet̄ ne vertebrū prosiliat aut egressū fuerit locus ex instrumēto qd̄ rote assimilat̄ cauterizandus ē: ⁊ incendat̄ cū coctura caput anche apō caput coxe. Hui⁹ tamē rei sermocinatio istius nostri operis metas transcēdit. ¶ Taliter p̄terea patiētes in tempore sospitatis vomere cōsueuerunt: ⁊ soluere vētrem: ⁊ regimē subtiliare: ⁊ a cibis crossis ⁊ frequēti ebrietate abstinere.

¶ De gibbositate. CAP. LXXXXI.

Cum gibbositas fieri incipit. pillule maiores hermodactilorū dāde sunt ⁊ oleum de cheiisī cū apozimate de seminibus sepe sumendū. Locus quoq̄ ex oleo sambacino in quo storax liquida: ⁊ castoreū: ⁊ euforbiū resoluta sint frequēter inungendus: ⁊ a cibis frigidis ⁊ crossis abstinendū. ¶ Aqua etiā calida in qua cocta sint mentastrū ⁊ sansuc⁹: ⁊ sticados arabicus: ab alto sup locū distillanda est: deinde frequens fricatio ⁊ inunctio ex oleis calidis facienda est.

¶ Qꝫ si is qui hanc patitur egritudinem puer fuerit balneum solummodo ⁊ inunctiones ex his que prediximus sufficiunt. ¶ Si aūt cū gibbositas incipit affuerit febris a predicto regimine omnino abstinendū: sed apozima ex berberis factū cū cassia fistula in potu tribuendū: flobotomia quoq̄ ex basilica facienda ē: ⁊ emplastra vehemētia loco superponenda.

¶ De varicib⁹. CAP. XCII.

Cum vene crosse ⁊ plene ⁊ diuerso modo curuate ⁊ virides in crure apparuerit egritudo q̄ vitis vocat̄ adesse significat̄: hec autē egritudo frequēti⁹ accidit his qui multū pedibus laborare cōsueuerunt ⁊ qui cibaria colerā nigrā generātia frequēter sumunt.

¶ In p̄ncipio itaq̄ curationis huius passionis: basilicam minuere conuenit: ⁊ ventrem ex his q̄ colerā educūt nigram soluere. Quorū mētionē fecim⁹ in capitulo d̄ melancolia: hec autē sepe faciēda sunt. Et ab omnib⁹ a quibus melancoliā patiētes custodiuntur: in hac egritudie abstinenda sunt. ¶ Postq̄ vero hoc regimen diu adhibitū fuerit: ex venis quas in crure apparuisse diximus: minutio fiat a quibus sanguis tamdiu fluere dimittatur donec q̄cq̄d in eis est euacuetur: deinde huiusmodi patiens colerā nigram expellentibus vtatur: ⁊ minuat̄ ex basilica: ⁊ caueat sibi ab omnibus que colerā generant nigram.

¶ De elephantia. CAP. XCIII.

Spasmi aūt q̄ est in radice eius signū ē q̄ abbreuiatur ligua ⁊ igrossat. ¶ Cura ē gargariçatio cū oleo de aneto ⁊ oleo camomillino: ⁊ linire ceruicē cum aq̄ cal. ⁊ vngere caput cū oleo aliquo. ¶ Et grauitas qdē lingue est ex eis q̄ accidūt post birsen: et si fuerit antiq̄ nō sanat: ⁊ nō antique ꝯfert vt fricet subt⁹ cū sal gēma ⁊ sale armōiaco: ⁊ oīa que faciūt currere saliuā ex ea: ⁊ si fuerit incipiēs fieri cronica ⁊ fuerit sensus cōturbati ⁊ mot⁹ graues cū ea ꝯfert ei cura palisis frigide. ¶ Et fit pp abbreuiationē ligamēti: ⁊ opȝ vt icidat illud ligamētuȝ ⁊ ponatur sup ipȝ attramētū tritū: ⁊ signū eius est q̄ ē adherēs

cum extremitate lingue equalr. ¶ Et fit pp ranulaz sub ea: qre oz vt sindat̃ ⁊ ex̃bat si fuerit magna: ⁊ si fuerit pua fricet̃ cũ medicamine acuto qđ ẽ ad gingiuã sanguiolẽtã.

Magnitudo aũt lingue vt nõ capiatur lingua in ore: fit ex multitudine humiditatũ que imbibũt eam: ⁊ signa eius sunt ꝓiectio eius extra ⁊ retentio sputi in ea. Oz vt fricet̃ cũ cepe: aut cũ acetositate citri: aut sil'b⁹ amboꝝ adeo donec currat saliua ex ea qñ ipsa flectet̃. Si ergo sufficit bene ẽ: ⁊ si nõ: fricet̃ cum sale armoniaco: ⁊. S. qdẽ dixit ꝙ magnitudo lingue fit ex vẽtositate vaporosa implẽte ipaz ⁊ inflãte. ¶ Et cura eius ẽ euacuatio cũ medicia solutina sicut sunt pillule cochie: ⁊ potio rez refridãtiũ sup ipaz linguã: ⁊ gargariçãdo cũ aquis infrigidantib⁹ ẽt: ⁊ differẽtia inter apa molle flãticũ ⁊ iter inflationẽ a vẽtositate vaporosa ẽ ꝙ inflatio nõ flectit̃ cũ premit̃ sup ipsam digitis ⁊ flegmaticũ flectitur.

¶ De sinanchia. CAP. LI.

Fit ex multitudine sanguinis sine malitia in ipso ⁊ signa eius sunt rubor faciei ⁊ oculoꝝ ⁊ tensio corpis toti⁹: ⁊ añcessio ciboꝝ generãtiũ sanguinẽ: ⁊ multa repl'o eoꝝ: sicut sunt lac: dactili: vinũ: caro. ⁊ cura eius est flõmia cephal'. deide gargariçatio cũ aceto ⁊ aquã ⁊ sir. aceto. de çuccharo ⁊ rob pomoꝝ acetosoꝝ: rob de moris ⁊ aqua granatoꝝ acetosoꝝ ⁊ infusiõe sumach ⁊ solutio nãe cuz aq̃ fructuũ vt prunoꝝ ⁊ tamarindi: ⁊ cassie. f. tereniabin: ⁊ gargarismus cũ rob de nucib⁹ ⁊ aq̃ coriãdri humidi vsq; ad tres dies: ⁊ post tres dies gargariçet cũ lacte dulci in quo dissoluta sunt medulla cass. f. ⁊ si iuuat ꝑ hoc bene: ⁊ si nõ: ponatur i oĩ lib. aq̃ ficuũ decoctaꝝ. ʒ. i. baurach ⁊ mirte. ʒ. ij. dissolute cuz decoctione: fenugreci: ⁊ dactiloꝝ ⁊ emplastret̃ guttur exterius: sicut ẽ eius circuit⁹ cũ reb⁹ trahẽtib⁹ vt attrahat mã. ad exteriora ⁊ assiduet̃ id qñ dilatat guttur: ⁊ si fortior sit res ⁊ cõstringat̃ guttur valde tũc insufflet̃ in guttur ex hoc medicamie. ℞. se. albarmel: se. raphani: asse fetide baurach: armeni: mirre salis armoniaci añ. singulariter si vis aut cõiunctiz ⁊ tere sicut alcohol: ⁊ suffla i guttur: ⁊ si locus deglutiẽdi stringit̃: pone sup ceruicẽ vẽtosaz maximã: qñ deglutiet ⁊ aperiet̃ dũ ꝑmanebit ventosa super ipm: ⁊ da ei ad potandũ aquã ordei. deide reitera ventosaz: ⁊ si due vene q̃ sunt sub lingua fuerit plene: flobotomabis eas post flõmiã cephalice. sĩ vo appareat apa in gutture interi⁹ scalpella ipsum post flobotomiam.

¶ Et fit ex colera ni. ⁊ signuz ei⁹ ẽ: ꝙ nõ ẽ cũ eadẽ vehemẽtia ꝓfocatiõis ⁊ incendio ⁊ calore q ẽ cuz sanguinea ⁊ sunt sitis ⁊ inflatio ⁊ dolor fortior. ¶ Cura eius ẽ post flobotomiam gargariçatio cuz eis que diximꝰ: ⁊ sumes in potu aquam ordei cum mucillagie psily ⁊ aquã melonis indi: ⁊ assiduatio gargariçandi.

¶ Et ex flãte fit: ⁊ signa eius sunt multitudo cursus saliue ⁊ paucitas doloris cũ cõstrictione loci deglutiendi: ⁊ paucitas rubedis faciei. ¶ Et cura eius ẽ si infirm⁹ fuerit strictus: vt cito succurras soluẽdo ipm cũ cochys ⁊ clisteriçãdo ipm clisterib⁹ calis dictis in apoplexia: ⁊ fac eũ gargariçare cũ incipit egritudo cũ sirupo ace. mellino: aut cum muri nabati: aut cũ aq̃ mell'i cuius lib posita ẽ. ʒ. i. sinapis aut cũ sirupo acc. ⁊ aqua rafani expressi: ⁊ cuz decoctione ficuũ ⁊ baurach ⁊ sufflettur in guttur baurac ⁊ assa fetida ⁊ sal armoniacus.

¶ Et qñq; accidit post ꝑcussionez in collo. Et cura eius est flõmia: ⁊ reliqua q̃ diximꝰ in sinãchia sanguinea. Or si cõprimant̃ spondiles colli ⁊ cõstringat̃ guttur vehemẽter: tũc cura eius ẽ vt fiat ei instrm sil'e lingue freni itromittatur guttur: ⁊ subleuet̃ cũ eo locus coartat⁹. ¶ Et qñq; accidit hec coartatio in initio: ꝓpterea q: apa attrahit spondiles: ⁊ nõ cõfert tũc hec cura: ⁊ cõfert ad constrictionem gutturis ⁊ sinãchiã cũ ꝓprietate: stercus yrũdinis cũ teritur cũ sale armoniaco: ⁊ sil'r stercus canis albũ q comedit ossa: cũ exiccat̃ ⁊ terit̃ ⁊ cõficit̃ cuz melle ⁊ leniet̃ cum eo guttur.

¶ De tussi. CAP. LII.



Fit propter aliqd qđ ẽ in pulmone ⁊ ẽ necesse vt egrediat̃ qđ est: aut sanies: aut sanguis aut humor grossus: aut pp rez subtilẽ acutã descẽdẽtẽ ex capite semp cõmouentẽ cãnã ipsi⁹ pulmonis: aut pp humiditatẽ sui ipsius: aut pp ei⁹ siccitatẽ: aut pp caliditatẽ eius sil'r: aut pp vlcus: aut pp apa in ipo: aut apa sanguineũ: aut apa colericũ calidũ: aut flãticũ frigidũ: aut durz aut pp acrẽ frigidũ adueniẽtẽ cãne pulmonis. Et illa q̃ fit pp rez in pulmone quã necesse ẽ exire. ⁊ ẽ aut sanies cui⁹ signũ ẽ qđ fit post pleuresim: ⁊ dicã curaz eius in capl'o suo: aut ẽ humor grossus: cui⁹ signũ ẽ qđ fit post coriçã. ¶ Cura ẽ eius cũ decoctõe ysopi ex eis q̃ diximꝰ: ⁊ oz vt sumas decoctionẽ ysopi si vẽter ẽ siccus ita ꝙ misceas cũ ea cass. f. ⁊ si fuerit lenis nõ misceas cũ ea oĩo.

¶ Et eius q̃ fit ex re descẽdẽte ex capite ⁊ cõmouente pulmonẽ: signũ ẽ tussis sicca sine sputo ⁊ fit fortis ꝓprie in nocte ⁊ post somnuz. ¶ Cura eius ẽ vt det̃ in potu sirup⁹ papaueris: ⁊ gargariçet ante somnũ aquã i qua decocta sint folia ro. siccaꝝ ⁊ balaustie: xilocaracte de scemi: aut nabatie ⁊ teneat in ore suo has pill'. ℞. amili: dragagã. amigda. dulciũ excorticataꝝ ⁊ fabaꝝ excorticataꝝ se. papaueris ⁊ corticẽ ei⁹: gũmi ara. ⁊ boli arme. añ. ꝯficiant̃ cũ mucillagine psily ⁊ mucillagine granoꝝ citonioꝝ: ⁊ fiat ex eis q̃ sint sicut lupini ⁊ teneant̃ in ore. ¶ Si ergo sufficit bene. ⁊ si nõ. ℞. thuris mas. ps. i. mirre: opy: croci añ. tertia ptis. i. succi liquiritie. ps. i. fiãt pillule põdere sexte. ʒ. i. ⁊ sumat ex eis in nocte a trib⁹ pillulis vsq; ad. iiij. ⁊ fricet̃ caput in balneo postq̃ abradit̃ cũ pãno vehemẽter aspo tãdiu donec rubeat: ⁊ ꝓuocet̃ sternutatio oĩ die. ¶ Si ergo sufficit bñ: si nõ: radat̃ caput ⁊ liniat̃ cũ sinapi ꝯfecta cũ decoctione ficuũ ⁊ dimittat̃ tãdiu donec vesicet̃ locus ⁊ aperiant̃ vesice ⁊ cõsolident̃ spatio longo: ⁊ cauteriçet̃ locus cõmissuraꝝ ⁊ ꝓprie sup illã q̃ ẽ in medio capitis ⁊ nõ cõsolidet̃ tpe lõgo ⁊ nõ negligat̃ hec tussis: qñ ipsa multotiẽs ꝑducit ad ptisim. Et hec qdẽ cura cõfert oĩ ex cui⁹ capite descẽdit ad pect⁹ ei⁹ catarrus semp aut ad stõm: ⁊ fit cã ad sol'onẽ: aut ad oculos eius ⁊ fit cã doloris aut vlceꝝ in eis.

¶ Et fit ex humiditate pulmonis ipsi⁹ in flãticis ⁊ senib⁹: ⁊ signa eius sunt ml'titudo sputi ⁊ abũdãtia ei⁹ ꝓprie ⁊ post somnũ ⁊ viscositas flãtis in gutture ⁊ cõmotio hoĩs cũ eo in pl'ib⁹ dispõnib⁹ eius. ¶ Et cura eius ẽ vt in potu sumat decoctionẽ ysopi: ⁊ si sufficit bñ: ⁊ si nõ: vomat ⁊ soluat̃ cũ yeraruf. ⁊ q̃ diximꝰ ex illis q̃ scripta sunt cuz ea ⁊ det̃ post id in potu de hoc medicamie. ℞. se. feniculi. se. apy radic. lily: ysopi sicce: capillusueneris: se. raffani. añ. ʒ. i. ficuũ siccaꝝ. x. numero ⁊ dactiloꝝ tantũdẽ decoquant̃ cuz duab⁹ lib. aq̃ quousq; remaneat vna libra ⁊ det̃ in potu ex ea oĩ die lib. ß. tũc si sufficit bñ. ⁊ si nõ: sumat in potu de hac cõfectione. ℞. succi ligri. ʒ. x. ysopi sicce. capilliueneris se. vrtice: yreos: cordumeni. pipis aristol'. ro. amigdal'. amararuz nasturty. añ. ʒ. v. conficit̃ cũ melle dispumato ⁊ det̃ de ea sicut nux. ¶ Et hec qdẽ medicia educit saniẽ ex pectore ⁊ ex stõ ⁊ oẽs humores grossos: ⁊ teneat ex eis pill'. in ore. ℞. succi ligri. ʒ. v. pipis: mirre: cordumeni: amigdal'. amar. añ. ʒ. ij. asse fetide. ʒ. i. cõficiat̃ cũ melle: ⁊ fiant inde pillule ⁊ teneant̃ in ore. Or si tussis in nocte ꝓhibeat sõnũ ⁊ faciat vomere: curet̃ cũ eis q̃ educũt humiditatẽ ex pulmone: ⁊ sumat post id de istis pillulis: ⁊ teneat eas in ore suo ĩ nocte. ℞. mirre. storac. ligde: thuris mas. añ. opy: q̃rta ps i. ⁊ fiãt pillule in vnaquaq; quaꝝ sit pondus sexte. ʒ. i. ⁊ sumatur sicut diximus.

¶ Et fit ex siccitate pulmõis: ⁊ signa eius sũt ꝙ ē sine sputo ⁊ alleuiat̃ cũ sorbitione amili: ⁊ apud introitũ balnei: ⁊ apud sõnũ ⁊ comestionē ⁊ potũ vini plĩme cõmixtõis: ⁊ fit fortis cũ ē fames ⁊ sitis: ⁊ ꝓpe cũ labor adest: ⁊ cũ ea semꝑ aliq̄d ꝯstrictiõis anhelitus aut paꝝ aut plĩmũ: ⁊ id secũdũ quãtitatē siccitatis pulmõis: ⁊ extenuationē corꝑis ⁊ frequẽtiã in pulsu ⁊ cũ ꝑuitate ⁊ velocitate. ¶ Et cura eius ē vt in potu det̃ aq̃ ordei: si res iã ꝑuenit in eo ad hº vt febriat bis in die in mane lib. 5. ⁊ post. iij. horas ⁊ ĩtromittat̃ in tina secundũ. vi. horas dici: deĩde cibet̃ post illud ex kiscy ⁊ cucurbita ⁊ silĩ ex oleribꝰ cũ oleo amigdalĩ. ⁊ det̃ ei in potu in tꝑe sõni mucilago psily ⁊ aq̃ citroli ĩ tꝑe suo ⁊ aq̃ cucurbite ⁊ alteret̃ ei aq̃ cũ iulep ⁊ teneat in ore ex his pillĩ. ℞. succi ligric. ʒ. x. semē cucurbite dulcis semen citroli: semen portulace añ. ʒ. v. ꝯficiant̃ cũ mucilagine psily ⁊ albumine oui. ¶ Et si nõ ē feb. cura ē sumere ĩ potu lac ⁊ comedere panē cũ eo ⁊ potare ip̄m cũ ē sitis: ⁊ sit lac capraꝝ pascẽtiũ humidũ ordeũ ⁊ silĩa ex herbis.

¶ Et fit ex calore pulmõis: cuiꝰ signa sũt vehemẽtia sitis ⁊ magnitudo anhelitus ⁊ pulsus ⁊ rubedo faciei cũ anhelitu ascẽdẽtiũ vna vice post aliã. ¶ Et cura eius ē aq̃ ordei ⁊ mucillago psily: ⁊ facere emplĩm pectori cum cera ⁊ oleo violato ĩbibito in mucillagine psily: aut aq̃ portulace: aut aq̃ lactuce: aut aq̃ citrolĩ: ⁊ silĩa: ⁊ tenere in ore pillĩ. quas diximꝰ: ⁊ cibari pedibꝰ ⁊ pullis cũ cucurbita ⁊ alkisek: ⁊ oleũ amigdalinũ: ⁊ bibat sauic de tritico cũ çucharo ⁊ aquã de frigidã ⁊ assiduet emplĩare pectus cũ his q̄ infrigidant.

¶ Et fit ex apãte in pulmõe. ⁊ si ē calidũ ciꝰ signa sunt feb. ⁊ ꝯstrictio anhelitus suꝑflua: ⁊ frequẽtia pulsus magna: ⁊ vehementia rubedĩs maxillaꝝ. ¶ Et cura eius ē flõmia: deĩde reliqua cura quã diximꝰ in tussi ex caliditate ⁊ siccitate pulmõis. ¶ Aut ē apã flãticũ frigidũ molle: ⁊ signa eius sunt vehemẽtia cõstrictionis anhelitus absq̧ plĩma caliditate ⁊ neq̧ ē rubedo in facie ⁊ mĩtitudo saliue ⁊ sputi. ¶ Et cura eius in p̃ncipio ē cura apãtis calidi dũ cũ eo feb. ꝑmãet: cumq̧ ꝓtendunt̃ dies ⁊ sedat̃ feb. ⁊ caliditas. tunc cura eius ē vomitꝰ ⁊ solutio vẽtris ⁊ ꝓductio sputi cũ eis q̄ diximꝰ in capĩo tussis antiq̄ ex humiditate pulmõis.

¶ Et fit ꝑꝑ apã duꝝ in pulmõe: ⁊ signa eius sũt ꝯstrictio anhelitus secũdũ dies: ⁊ tussis sicca sine sputo ⁊ neq̧ ē caliditas in pectore si tangat̃: ⁊ ē difficultas attrahẽdi vẽtũ ⁊ ꝙ infirmꝰ sentit ꝯstrictionē anhelitus: deĩde debilitat̃ paulatim secũdũ dieꝝ trãsitũ: ⁊ nõ ē ei sanitas: ⁊ qñq̧ alleuiat̃ paꝝ ⁊ ꝓtendunt̃ dies cũ habente eã si sumat in potu aquã mellis subtilē ⁊ teneat in ore suo semꝑ oleũ amigdalinũ: ⁊ trayciat ip̄m paulatim ⁊ bibat lac recenter mulctũ ⁊ fiat ex ip̄o sorbitio cũ farina ciceris: ⁊ ĩungat̃ semꝑ pectꝰ cũ cera ⁊ oleo ĩbibito mucillagĩe fenugreci: ⁊ mucillagĩe se. lini: ⁊ ꝯfert ei adeps gallĩe: ⁊ adeps anatis cũ cõedit eũ.

¶ ¶ Et fit ex pulmõis vlcere: cuius signũ est egressio sanguinis aut saniei aut cortices egredientes cuꝫ tussi: aut fit pꝰ sputũ sanguĩs: aut post pleuresiꝫ: aut pꝰ catarrũ calidũ a capite ⁊ extenuat̃ in ea corpꝰ ⁊ ꝯcomitat̃ eã febris ethica. ¶ Et cura eius ē si nõ ē antiqua ⁊ vlcus ē recens adhuc ⁊ sanguis egredit̃ cũ tussi vt sumat in potu aquã ordei cum cancris fluuialibꝰ: ⁊ sirupo de papauere cũ lacte dũ nõ cõstrĩgit̃ anhelitus eius. ⁊ dent̃ isti trocisci de papauere. ℞. se papaueris albi: medulle se. cucurbite: seĩs citroli. añ. ʒ. x. amili dragagãtis: gũmi ara. succi ligri. añ. ʒ. v. thuris mas. boli ar. sanguĩs dra. carabe. añ. ʒ. ij. mirre cinamomi: opij. añ. ʒ. i. fiãt trocisci: ⁊ sumãt̃ in potu cũ sirupo de papauere aut cũ rob mirti. ¶ Et si fuerit antiqua ⁊ currit sanies cũ sonitu ⁊ ꝯstringit̃ anhelitus qñ retinet̃: tũc det̃ ĩ potu decoctio ysopi ⁊ q̄ diximꝰ ex illis q̄ educunt hãc saniē donec dilatet̃ ex hꝭ rebus; ⁊ qñ constringit̃ anhelitus cũ istis rebus dent̃ in potu ea q̄ educũt saniē: cũ ergo dilatat̃: redeatur ad ista: ⁊ admĩstret̃ dũ ꝯstringit̃ anhelitus: ⁊ administret̃ aliq̄d regimē eius q̄ ē ꝑꝑ siccitatē pulmõis: ex tina ⁊ cibatõe: ⁊ si fuerit putrefactio ⁊ fuerit id q̄d venit ex eo fetidũ cũ expuit̃ ⁊ fuerit plurimuꝫ: abũdãs ⁊ in pectore ⁊ in gutture oregmon. oportebit vt cũ eo q̄d educit saniē lambat eger oĩ hebdõada selĩ. ʒ. i. mirre rubee cũ tribꝰ. ʒ. mellis. ⁊ suffumiget̃ guttur suũ in traiectorio cũ istis pillulis. ℞. aristologie mirre storac. thuris: añ. arsenici rubei quãtũ oĩa aggregent̃ cuꝫ butiro vaccino: ⁊ fiãt inde pillule vt auellane ⁊ suffumiget̃ cũ eis põdere aurei vniꝰ. ⁊ hec q̄dē suffumigatio ꝯfert tussi plurime humiditatis sine vlcere

¶ Et fit vlcus siccũ: ⁊ signũ eiꝰ ē q̄d fit post sputũ sanguinis ⁊ sanici: deĩde abscindit̃ sputuꝫ ⁊ remanet tussis sicca sine sputo ⁊ corpꝰ liq̄fit cuꝫ ea. ¶ Et cura eius ē sumere in potu lac ⁊ oĩa q̄ diximꝰ ĩ cura siccitatis pulmõis. ¶ Et fit tussis sicca ex friditate aeris: ⁊ signũ eius ē ꝙ excitat̃ cuꝫ violẽtia frigoris eius ⁊ fortitudo in hyeme: ⁊ ē dura ⁊ sicca. ¶ Et cura eiꝰ ē sorbitio calida ⁊ ꝓhibitio ab attractione aeris frigidi ⁊ introitus balnei.

¶ De sputo ⁊ vomitu sanguinis. CAP. LIII.

SAnguinis exitus ab ore aut fit cũ vomitu ⁊ ē exitus eius a stõ ⁊ partibus eius cũ sonitu rascationi silĩ: aut cũ tussi ⁊ eius exitus ē a pulmõe aut a pectore ⁊ finibꝰ eiꝰ aut cũ rascatiõe ⁊ descẽdit ex capite ⁊ ex vuula ex palato ⁊ finibꝰ eoꝝ. ¶ Et in curatõe q̄dē eius q̄ egreditur cũ rascatiõe et sonitu sibi silĩ facili: et ꝑuo si ē ꝑue quãtitatis sufficit gargarismꝰ ex rebꝰ stipticis sicut q̄ fit ex aq̃ ro. in qua infusuꝫ ē sumac aut rob agreste: aut aq̃ citoniorũ et silĩbꝰ. ¶ Si ē plurime quãtitatis: tunc oꝫ vt flõmet̃ cephalĩ. deĩde gargariçet̃ cum istis rebꝰ. ¶ Si aũt in loco oris fuerit vlcus recẽs: inuiscent̃ suꝑ ip̄m thus et sanguis dra. et teneat in ore aquã ro. in qua bulierit cupule glãdiũ aut camersich q̄d ē semen tamarisci. ¶ Et si fuerit vlcus malũ putridũ: curet̃ curatõe colĩe putride: et ꝯsideret̃ sanguis q̄ egredit̃ in vomitu: et si fuerit plurimꝰ: aut assiduet pluribꝰ diebꝰ: flõmet̃ basilica: deinde cõedat res stipticas et glutinatões faciẽtes paulatiꝫ vna vice post aliã: et proprie si eger inuenerit dolorē inter vtrasq̧ scapulas: tũc oꝫ vt trayciat aquã citonioꝝ acetosoꝝ ĩ qua dissolutũ sit aliq̄d thuris vicibꝰ pluribꝰ: et comedat ex glãdibꝰ et xilocaractis et passis cũ suis ĩteriorib' et agresta et sumach. et bibat de hº medicamĩe. ℞. boliarmeni gũmi arabici balaustie: san. dra. thuris añ. det̃ in potu cũ aq̃ citonioꝝ: aut cuꝫ aq̃ maloꝝ et ponat̃ cibus agresta et silĩa ex eis q̄ stipticitatē faciũt: et deuitet oē calidũ et acutũ. Et fit q̄dē egressio sanguĩs ex pectore et pulmõe cũ tussi: et ille q̄ ē ex pulmone ē multotiẽs cũ tussi ꝑua. Et ille q̄ ē ex pectore ē paꝝ cũ tussi plurima. Sit ergo plurimũ study tui in hac tussi: ē. n. timorosa ꝓducẽs in pluribꝰ dispositiõibꝰ ad ptisim.

¶ Incipe ḡ a flõia basilice: deĩde da in potu hº medicamen ℞. thuris san. dra. añ. ꝑtē. i. endiuie carabe añ. ꝑteꝫ. 5. ematitis: terre sigillĩ. añ. ꝑtē. i. et. 5. aluminis balaustie duas tertias partis. i. dent̃ ex eo ĩ potu. ʒ. iij. cũ põdere cherat vniꝰ opij: et cherate se. iusq̄ami: et cinamõi tertia. ʒ. i. aut spice aut costi aut mirre: et gargariçet cũ aceto: et aq̃ ro. in matutinis et vesperis: et meliꝰ ē vt des ex eis in potu hº medicamē cũ aq̃ albedarogi: aut cũ aq̃ portulace: si fuerit cum eo caliditas: et si inueneris in pectore dolorē cũ sputo sanguinis: tũc line locũ doloris hº medicamĩe cuiꝰ narratio p̃cessit: et da ei ex ip̄o in potu postq̄ꝫ ꝯfeceris ip̄m cuꝫ vino.

¶ De pleuresi. CAP. LIIII.

FIt ex sanguine: cuius signa sunt rubedo coloris: repletio pulsus et vehemẽtia cõstrictiõis anhelitus post multã repletionē vini et si sputũ iaꝫ inceperit erit rubedo in eo plus.

¶ Et cura eius ē flōmia basilice ex latere opposito: deīde iteratio flōmie ex latere doloris in die tertia: et da i potu aquā ordei: et viol. cōditas: ⁊ si nā fuerit stricta: humectetur cū aqua fructuū sicut aq̄ prunoꝝ: viol. siccaꝝ ⁊ cass. f. terraniabin. Et si fuerit dolor: ⁊ punctura vehemens: fiat empl'z cū violis siccis: ⁊ camomilla ⁊ farina ordei ⁊ altee: de vnoquoqꝫ quoꝝ sumaꝛ̄ pugillus vnus ꝯficiaꝛ̄ cū aq̄ ⁊ oleo sisamino ⁊ emplastreꝛ̄ cū eo locus dū ē tepidū. ¶ Et si tussis fuerit sicca ⁊ difficultas spuēdi vehemēter valde: tūc da ei in potu oī die añ aquā ordei hora vna hāc decoctionē. ℞. ficus albe. xx. numero passularū enucleataꝝ. ℥. x. radicis liqritie puluerizate. ℥. v. iuiube. xx. numero sebesten totidē: buliāt in trib⁹ lib. aq̄ quousqꝫ redeat ad lib. i. ⁊ ℥. colet̄ ⁊ detur de ea in potu lib. ℥. cū ℥. v. viol. cōditaꝝ. ℥. iij. olei amigdal. dulciū. Si aūt mūdificaꝛ̄ infirm⁹ ⁊ sanaꝛ̄ bñ: ⁊ si remanerit ex ea reliquie iā diximus curā eius.

¶ Et fit pleuresis ex colera: ⁊ signa sunt eius pūctura ⁊ dolor in latere ⁊ caliditas fortior q̄ꝫ eius que fit ex sanguie: ⁊ pulsus minor ⁊ durior ⁊ febris acutior. ¶ Et cura eius est flōmia: sed ex latere doloris de basilica ⁊ emplastreꝛ̄ loc⁹ vl' pectus cū eis q̄ dixim⁹: ⁊ leniaꝛ̄ nā cū eis q̄ dixim⁹: nisi fuerit solutio ventris: ⁊ silr̄ fiat vt reliqua cura: p̄ter q̄ in hac specie necessariū ē vt extinguaꝛ̄ inflamatio colere superflua extinctiōe cū frigidis q̄ sunt sicut mucillago psilij ⁊ aq̄ citroli ⁊ aq̄ cucurbite ⁊ aqua melonis indi: quecūqꝫ ē presens ⁊ p additionē cū aq̄ ordei ⁊ sit cibus ex kisck: ⁊ cucurbita et spinachia: ⁊ qđ fit ex maluis cū oleo amigdal.

¶ Et fit ex sanguīe adusto nigro. ⁊ signa eius sunt vehemētia puncture cum siccitate oris ⁊ fortitudine feb. ⁊ aspitas lingue: ⁊ post positio sputi ⁊ tarditas eius ⁊ difficultas ipius ⁊ nigredo coloris ipi⁹ ⁊ plurimū ē mortale. ¶ Et cura eius ē flōmia ⁊ oīa q̄ diximus: verūtñ oꝫ vt poteꝛ̄ eger in hac egritudie ex extinguētib⁹ rē plīmā: ⁊ trayciat semp iulep: ⁊ potet aquā ordei trib⁹ vicib⁹ ⁊ ingrediaꝛ̄ ter in die tinā: ⁊ plonget sessionē in ea: ⁊ locus doloris embroceꝛ̄ cuꝫ aqua calida ⁊ assidueꝛ̄ desup emplastrum.

¶ Et fit pleuresis ex sanguīe in quo dominaꝛ̄ flegma ⁊ est magis qeta et leuior: ⁊ febris nō hꝫ magnū dominiū: ⁊ nō ē punctura in latere: et ē sputuꝫ in hac egritudīe albi⁹: ⁊ in ipso ē rubedo parua. Et cura eius ē flōmia etiā: deinde decoctio ysopi: ⁊ viol. cōdite et reliqua q̄ dixim⁹: verūtñ extinctio et humectatio oꝫ vt sint minores.

¶ De ptisi. CAP. LV.

Ptisis fit aut post pleuresim: aut post sputū sanguinis: aut post coriçā et catarrū plīmū ex capite: aut post tussim longaꝫ: ⁊ nos qđē iā dixim⁹ signa ⁊ curā ipsi⁹ i cura tussis

¶ De periplemonia. CAP. LVI.

Periplemonia est flātica secūdū plurimū: ⁊ qñqꝫ ē sanguinea ⁊ etiaꝫ colerica: sed raro: ⁊ accidit ab apate qđ ē in pulmone: ⁊ iā dixim⁹ curā ⁊ signa i cura tussis.

¶ De disnia. CA. LVII.

Disnia plīmū fit ex flāte grosso iplēte cānā pulmōis: ⁊ sūt cū ea oregmō magn⁹ in pectore ⁊ ꝯstrictio anhelitus: ⁊ id qđ faciunt canes i anhelitu qñ currūt ⁊ ꝑpe apō motū. Et cura ei⁹ ē id qđ educit illos hūores grossos ex pectore: ⁊ iā dixim⁹ id i tussi humida. ¶ Et fit qñqꝫ ex siccitate pulmonis: ⁊ signa eius sunt sitis ⁊ subtilitas nocet. Et cura eius est sumere lac in potu.

¶ De egritudib⁹ cordis. CAP. LVIII.

Egritudines cordis quas curari possibile ē: sūt alteratio ꝯplexionis añq̄ꝫ cōfirmeꝛ̄: ⁊ tremor cordis: ⁊ sincopis ⁊ dolor q nō cōfirmaꝛ̄: ⁊ debilitas. ꝯpa vero disruptio aut corruptio ꝯplexionis cōfirmate nō sunt faciles ad curādū ⁊ signa doloꝝ mortē inferrētiū sunt casus pulsus post vehemētiā diuersitatis ⁊ magnitudis et citrinitas coloris subito: post vehemētiā rubedīs eius et sincopis difficil' tarde euasiōis et sudor frigidus. Cor aūt ex eis curaꝛ̄ ē caliditas cordis nō ꝯfirmata: cuius signa sunt vehemētia caliditatis pectoris: ⁊ magnitudo pulsus ⁊ velocitas ipsius ⁊ frequētia ipsius ⁊ febris insepabilis. ¶ Et cura eius ē sumere in potu lac acetosuꝫ extracto butiro: ⁊ rob: acetositas citri: ⁊ rob maloꝝ ⁊ rob acetose: ⁊ aquaꝫ citroli: ⁊ trociscos de cāphora ⁊ emplastreꝛ̄ pectus cū sandalis ⁊ aq̄ ro. ⁊ cāphora ifrigidatis sup niuē ⁊ altereꝛ̄ emplastrū cū sit tepidū: ⁊ deꝛ̄ in potu aq̄ frida ⁊ habitet in locis frigidis. ¶ Et ē cū frigore ꝯplexiōis cuꝫ nō ē cōfirmata. ⁊ signa eius sūt raritas pulsus et anhelitus et pigritia et destructio letitie faciei. ¶ Et cura eius ē dare in potu vinū forte odoriferꝝ puꝝ pauce quātitatis: ⁊ odorare odorifera calida ⁊ inungere pectus cū oleo nardino ⁊ emplastrare ipꝫ cū spica ⁊ costo ⁊ sauia et ciperis et cinamomo et gariofil. et folijs mirti: fiat emplastꝝ cū vino et aq̄ citonioꝝ et aq̄ maloꝝ et emplastreꝛ̄ cū eo cor et cōedat pullos columbaꝝ et vitella ouoꝝ de puis auib⁹ et frixis habentib⁹ plures species qb⁹ cōdiunꝛ̄ cibaria. ¶ Et ē ex ꝯplexione sicca si nōdū cōfirmata ē: et signa eius sunt q̄ corp⁹ iā extenuatū ē: sꝫ nō totū: et pulsus durus puus frequēs. ¶ Et cura eius ē aq̄ ordei si ē febris quātitatē habēs: et si nō: potus lactis et itroitus tine: et balneatio cū aq̄ dulci: sicut diximus in tussi sicca et positio cere et olei sup pectus: et inter scapulas et potare oleū amigdal. sup vinū paucuꝫ hoc modo. media. ℥. olei amigdal. fundaꝛ̄ sup. ℥. v. vini et bibatur i matutis: deīde bibat sorbitionē factā ex aq̄ ordei et oleo amigdalio: et çucharo: deīde egrediaꝛ̄ tinā: post egrediatur et emplastreꝛ̄ pectus cū eis q̄ dixim⁹: et vitet laborē. ¶ Ex humiditate v̄o nō fiūt fortasse in corde egritudines: nā si dominaꝛ̄ in dispositiōe corpis adeo donec necesse fit vt cordi domineꝛ̄: interficit velociter et nō expectat curationē: et si fuerit apoplexia et paralisis pp actionē dominij humiditatis sup cor.

Debilitatis aūt cordis sig̃ sūt treōr cordis sine caliditate: et ñ ē velocitas i pulsu et cōstrictio anhelitus: et dispositio silis sincopi adeo donec superueniat ei fortasse sincopis: ista accidūt infirmo etiam cū cōmoueꝛ̄. et cura eius ē diamuscū qđ reponiꝛ̄ et metridatū: et cōfert ei ℔ medicamē. ℞. mastic. cinamomi: piperis lon. sisimbrij felegemisk. bedarogi: mellisse folij indi: coriādri sicci: spice nardi. añ. ℥. i. coralli carabe māgaritaꝝ puaꝝ: spodij. ℥. ℥. musci sexta. ℥. i. ꝯficiaꝛ̄ cū melle extracto a mirabol. kebul. cōditis. ¶ Aut sumaꝛ̄ emblicoꝝ mirabol. nigroꝝ ⁊ kebul. añ. pugillus vn⁹ et buliāt in aq̄ bñ et effundanꝛ̄ de illa aq̄ ptes. iij. sup duas ptes mellis dispumati et coquaꝛ̄ donec medieꝛ̄ aq̄: deīde cōficiatur cū eo.

¶ Et iungaꝛ̄ pectus cū eis q̄ dixim⁹ de odoriferis calidis et cū gallia: et vtaꝛ̄ suffumigatōib⁹ et vio odorifero: et cibi eius sint pulli et edi et vitella ouoꝝ sorbiliū: et vtaꝛ̄ ludis et augmēto in sōno et idumētis muscatis semp et dormiat in eis ⁊ deuitet coitū et laborem.

¶ Et tremor cordis secūdū plurimū fit cū calore. ¶ Et cura eius est flōmia cephal. ex latere sinistro: et dare in potu lac acetosum et trociscos de cāphora secūdū q̄ diximus Et fit tremor cordis raro tñ ex multitudine melācolie in sanguine. et hec species tremoris cordis est nocibilior specieꝝ tremoris cordis: et signa eius sunt corruptio cogitatiōis et tīor et siluestreitas et dispositio proxia melācolie que est ex dominio colere ni. i sanguine. ¶ Et cura ei⁹ est id quod diximus in melancolia que ē ex dominio colere ni. in sanguinem.

¶ Et fit sincopis qđ pp dispositionē q̄ accidit cordi cū cōitate cerebri. ¶ Et cura ei⁹ ē ī hora poxismi roratio aq̄ frigide ⁊ infusio ipsius ⁊ insufflatio musci in nasuȝ ⁊ fricatio extremitatū ⁊ pedū ꝯpressio ⁊ odorare vinuȝ ⁊ odorifera ⁊ odorare odores cibarij odoriferi: ⁊ sumere diamuscū cū aq̄ maloruȝ ⁊ tortellas tritas cū vino odorifero. ¶ In dispositōe aūt q̄ ē preter poxismuȝ cōsidereť: an ē ex debilitate cordis: aut ex frigiditate: aut ex caliditate ⁊ curetur cum sua cura.

¶ De egritudinibus stōi. CAP. LVIIII.



Gritudines stōi sunt debilitas digestiōis ⁊ malitia istimbre paruitas appetitus ⁊ sup̄fluitas eius: ⁊ dolor: q cōmoueť in eo sine comestiōe: ⁊ dolor q cōmoueť post comestionē ⁊ vomitus eius qđ comeditur ⁊ apostema ⁊ vlcera.

¶ Et debilitas qdē digestiōis fit ex frigore stōi: ⁊ signa ei⁹ sunt eructuatio accetosa ⁊ lenitas vētris ⁊ ei⁹ īflatio ⁊ multitudo vētositatis: ⁊ lōgitudo more cibi in stō. ¶ Et cura eius ē çinçiber cōditū ⁊ diapipercon ⁊ alcandidicon ⁊ diacalamētū: ꝯferūt ei semina calida sicut sunt ameos ciminum: carui: grana nigra: origanum. alaniudem ⁊ silia singulariter aut cōiunctiȝ. ¶ Et fit ex hūiditate stōi: ⁊ signa eius sunt mltitudo sputi ⁊ assiduatio nausee ⁊ paucitas sitis ⁊ velocitas descēsionis cibi absq̄ plīma alteratione in eo. ¶ Et cura eius ē vomitus: deide trifera minor ⁊ scoria ferri: deide medicīe q̄ exiccāt: sicut thus ⁊ ciminū ⁊ emblici cōditi ⁊ balaustie ciperi ⁊ silia. ¶ Et fit ex humiditate stōi ⁊ friditate eius: ⁊ ē illud qđ ē plurimū: ⁊ signa eius sūt eructuatio accetosa: inflamatio vētris ⁊ paucitas sitis: ⁊ velocitas descēsionis cibi. ¶ Et cura eius sunt elīa cōposita ex medicis calidis ⁊ stipticis: sicut illud diaolibanū ⁊ illđ de agno casto ⁊ homorusie ⁊ trifera minor cōponiť in capiper ⁊ çinçiber. ⁊ diacitonitē nō solutiuuȝ: ⁊ administreť qđcūq̄ fuerit presens post vomitū ⁊ sit cibus frixa plīma būtia semina ⁊ spēs qb⁹ cibaria ꝯdiunť: ⁊ vinū sit forte antiquū. ¶ Et fit pp caliditateȝ stōi cū hūiditate: ⁊ signa ei⁹ sunt paucitas appetit⁹: multitudo saliue: nausea. ¶ Et cura eius ē vomitus: ⁊ sumere ī potu yerap̄. deide elāria desiccatiua sine multa calefactiōe sicut mirab. nigr. ⁊ kebuli ⁊ emblici: qū cōficiunť cū passulis tritis cū suis iterioribus ⁊ eleiçesciabim de çucharo: qñq̄ ꝯficiūť cū eo rose cōtrite ⁊ spodiū. Et fit debilitas digestiōis ex siccitate stōi: ⁊ signa eius sunt extenuatio corpis ⁊ dispositio silis ethice ⁊ vehemētia sitis. ¶ Et cura eius ē balneatio cū aq̄ tepida dulci absq̄ mora in tina ⁊ sumere in potu lac ⁊ aquā ordei sicut dixim⁹ in caplō siccitatis pulmonis. Et debilitas digestiōis fit ex debilitate corpis stōi: ⁊ signa eius sunt qđ fit post vomitū plīmū ⁊ digerit paucū cibū ⁊ grauat illū q ē sup ipm. ¶ Et cura eius ē trifera magna: ⁊ scoria ⁊ inunctio cū oleo nardīo aut emplastreť cū spica ⁊ cipis ⁊ squinanto: mastice ⁊ thure ⁊ aq̄ citonior ⁊ vino stiptico: ⁊ deť electuariū de xiloaloes ⁊ diacitonidē nō solutiuū ⁊ mltiplicet masticationē mastič. ⁊ acceptionē eius cū rosis ⁊ ciperis ⁊ thure ⁊ sumat puluerē cor quor vniuscuiusq̄ eq̄lr sint. ʒ. ij. ⁊ bibat vinū stipticū: ⁊ comedat ex cibis ⁊ fructibus stipticis.

¶ Et fit ex malitia digestiōis aut ex caliditate ꝯplōnis stōi aut ex colera in ipso: aut ex melācolia: ⁊ signa eius que ex caliditate sine mā sunt sitis ⁊ eructuatio fetida cū siccitate oris. Et cura eius sunt cibi acetosi grossi sicut illi q ifrigidati sunt ⁊ acetosi cū vaccina carne: ⁊ illi q fiūt cū agresta ⁊ cū sumach ⁊ potu aq̄ veri frigoris: ⁊ emplastratio ei⁹ cū herbis frigidis. ¶ Et fit cū mā q̄ ē ex colera rubea ī cōcauitate eius: ⁊ signa eius sunt nausea ⁊ vomitus colere ⁊ eructuatio fetida post comestionē ⁊ corruptio cibor leuium in ipso sicut carniū auiū: et bonitas digestiōis ciborū grossor: vt carniū vaccinar. ¶ Et cura eius ē vomitus cū sirupo acetoso: ⁊ solō cuȝ yerap̄. deide cibi quos dixim⁹ an̄ hac. ¶ Et fit ex melācolia: ⁊ signa eius sunt incēdiū ante comestionē qđ sedat comestio: aut de quo comestio diminuit: magnitudo splenis: ⁊ vomitus acetosus faciēs cōgelationeȝ in dentib⁹: ⁊ dolor stōi ꝓprie ante comestionem. ¶ Et cura eius ē solutio cū decoctione epithimi multotiens: ⁊ flōmia basilice: ⁊ cibi frigidi cū çucharo ⁊ oleo amigdal. ⁊ vinum dulce.

¶ Et fit iter debilitas appetitus pp caliditatē stōi: ⁊ multitudinē colere in eo: ⁊ iā dixim⁹ signa eius ⁊ curā ei⁹: Aut ꝓpterea qđ corp⁹ nō sollicitať ꝓ cibo: ⁊ signa eius sunt repletio ⁊ longitudo quietis. ¶ Et cura eius ē minoratio cibi ⁊ motus ⁊ exercitiū. ¶ Et fit etiaȝ debilitas appetitus: qñ nō resoluiť ex corpe aliqd: ⁊ signa ei⁹ sunt durities cutis corpis longitudo tolerātia famis. ¶ Et cura eius est balneū: ⁊ fricatio ⁊ exercitiū ⁊ fricatio in balneo cuȝ baurach ⁊ farina ciceris ⁊ sudare plīmuȝ ⁊ assiduatio balnei.

¶ Et fit qñ epar nō attrahit a stō rē plurimā: ⁊ signū ei⁹ ē q egestio ē alba ⁊ viridis. ¶ Et cura eius sunt oīa q̄ faciunt penetrare cibū ⁊ nutrimētū: sicut vinū vetus amar forte: de quo modicū deť in potu in ieiunio: ⁊ balneū ante cibū ⁊ exercitiū ⁊ oīa q̄ calefaciūt epar ⁊ aperiūt opilationē ei⁹ sicut diacalamētū: ⁊ diapipercō ⁊ elāria calida subtilia. ¶ Et fit pp retētionē eius qđ distillat de melācolia in os stōi: ⁊ signa eius sunt vt nō patiať famē: qđ si comedat in qbusdā oris comestionē vnā ⁊ digeriť bñ: tunc ē fames ꝓuata ⁊ digestio tempata. ¶ Et cura eius ē assiduatio cibor acetosor aggregantiū acetositatē ⁊ stipticitatē sicut acetosa ⁊ agresta ⁊ sumach ⁊ ribes: ⁊ cibi īfridati ⁊ alkeel ⁊ infrigidata cū eis facta ⁊ admīstratio alkaul kaulgamic ⁊ oleor ⁊ cōdimētor in qbus ē caliditas sicut cepe. allia: porri: pip altit ⁊ sinapiū ⁊ silia đ illis q̄ excitāt appetitū cū mordicatiōe pauca ꝯueniētia in ꝟ. ¶ Et fit pp egritudinē in neruo veniēte ad os stōi: ⁊ signa eius sunt: vt nō veniat ꝑ istas medicias ⁊ cibos acutos sensuȝ aut plīn sensum ⁊ neq̄ accidat ei nausea. ¶ Et cura eius est difficilis: attñ curať secūdū dispositionē cū cōfortatiōe cerebri ⁊ cū emplastris calefactiuis de illis q̄ ponunť sup os stōi.

¶ Et fit dolor in stō aut an̄ comestionē: aut post comestionē: ⁊ dolor q fit in stō ante comestioneȝ: aut fit pp ap̄a: aut pp vlcera: aut ꝓpter vētositatē grossaȝ extēdenteȝ ipm: ⁊ ille qui fit post comestionē alius ē cū vomitu ⁊ alius sine vomitu. ⁊ signa doloris q fit ex ap̄ate calido in stō sunt febris ⁊ apparitio ap̄atis ī stō: ⁊ casus appetitus oīo: vomit⁹ ⁊ sitis. ¶ Et cura eius ē flōmia. deide vomitus: ⁊ trocisci de spodio cū rob agreste ⁊ rob de citonijs ⁊ silia: ⁊ dȝ esse cōtentus ꝓ cibo aqua ordei cū granatis: faciat illud vsq̄ quo alleuieť febris ⁊ caliditas: ⁊ post illud sumat in potu aquā endiuie in qua dissoluta sunt medulla cass. f. ⁊ trocisci rosati: ⁊ qñ antiquať sumat ī potu trocisco⁹ de bdellio ⁊ emplastreť in pricipio rei cū sanda. et rosa. et cāphora: ⁊ si sedať caliditas et fortior fit res: emplastreť cuȝ cera et oleo nardino in quo iā ꝓiecti sunt ꝓ oī. ʒ. ei⁹ duo aurei aloes et duo aurei mastič. et duo aurei squināti et duo aurei ciperi: et aurei tres bdellij dissoluti cū vino: et hoc ap̄a qđ accidit in stō: plurimū accidit in ore eius. et permutať ad apostema dur aut collectōeȝ sanici et fit dubellati: et ego dicā signa et curā eius in vlcerib⁹ stōi. ¶ Et fit ꝓpter ap̄a flegmaticū. et o quā par accidit in eo: et signa eius sunt febris leuis: et multitudo sputi cū casu appetitus et inflatio stomachi absq̄ duritie in tactu. ¶ Et cura eius est vt detur in potu infusio de aloe et alleuietur cibus ⁊ abhorreat vomitū: ⁊ emplastretur cū ciere arboris vitis et ciperis et squinanto et spica confectis cū aceto. ¶ Et fit apostema

dux in stō & pax accidit incipiēs & nō accidit nisi post apa calidū: & nos diximus curā eius. ¶ Si āt idurer in dispositiōe sua valde emplastre cū fortiter dissoluētib⁹: sicut hoc emplastrū. ℞. semen caul. amigdal. amar. excorticatax: storac. liquide bdellij mirre spice: mastic. ciperi sgnāti: resoluant gūme cū vino: & aggregent cū eis reliqua & fiat emplastx. ¶ Et fit dolor pp vlcera in stō: & signa ei⁹ sūt q fortior fit dolor: cū comedit res acetosas & acutas & apparet in vomitu aut in egestione sanguinis aut sanies cū dolore aut inter vtrasq scapulas aut sub collo aut super vmbilico. ¶ Et cura eius ē vt detur in potu aqua ordei si fuerit caliditas deide post duas horas detur in potu hoc medicamen. ℞. thuris sanguinis draconis. aā. ʒ. v. rosax: balaustie karabe aā. ʒ. ij. boli armeni. ʒ. iij. dent in potu cū aliqbus robub stipticis. ¶ Et fit pter dubellati in stō & signū dubellati in stō est qñ sedatur febris & dolor pter apostema calidū magnū sensu pceptū velociter. ¶ Si ergo remāserit inflatio: scias q apostema iā collectionē fecit saniei: & idiget eo qd di rūpat ipsū: detur ergo in potu lac dulce & aqua calida vna vice post aliā: & premat desuper & moueat. ¶ Si ergo cōmouet tremor & egestio sanguinis & sanici & cōtumescit apostema scias q iā disruptū est: & si aliud nō valet: tunc ciba infirmū sinapi: & da ei in potu aquā mellinā. donec disrūpatur: qd si disrūpatur tūc da ei in potu aquā mell. vice vna: et hoc medicamen vice vna: donec mundificet ipz aqua mell. & ɔsolidet ipz ℞ medicamen. Et fit dolor ex ventositate tendēte ipm et signa sunt q ɔmouet post digestionē cibi in latere sinistro sup splenē: et rugit cū premit desuper. ¶ Et cura eius est stare rectus et deābulatio et aduocare eructuationē cū masticatione thuris et cimini et deuitare herbas et cibos inflatiuos. ¶ Et fit dolor q ɔmouet post comestionē plimā et corrūpit cū eo digestio. et non cōmouet post cōestionē paruā: et nō corrūpit digō. ¶ Et cura eius ē vt comedat in die multotiēs et pax. ¶ Et fit dolor qui nō ɔmouetur post comestionē: nec sedat nisi vomitu et ē vehementior dolor stōi. Et cura eius ē potare infusionez aloes. deinde trociscos stelle et trociscos yreos et dispartire cibū in pluribus vicibus: et premittere ante cibū lambitionē mellis et cōfert ei vt sumat vitella triū ouox assatox et. ʒ. i. coriādri sicci triti cōficiat cū melle dispumato: et comedat añ cibū oī die: et cōfert ei vt cauteriçet capat sup cōmissurā mediā cauterio lōgo. ¶ Et fit augmētū appetitus aut pp vehemētiā laboris aduenīētis homini in ambulatōe sua: aut pp multitudinem eius qd effundit de colera ni. ad os stōi: aut pp frigus stomachi: aut pp vehementiā raritatis corpis. ¶ Si āt ē pp mltitudinē effusiōis colere ni. signa sunt q est cū multitudīe comestiōis multitudo egestionis: et in infirmo si nō comedat excitat mordicatio vehemens in stō et nō tolerat quin comedat. ¶ Et cura eius est cibus pinguis et vinū dulce: et flobotomia basilice et decoctio epithimi: et cauteriū et vētose sup splenē. ¶ Et fit ex frigore stōi: et signū eius est multitudo comestionis cū multitudine singultus sine mordicatiōe. Et cura eius est illud qd diximus in frigido stomacho: at vero oz vt cōfortetur et assiduet curationē. ¶ Et fit ex raritate corporis: et signū est vt nō sit cū eo egestio secūdū quantitatem comestionis. Et cura eius est sessio in aqua frigida et in locis frigidis et inungere corpus cū oleo mirtino et cera: et cibi grossi humidi tarde penetratiōis sicut sumac et agresta & carnes vaccīe et arietine et cibi viscosi et opilatiui sicut pheludegi et caseus recens et panis açimus. ¶ Et fit aliud qd accidit ex vehementia laboris deambulatiōis. et signū eius est q mouet post famē vehemētē sincopis ¶ Et cura eius est vt in potu sumat vinū et aquam carnis cū speciebus cōdientibus: et phibeat a somno: deinde ingrediatur balneū. ¶ Et fit ex desiderijs malis: et accidit aut mulieri pregnanti: aut ei q in stō suo hz humores malos. ¶ Et cura eius est vt detur pregnanti electuariuz de xiloaloes: et diacitonitē nō laxatiuū et comedat de carnibus gallīe & cerebell. eduli et arietis assatis et euomat in quibusdam horis vomitu leni: et comedat rē modicaz de cepa et allio et sinapi. Illi aūt q ɔsiderāt res malas: vt carbones et lutū: euomāt: deide sumāt in potu infusionē aloes: et detur eis post illud trifera facta de scoria ferri: et sedetur appetitus eius cū excitat cū corrosione ossium pullorū colūborū assatox et carne salita sicca prepata facta cuz ameos et spodio et nuce muscata: et albehil et cardamomo: hec. n. sedant ea que diximus.

¶ De colerica passione. CAP. LX.



Colerica passio fit ex ɔuersiōe cibi in stō et intestinis: et signa eius sūt antecessio satietatis nauseatiue: et multitudo vētositatis in ventre ante eā p dies aliquot: et q incipit cū dolore vmbilici et punctura eius: deinde venit solutio plīma sine vomitu: aut cū vomitu pauco. ¶ Cura eius est vt bibat hora qua sentit puncturaz et corrosionē aquā calidā in qua bullitū fuerit ciminū multotiens et requirat somnū et phibeat ab asellatiōe quantū possibile ē: et infundat tortellas in vino veteri et comedat eas. Si autē sentit grauitatē in capite suo dormiat et cū euigilat ingrediat balneū et plonget famē: deide redeat ad cōsuetudinē suā paulatim. ¶ Et fit ex effusiōe colere rubee ad stōm et intestina cuz supfluitate et ē deterior eax et peior & magis deterrēs: & cū ea ē nausea vehemēs valde et sitis assidua et bibat aquā frigidaz et sedat nausea eius donec calefiat i stō: deide euomat eā. ¶ Et qñq est cū ea vētris solutio. et qñq superfluit adeo donec facit superuenire infirmo sincopim et cadit pulsus. ¶ Et cura eius ē vt sumat in pncipio aq calide plurimuz. vt euomat cū facilitate et egrediat ab eo plurimū illius colere: cum ergo puenit vomitus ad hoc q cadat virtus et supfluit: tūc ligent vtraq adiutoria et infrigidet stōus eius cū niue ponēdo eā sup ipm: et effundat sup extrema eius aqua frigida: et da ei in potu rob granatox puruz vna vice post aliā: et qñ euomit ipm reitera ipsuz et da ei in potu spodiū et lutū alesiburni et rosas siccas: et dissolue ea in aqua malox: et da ei i potu de aqua frigida: et qñ euomit eā: reitera donec videat vomitū alleuiari pax: et tūc fac eū sorbere aquā carnis assumptā ex pullis cōtritis: et funde super eā pax aq citoniox et pax vini et pulueriça desup tortellas tritas: et si euomit eas: reitera illud sup ipm donec recipiat illud: et da ei in potu aquā agreste in qua infusi sunt et pulli et cubugi: et pulli columbini assati cōtriti: et cū recipit cibū: tūc da in potu vinū et cooperi eū vt dormiat: nā vomitus sedat cum somno omnino.

¶ De eructuatione. CAP. LXI.



Eructuatio si multiplicet digestionem corrūpit: et qñ minoratur: inflat stōm: et qñ minorat: cōfert ei masticatio thuris et cimini: et qñ multiplicat vtat vomitu ante cibū et electuariū diapipercon: et çinçiber econdito et balneo.

¶ De singultu. CAP. LXII.



Fit aut pter grossaz vētositatē: aut pp rē mordicantē os stōi et extendentez ipm: aut pp apā i epate: aut pp solutionē et euacuationez supfluam: et signa eius qd accidit a mordicatiōe oris stōi sūt: q fit post comestionē rei calide: aut vomitus colere rubee: aut viridis: aut nigre. ¶ Et cura eius ē traycere aquā calidā aliquotiēs deinde sumat oleū amigdalax: aut sumat de butiro recenti

paulatim:et si sedatꝰ bene:et si nō:administra vomitū dā/
do in potu sirupū ace.et aquā calidā:et euomat eū multo/
tiens:deīde da ei oleū ꝛ sorbitōes leues factas ex amilo ꝛ
oleo amigdal'.ꝛ çucharo.

¶ Et qñ ē ex vētositate grossa:signū ē ꝙ fit post satietatez
nauseatiuā ꝛ accidit infantibꝰ plᷓimuz post mltitudinē su/
ctionis mamille:ꝛ cōferūt ei ameos.çinçiber calamētū ꝛ
mastix singulariter ꝛ ꝯposite:ꝛ cōfert ei sumere in pulue/
rē foliū sisimbrij sicci triti:aut folia rute aut folia calamē
ti aut semen eoꝝ:de vnoquoqꝫ quoꝝ sumatꝰ puluis pōde/
re.ʒ.ij.cū vino puro:aut decoctiōe cimini ꝛ calamēti ꝛ dis/
soluatꝰ in aq̄ paruz thuris ꝛ detꝰ in potu ꝛ vaporetꝰ locus:ꝛ
īgrediatꝰ balneū calidū ꝛ trayciat aquā calidā nō supflue.

¶ Et eius q fit ex apāte epatis calido signa sunt febris acu
ta ꝛ nausea. ¶ Et eius cura ē flōmia basilice ꝛ sumere in
potu aquā ordei ꝛ aquā granatoꝝ:ꝛ emplastretꝰ epar san/
dal'.ꝛ aq̄ ro.ꝛ aceto ꝛ cāphora:ꝛ sumere in potu aquā sola/
tri ꝛ endiuie bulitā ꝛ colatā cū sirupo ace.

¶ Et fit singultus accidēs post diariaz ꝛ debilitatē ꝛ solu/
tionē ventris ꝛ reliquas euacuatiōes:ꝛ plurimuz eius cu/
rationē ñ hꝫ:ꝛ ē signū malū.ꝛ curatꝰ ſm dispositionē sumē
do in potu lac semp ꝛ sorbitiones leues ꝛ vinū plurime cō
mixtionis ꝛ aquam carnis.

¶ De egritudinibus epatis. CAP. LXIII.



Egritudines epatis aut apā calidum: aut duꝝ:ꝛ nō forsitan fit flegmaticū:aut opilatio:aut malitia cōplōnis frigide aut calide:aut debilitas eius tantū:aut vētositas grossa sub eo ꝛ ycteritia ꝛ ydropisis.

¶ Et signa apātis calidi sunt febris inseparabilis ꝛ vehe
mētia sitis ꝛ vomitus colere:ꝛ qñqꝫ fit cuz eo singultus ꝛ
ycteritia ꝛ tussis sicca in qua nō ē sputū oīo:ꝛ casus appe/
titus. ¶ Et cura eius ē vt cū ē īcipiēs ꝛ vsqꝫ ad hebdoma/
dā vnā flōmia cephal'.in latere dextro:ꝛ emplastretꝰ epar
sandal'.ꝛ cāphora ꝛ aq̄ ro.ꝛ infrigidetꝰ epar semp:ꝛ sit con
tentus ꝓ cibo aqua ordei ꝛ detur in potu aqua granatoꝝ
ace.ꝛ aqua endiuie ꝛ aqua solatri cū sirupo ace.de çucha/
ro puro. ¶ Cū ergo alleuiatꝰ feb.sint cibi ex berb.ꝛ agre/
sta cū pull'.ꝛ dimittat vinū oīo vsqꝫ q̄ verificetꝰ ei sanitas.

¶ Apostema aūt cal'm cōuertitꝰ tripliciter:aut eniz resol
uitur:aut collectionē facit saniei:aut induratꝰ:ꝛ sequitꝰ re/
solutionē eius sanitas:ꝛ collectionē ipsius sequitꝰ vomitꝰ
saniei ꝛ sanguīs ꝛ egestio vtriusqꝫ:ꝛ comitatꝰ duritiez eius
ydropisis:ꝛ signū resolutiōis eius ē qđ alleuiatꝰ infirmus.
post sedationē feb.ꝛ gescūt oīa accidētia ꝛ sedantꝰ ꝛ redit
corpus ad dispositionē suā in colore ꝛ appetitu:ꝛ istud fit
ꝑꝑ nām cū ē fortis.sufficit.n.post flōmiā ꝛ curationē quā
diximus cōfortatio eius tm̄. ¶ Curatio vō eius ē vt post
quietē vehemētie feb.detur in potu aq̄ endiuie cū medul
la cass.f.ꝛ emplastretꝰ epar cū cera ꝛ oleo alkeiri:ꝛ camo/
mill':ꝛ bdellio ꝛ semīe caul'.ꝛ spica ꝛ mirra ꝛ ciperis ꝛ ro/
sis.ꝛ cū vino aquaqꝫ citonioꝝ ꝛ mirtis secūdū quātitatez
ꝛ diminutionē caliditatis. ¶ Collectiōis aūt saniei signū
est in apāte qđ sedatꝰ febris:ꝛ accidit tremor ꝛ vomitꝰ sani/
ei:ꝛ sāguīs:ꝛ egestio vtriusqꝫ:ꝛ qes a grauitate quā inenie
bat eger:quasi rei appense in latere dextro ꝛ furcula ipsiꝰ

¶ Et cura eius ē vt in potu sumat aquā ordei aut aquam
çuchari aut sirupo acetoſ. ſm quantitatem residui colo/
ris:deinde post duas horas detur ei in potu de hac medi/
cina. ℞.masticis aureum.i.thuris sanguinis draco.rosa/
ruz tritaꝝ spodij añ.aure.ij.se.endiuie:se.apij terre sigill'.
añ.aureū.i.sumatꝰ in potu de ea.ʒ.iij.cū sirupo acetoso aut
aqua mell'.aut iulep. ſm ꝙ diximꝰ ꝛ emplastretꝰ epar ex/
terius cū gallia ꝛ ramic ꝛ ciperis ꝛ thure ꝛ spica ꝛ mastic.
ꝛ calamo aro.cū aq̄ maloꝝ ꝛ aqua mirti:ꝛ aqua citonioꝝ
ꝛ cibetꝰ infirmus in hac hora cū eis q̄ addūt in fortitudīe
eius:sicut pull'.ꝛ edis ꝛ vitell'ouoꝝ ꝛ paꝝ vini albi subtil'.

Apostematis autē duri signū est ꝙ appet tactui res dura sub costis:ꝛ corrūpitꝰ co/
lor ꝛ minoratꝰ appetitꝰ. ¶ Et cura eius ē vt in potu sumat
diacurcumā ꝛ athanasiā ꝛ trociscos de bdellio:quoꝝ con
fectio ē hec. ℞.rosaꝝ tritaꝝ.ʒ.x.spice nar.ʒ.ij.cen.ʒ.i.lacce
.ʒ.i.ꝛ.ſ.mirre.ʒ.i.costi.ʒ.i.ꝛ.ſ.masticl.ʒ.ij.amigdal'.amarꝰ.ʒ.
ij.bdellij.ʒ.iij.resoluatꝰ bdelliū cū vino ꝛ cōficiantꝰ cuz eo
medicie:ꝛ fiāt inde trocisci:ꝛ sumantꝰ de eis in potu.ʒ.iij.
cū aqua endiuie si fuerit caliditas:ꝛ si nō:cuz aqua mellis
aut cū aq̄ ꝛ vino:aut cū aq̄ se.apij:ꝛ se.feni.ꝛ emplastretur
cū emplastris que diximus.

Opilationis aūt signum ē grauitas quā inuenit infirmus in dextro latere sine do/
lore:ꝛ nō ē feb.ꝛ grauitas digestiōis ꝛ lenitas ventris. ¶ Et
cura eius ē.si cū ea fuerit caliditas sirupus acc.cuz aq̄ en/
diuie:ꝛ si fuerit cū ea frigiditas diacurcuma maior cuz aq̄
radicū:et dimittat cibos grossos viscosos sic̄ pultes ꝛ phe/
ludegi ꝛ panis açimus ꝛ pedes ꝛ caseus ꝛ oīa dulcia q̄ ha/
bent grossitiē:ꝛ comedat res cuz qbꝰ fit abstersio:sic̄ kisch
ordei ꝛ fabas ꝛ deuitet riçi ꝛ ꝓprie cū lacte:ꝛ multiplicetꝰ
sal ꝛ fermentū in pane suo.

Malitiam aūt cōplexiōis ī epate q̄ calida ē sequū/
tur feb.ꝛ sitis ꝛ siccitas ventris multa
ꝛ paruitas appetitus ꝛ asperitas lingue absqꝫ grauitate:et
nō ē dolor sub costis dextris ꝛ rubet aqua valde. ¶ Et cu
ra eius ē aqua ordei ꝛ aq̄ citrol'.ꝛ aqua cucurbite:ꝛ sir.ace.
purus:ꝛ aq̄ endiuie ꝛ aqua solatri ꝓprie:ꝛ assiduatio em/
plastrationis epatis cuz sandal'.et ro.ꝛ cāphora:ꝛ nō sit ci/
bariū nisi acetosuz:heçibe cū sucubegi:pisces ꝛ īfrigidata
ex edis ꝛ lactētibꝰ vitulis:ꝛ berberis:agresta ꝛ aq̄ veri fri
goris ꝛ dimissio vini omnino.

Malitia aūt ꝯplexiōis frigide ē cū solutiōe ventris
ꝛ mollitie corpis ꝛ corruptiōe coloris ꝛ tu/
more faciei ꝛ grauitate appetitus ꝛ digestionis grauitate ꝛ
dolore sub latere dextro. ¶ Et cura eius ē oē qđ calefacit
epar ex medicinis ꝛ cibis sicut piper ꝛ calamētū:çinçiber
cōditū ꝛ vinū vetus puꝝ ꝛ frixa habētia semina:ꝛ empla/
stratio extrinsecus cū ciperis ꝛ spica et squināto ꝛ mirra ꝛ
costo ꝛ vino odorifero stiptico veteri.

Debilitatis vō eius signuz est tm̄ egestio sil'is aq̄ recētis carnis cū abluitꝰ cū paucitate
appetitꝰ ꝛ extenuatiōe corpis. ¶ Et curatio eius ē empla/
stratio cū rebꝰ calidis stipticis ex eis q̄ iā diximꝰ.sicut sūt
ciperi ꝛ masticl.spice thuris nucis cipressi:gallia mu.vinū
vetus puꝝ:ꝛ almusus:ꝛ de medicis sumat illā q̄ aggregat
stipticitatē:ꝛ aliquātulū caloris sicut hoc medicamē. ℞.
mastic.aureū.i.spice aureū.ſ.seīs apij:ameos añ.aureū.i.
thuris aur.ij.ciperi superioris squināti añ.aur.i.bibatꝰ de
eo.ʒ.iij.cū vino veteri aut cū aqua radicū. ¶ Et fiāt cibi
eius ex granis granatoꝝ ꝛ passul'.cuz suis interioribꝰ q̄ bñ
masticentꝰ.ipe.n.cōfortāt epar ꝛ impinguāt ipm ꝛ aq̄ in q̄
decocta sunt ciminū ꝛ ꝯdimēta:ꝛ pip et silia. ¶ Et ex eis
q̄ cōferūt oī egritudini q̄ accidit in epate ex malitia cōple
xionis aut alijs cū ꝓprietate in eis mirabili ē vt sumatur
epar adib exiccatus ꝛ teratꝰ optime ꝛ bibatꝰ ex eo coclear.
i.ꝛ ē aur.ij.cū vino dulci ꝛ si infirmꝰ hēat febrē cuz aq̄ fri/
gida solū.cōfert eniz iuuamētū maxie ei q in epate suo hꝫ
egritudinē:ꝛ nos iā experti fuimꝰ sufficiēter:ꝛ comedat pas/
sulas cū suis interioribꝰ postq̄ꝫ bñ masticauerit eas si vult
vt impinguetꝰ ꝛ cōfortetꝰ epar.

Uentositatis aūt q̄ ē sub ipso signa sunt tensio q̄ ē sub latere dxtro q̄ cōmouetꝰ cum
digeritꝰ cibus ꝛ sedatio ꝑ cōpressionē vehemētē sup ipsuz
ꝛ extimāt stulti medici ꝙ ē opilatio vel apā:ꝛ ꝯfert ei pu/
rū vinū forte cū bibetꝰ ex eo res modica ꝛ minoratꝰ aq̄ ꝛ

miscetur cũ ea vinũ ⁊ cibi pauce inflatiõis ⁊ dimissio inflatiuor͛ sicut oleꝝ ⁊ ꝯpressio sup ipm ⁊ adherẽtia pãni calefacti: ⁊ vaporatio eius cuz milio ⁊ balneũ ante cibum.

¶ De ycteritia. CAP. LXIIII.



Ycteritia qdem fit aut pp caliditatem epatis multã p seipz natã: aut qñ epar calefactũ ẽ ex cibis aut medicis calidis: aut apãte: aut opilatiõe aut pp multitudinẽ colere rubee: aut ꝓpterea qr nã expellit eã ad exteriora corpis. aut ex morsione vermiũ: aut aĩalium venenosoꝝ calidoꝝ: aut pp debilitatẽ fell'ab attractione colere ru. aut pp opilationẽ meat⁹ quo attrahit̃ colera ab epate: aut pp opilationẽ meat⁹ q̃ expellit̃ col'a ad intestĩa: et illoꝝ qdẽ q̃ꝝ epata ꝫ nãz sũt cal'a colores sũt citrini sp et ĩ albugine oculoꝝ eoꝝ sep est citrinitas et ñ accidit eis inde maximũ nocumẽtũ: nisi cũ illud supfluit i eis. ¶ Et cura eoꝝ est oẽ qd infrigidat epar sicut granata acetosa ⁊ multiplicatio potus aq̃ ordei in mane ⁊ potus a sauic ⁊ çuchari ꝓprie in dieb⁹ estatis: ⁊ alleuiatio ciborũ calidoꝝ ⁊ silr̃ medicinaꝝ ⁊ potuũ calidoꝝ: ⁊ si potant̃ plĩmũ cõmisceant̃ cũ aq̃: ⁊ sint cibi eoꝝ acetosi ex eis q̃ dixim⁹. ¶ Calefactiõis aũt epatis q̃ est ex apãte calido. signũ ẽ ꝙ apãtur ex cibis calidis aut medicinis calidis aut potu vini puri fortis ⁊ sĩtibus illis. ¶ Et cura eius est id qd infrigidat epar ex medicinis cibis ⁊ emplastris q̃ diximus. ¶ Generatiõis aũt multitudinis colere: signũ est qd egredit̃ cum vomitu ⁊ solutione ⁊ ycteritia ẜm suã dispõnẽ. ¶ Et cura ei⁹ ẽ cũ decoctõe mirobol'. aut cũ aq̃ casei ⁊ cũ lacte acetoso: ĩ q̃ dissoluta fuerit scamõea. deiñ reditio ad cibos extiguentes. ¶ Ycteritia aũt facta ex opilatiõe: aut ẽ ex opilatione in epate ipso: cuius signũ ẽ qd cũ ycteritia ẽ grauitas in latere dextro. Et cura eius ẽ cura opilatiõis q̃ fit ĩ meatu quo attrahit̃ colera ad fel. ¶ Aut ẽ ex opilatiõe meat⁹ ex quo expellitur ad intestina colera cuius signum est: ꝙ accidit ycteritia fortis velociter cum grauitate parua in epate ⁊ albedine egestiõis ⁊ amaritudine in ore ⁊ gutture ⁊ vomitu colere. ¶ Et cura eius ẽ. si fuerit cuz caliditate aq̃ endiuie ĩ q̃ dissoluta ẽ medulla cass. f. ⁊ oleũ amigdal'. dulciũ: ⁊ si nõ fuerit caliditas: tũc aq̃ apy: aut feniculi: aut aq̃ porri ẽ cõueniẽtior: in hoc loco: qñ opilatio in his duobus meatib⁹. s. quo attrahit̃ colera: ⁊ quo expellit̃: nõ forsitan accidit nisi ex apãte: q̃re indiget eo qd resoluat ipz. dissoluat̃ ergo medulla cass. f. in succo caul'. ⁊ decoctõe ei⁹ ⁊ distillet̃ desup oleum amigdal'. amaraꝝ: ⁊ detur in potu. ¶ Et fel qdẽ tria ꝫ orificia: orificiũ adherẽs epati: ⁊ orificiũ ad ĩtestina: ⁊ orificiuz ad stõm. ⁊ opilatio accidit ĩ tribus dictis meatib⁹. Jn illa q̃ accidit orificio adherẽte epati: vrina ⁊ egestio sũt citrine ad albedinẽ decliues pp paucitatẽ effusiõis colere ad intestina: ⁊ nõ ẽ cũ ea vomit⁹ colere neq͂ amaritudo pp paucitatẽ effusiõis colere ad stõꝫ ⁊ in illa q̃ ẽ in orificio adherẽte intestinis: vrina ⁊ egestio sunt albe pp paucitatẽ effusionis colere ad ĩtestina. Et in illa q̃ ẽ in orificio adherẽte stõ vrina ⁊ egestio sunt grosse rubee sicut bolũ pp multitudinẽ effusiõis colere ad intestina. Jn illa aũt q̃ fit ab opilatõe meat⁹ quo expellit cistis fell' colerã ad intestina ꝓpriũ signũ ẽ albedo egestionis ⁊ puitas tincture eius ⁊ difficultas exitus fecis eius ex ventre cũ fortitudine ycteritie: ⁊ nõ ẽ in ista de vomitu colere id qd ẽ in ea q̃ ẽ ex opilatiõe meatus quo attrahit̃ colera. ¶ Et cura ei⁹ ẽ cura illa eadẽ: ⁊ ꝯferũt ei ꝓprie clisteria: in qb⁹ ẽ acuitas postq͂ in potu sumpta sunt ea q̃ diximus. ¶ Ycteritia aũt q̃ fit ꝓpterea ꝙ expellit eã nã ad exteriora corpis cũ fortitudine: fit põst febrẽ ⁊ in die cretico: ⁊ oꝫ vt iuuet̃ nã ad expellẽdũ ipm p ĩtroitũ in aquã calidaz ⁊ sir̃. ace. ¶ Illi⁹ aũt q̃ ẽ ex morsu venẽosoꝝ aĩaliũ calidorũ: cura ẽ sumere in potu semp lac aut oleũ amigdal'. deiñ aquã granatoꝝ ⁊ mucillaginẽ psily ⁊ aquã atarasacon et poma acetosa. ¶ Debilitatis aũt fell' ab attractiõe signũ est ꝙ ẽ cũ ycteritia nausea et vomitus colere sine grauitate i epate. ¶ Et cura ei⁹ ẽ cura cõfortãs epar: fel ãt ꝯfortatur p cõitatẽ quã ꝫ cũ epate. ¶ Et cũ oẽs modi ycteritie curent̃ intrinsecus cũ eis qb⁹ indiget: tunc curet̃ qd remanet in exteriorib⁹ corpis ex eis cũ balneo et suctione p nares aceti fortis et faciẽdo alcohol cũ aqua ro.

¶ De ydropisi. CAP. LXV.



Ydropisis vo tres ꝫ modos: aut. n. aggregatur aq̃ in vẽtre tñ: ⁊ ẽ asclites: aut mollificat̃ totũ corp⁹: ⁊ ẽ yposarca: aut aggregat̃ in vẽtre aq̃ paꝝ ⁊ vẽtositatis plĩm ⁊ ẽ timpanites. Et yposarca qdẽ ẽ in qua mollificatur totũ corpus: ⁊ fit ex frigore epatis ⁊ est leuior eaꝝ et ꝓpingoris curatõis et sanatiõis: cui⁹ signa sũt albedo coloris vrine et solutio nãe: et inflatio palpebraꝝ. ¶ Et cura eius ẽ illud qd calefacit epar ex his q̃ dixim⁹ in cap° de frigore epatis: et qd ꝓuocat vrinã cũ fortitudine: et ꝯfert ei sepelliri in arena calida et linire totũ corpus ex luto et stare et sudare in sole post calefactionez epatis. Et qñq͂ ẽ hec ydropisis successiõe potus aq̃ frigide plurime post coitũ: aut exitũ de balneo et post motũ plĩmũ. Cuz ergo accidit in hac egritudĩe dolor sub costis ex potu aque frigide oꝫ vt tũc in potu det̃ vinũ puꝝ et vaporet̃ epar cum eis q̃ ipm calefaciũt. ¶ Cũ aũt ydropisis pseuerat et ꝓlongat̃: tunc curet̃ cũ eis q̃ dixim⁹: et ẽ facilior sanatio. ¶ Et qñz accidit hec ydropisis post solutionẽ vẽtris longã: aut cursum sanguis ex emoroydib⁹ et mẽstruis: et qñ est ita: tunc cura eius ẽ illud qd dixim⁹ de cõfortatõe epatis et calefactione eius et gradatione ad addẽdũ in cibo et odoriferis et somno. Et vtẽdũ vino vt redeat sanguis et ꝯfortet̃ corpus: ⁊ redeat ad dispositionez suã. ¶ Et qñq͂ accidit post magnitudinẽ splenis secundũ qd dicem⁹. ¶ Et cura eius ẽ studiũ in splene scdm qd dicemus. Et qñq͂ accidit etiaz pp frigus epatis: ex mẽbris vicinis ei cum infrigidant̃ sic stõus et intestinũ ieiunũ et pulmo et diafragma et renes ¶ Et accidit etiã a multitudĩe exitus sanguis ex mẽstruis et ex retẽtiõe eius. Et cura eius ẽ illud qd dixim⁹ de calefactiõe epatis et cõfortatiõe eius exterius et interius ⁊ qd ꝓuocat vrinã ẜm qd diximus.

Asclites etiã accidit cũ apãte calido ĩ epate et febre et rubedĩe aq̃ et ẽ deterior eaꝝ. Et cura ei⁹ est cõposita ex cura apãtis calidi in epate cũ cura ydropisis. ¶ Curent̃ ergo isti aq̃ endiuie et sir̃. aceto. qñq͂: et cũ eo qd euacuat aquã: p͛ter qd calefiat plĩmũ: sic cũ aq̃ cardamomi et infusiõe mirab. ⁊ trociscis de berberis. Et qñq͂ fit ex apãte duro et nõ ẽ cuz febre neq͂ rubedine aq̃. Et cura eius ẽ illud qd ex medicis dixim⁹ apiẽtib⁹ opilatiõez et resoluẽtib⁹ apãta eius: sicut diacurcuma et dialacca: et cõfectio de costo. dent̃ ista postq͂ solutio facta fuerit cum folys meçerion et ere adusto et euforbio et succo cucumeris asinini et mirab. citr. et yreos et serapino: administrentur ista ẜm quãtitatẽ sedatiõis caliditatis et cõmotionis eius: deĩde itera ꝓuocãtia vrinã qñq͂ et ista qñq͂: et si vis da ei in potu ex kekelengi ĩ oĩ hebdomada dosim vnã: et in eo qd ẽ inter illud ex diacurcuma magna cũ decoctiõe se. apy: et se. fenic. Si aũt ĩgrosset̃ res ĩcide sub vmbilico.

Timpanites fit ex aggregatione aq̃ pauce: q̃ descendit in vẽtre et vẽtositatis plurime et fit post caliditatẽ in epate et ẽ aq̃ rubea cũ ea ẜm plĩmũ et antecedit eã inflatio assidua in ventre: et ẽ difficilis resolutiõis et difficil' cure. Curat̃ ẜm dispositionẽ solutione vẽtris leni cũ facilitate ex eis q̃ nõ plĩmũ calefaciunt vice vna et cũ aq̃ granatoꝝ et infrigidatione epatis vice alia: et cuz eis q̃ eructare faciunt: sicut est masticatio

thuris et cimini:et iunctio cũ aceto sqllitico ⁊ q̃ extrahũt vẽtositatẽ inferius sicut hoc medicamẽ. ℞. ciminũ bau/rach folia rute cõficiant̃ cũ melle:⁊ supponat̃ cuȝ coto in die multotiẽs ⁊ fricetur vẽter ⁊ emplastretur:⁊ nõ comedat inflantia omnino.

¶ De egritudinibus splenis. CAP. LXVI.



Egritudines splenis aut sũt debilitas ei⁹ ab attractione melie: aut magnitudo ipsi⁹: ⁊ magnitudo eius aut fit post febres aut cũ febre: aut sine febre: ẽ aũt ex apate duro vehemẽti: aut sine illo: aut ẽ iflatio eius sola: dbilitatis aũt ei⁹ ab attractiõe melie sig̃ sũt corruptio coloris: ⁊ ꝯuersio ei⁹ ad nigredinẽ ⁊ ꝯturbatio albuginis oclo͛x cũ casu appetit⁹. ¶ Et cura ei⁹ ẽ positio vẽtosa͛x sup splenẽ sine icisiõe vice vna: ⁊ emplet̃ cuȝ medicamine cõfortãte splenẽ altera: ⁊ fricatio eius ⁊ ꝯmotio ei⁹: ⁊ motio ipsius cũ manu ⁊ equitatio ⁊ exercitium.

Magnitudo aũt eius facta cuȝ febrib⁹ appet tactui in latere sinistro. ¶ Et cura ei⁹ est trocisci de rosis ⁊ sir. ace. ⁊ vt vaporet̃ cũ aceto forti ẜȝ q̃ narrabo. ¶ Magnitudinis aũt q̃ fit successione febris. ¶ Cura eius ẽ trocisci de agno casto: ⁊ sir. acc. pluriũ radicũ ⁊ seminũ ⁊ vaporatio cũ aceto in quo bullita sunt ruta ⁊ calamẽtũ. ¶ Et fit magnitudo eius sine febre: ⁊ est aut antiqua dura vehemẽs: aut infra hoc: illi aũt q̃ nõ ẽ dura neqꝫ antiqua sufficiũt trocisci de agno casto ẜm q̃ narrauimus: ⁊ silr̃ vaporatio quã diximꝰ: antique ṽo magne dure apparitio sensui manifesta ẽ. ¶ Et cura eius ẽ trocisci de capparis ⁊ aq̃ radicũ ⁊ sir. ace. acetositati ꝑtinẽs plurium seminũ ⁊ vinũ amarũ forte ⁊ puruȝ ⁊ dimissio aq̃ oĩo: aut bibere ex ea minus q̃ȝ possibile est: ⁊ emplastrare ip̃m cũ ẽplastro de armoniaco: aut emplo̾ de calce: aut emplo̾ de sulphure: ⁊ dimittere dulcia ⁊ cibos qui faciunt bibere aquã: ⁊ comestio capparis cũ aceto. sed eius camakac nõ: ⁊ confert oĩbus dolorib⁹ eius nisi illis q̃ sunt ex inflatione flõmia basilice in sinistro latere ⁊ saluatelle. ¶ Inflatõis aũt signũ ẽ tensio sub latere sinistro cũ apate nõ duro: qd̃ fit planũ qñ sup ip̃m fit vehemẽs ꝯpressio preter qd̃ doleat: ⁊ qñqꝫ ꝓuenit ex eo cũ vehementer premit̃ desup eructuatio aut rugitus. ¶ Et cura eius ẽ sumere puluerẽ nasturty ⁊ vinũ vetus: ⁊ dimittere oĩa que inflant: ⁊ ponere super ipsuȝ ventosas cum igne.

¶ De fluxu ventris. CAP. LXVII.



Flux⁹ vẽtris fit aut cũ sãguĩe ⁊ sãie: aut siñ eis: ⁊ ille q̃ ẽ sine sãguĩe: fit aut ꝑꝑ dbilitatẽ ep̃is ab attractiõe aut ꝑꝑ debilitatẽ suam a digestiõe: aut q̃r currit ex eo colera acuta ad intestina: aut ꝑꝑ velocitatẽ descẽsiõis cibi a stõ ⁊ intestinis: ⁊ illud fit aut ꝑꝑ multitudinẽ flãtis in eis aut ꝑꝑ repletionẽ eo͛x ⁊ mollificationẽ ipo͛x: aut ꝑꝑ lubricitatẽ accidentẽ in eis: aut ꝑꝑ bothor in sup̃ficie eoruȝ. Et qñqꝫ fit fluxus ventris etiã a multitudĩe effusiõis colere nigre ad os stõi ⁊ a re effusa ex capite ad stõm: aut ꝑꝑ multitudinẽ cibi: aut q̃r solutiu⁹ ẽ in nã sui: aut ꝑꝑ errorẽ ordinis eius: aut ꝑꝑ motũ post ip̃m: aut ꝑꝑ multitudinẽ potus aq̃ sup ipsuȝ: aut ꝑꝑ paruitatẽ resolutiõis a corpe. ¶ Ille aũt q̃ fit cũ sanguĩe ⁊ sanie fit aut ꝑꝑ dubellatiũ q̃ rũpit̃ aut ꝑꝑ venã scissam: aut ꝑꝑ debilitatẽ epatis: aut ꝑꝑ excoriationẽ accidentẽ. ¶ Excoriatio aũt fit in itestinis superioribus aut inferioribus aut in ano.

Accidens aũt ex debilitate epatis ab attractiõe fit absqꝫ sanguĩe: ⁊ signũ eius ẽ fluxus alb⁹. ⁊ viridis ⁊ qd̃ mollescit corpus cum eo: ⁊ minorat sanguis in venis eius ⁊ citrinat̃ color ⁊ albificat̃. ¶ Et cura eius sunt elªrium aperitiuũ sicut diatrion pipereõ: diacalamẽtũ ⁊ vinũ purũ forte parue quãtitatis. ⁊ emplastra cõfortantia epar ⁊ positio vẽtosa͛x sup ipsuȝ vice vna: ⁊ ista em plastra alia: ⁊ cibi q̃ sunt velocis penetratiõis.

Fluxus aũt facti a multitudine colere acute q̃ currit ab epate signa sunt: q̃ fit post febres adurẽtes: aut post acceptionẽ medicina͛x acuta͛x. aut vini puri. ⁊ omniũ que calefaciũt epar ⁊ mordicant ipsuȝ ⁊ faciunt sequi cum prolongantur excoriationem. ¶ Et cura eius est sumere in potu aquam sauic ordei: aut sauic de granis granatorum: aut trociscos de acetosa: ⁊ lac acetosum decoctum cuȝ lapidibus ⁊ ferro ignito: ⁊ quando prolongatur hec egritudo ⁊ cadit virtus: ⁊ videtur q̃ in ea non valeat hoc medicamen: tunc cura est cibare egruȝ ex medicinis leuib⁹ pinguib⁹ i die mltotiẽs: dãdo oĩ vice coclearĩũ vnũ.

Velocitas descensionis cibi a stomaco ⁊ in intestinis: fit aut propter motum laboriosum post cibum. ¶ Cura eius est somnus ⁊ quies post cibum. ¶ Aut quia cibus in seipso facit illud necessarium: quoniam est lubricosus viscosus subtilis: aut pinguis: aut plurime quantitatis: aut in ipso est virtus solutiua. ¶ Et cura omnis speciei huius est vt opponatur ei cuȝ contrario. ¶ Aut velocitas descẽsionis cibi propter stomachũ fit: ⁊ intestina: ⁊ hoc fit ꝑpter multitudinẽ flegmatis in eis: cuius signũ ẽ fluxus albus ⁊ multitudo sputi ⁊ paucitas nausee ⁊ sitis ⁊ vomitus flegmatis ⁊ eius exitus cũ cibo: ⁊ egestione cõmixti cũ eis: ⁊ egestio in qua nõ ẽ plurima alteratio. ¶ Et cura eius ẽ vomit⁹ ⁊ pot⁹ yere: deide electuaria aggregãtia stipticitatẽ ⁊ caliditatẽ ex eis q̃ diximꝰ in cura stomachi. ⁊ silr̃ cibi. ¶ Aut ꝑpter mollicie͂ in stõ ⁊ repletionẽ eius: cuius signa sunt hec preter qd̃ cũ eo nõ ẽ vomitus flegmatis: neqꝫ egestio. ¶ Et cura eius est exiccatio ⁊ elªria q̃ diximꝰ preter vomitũ ⁊ solutioneȝ. ¶ Aut ꝑꝑ bothor in eis: cuius signa sunt q̃ excitat̃ post cibuȝ dolor in stõ ⁊ itestinis ⁊ in loco i quo ñ iueniebat̃ añ cibũ: cũqꝫ cib⁹ descẽdit ab illo loco sedat̃ ille dolor: ⁊ ꝯmouet̃ i loco alio inferiore ab illo loco: deide sedat̃: ⁊ nõ cessat ꝑmutari ẜm hoc: ⁊ qd̃ ẽ in egestiõe virus subtile: ⁊ cibi etiã cũ sua dispositiõe ⁊ nõ alterati oĩo: aut nõ alterati plurima alteratione. ¶ Et cura eius ẽ cibi acetosi stiptici: sicut ribes ⁊ granata acetosa ⁊ citonia ꝓprie ⁊ sumach trocisci de acetosa: ⁊ puluis manu sumptus de granis granato͛x: ⁊ puluis lubricitatis intestinorum de seminibus similiter sumptus. ¶ Aut ꝑꝑ lubricitatẽ accidentẽ in sup̃ficie stõi: ⁊ intestiorũ: cuius signũ ẽ exitus cibo͛x: nõ alterato͛x: aut parue alteratiõis: ⁊ illud qm̃ sunt velocis exitus ⁊ descẽsiõis ⁊ ꝓprie si mouet̃ infirm⁹. ¶ Si aũt ifirm⁹ nõ mouet̃ sũt tardioris exit⁹ ⁊ sentit̃ grauitas cibi descẽdẽtis subito precipitati ad iferiora sicut lapis cadens. ¶ Cura eius ẽ exiccatio cum electuario de siliquis: ⁊ electuario de thure: ⁊ electuario de gallis: ⁊ dimissio aq̃ calide: ⁊ administratio aq̃ veri frigoris: ⁊ sumere puluereȝ manib⁹ a sauich bone frixiõis ⁊ ꝑpe a sauic de granis granato͛x ⁊ alcubere ⁊ silia.

Facti a multitudĩe effusiõis colere ni. ad os stõi signũ ẽ q̃ cõmouet̃ in eo appetitus: ⁊ inuenit̃ cuȝ hoc mordicatio i ore stõi: ⁊ acetositas in ore: ⁊ sedatio ei⁹ apud comestionẽ aut apud potum puruȝ olei ⁊ nõ sedat̃ cũ cibis nõ vnctuosis ea sedatiõe quã hȝ cũ vnctuosis. ¶ Et cura ei⁹ ẽ flõia basilice ⁊ solo̾ cũ decoctiõe epithim ⁊ positio vẽtosa͛x cũ igne sup splenẽ: ⁊ silr̃ seq ip̃m cuȝ medicis cõfortantibus ipsuȝ: ⁊ assiduatio pulueris de epithimo: ⁊ in mane sumere aliquid sorbitionis vnctuose.

Facti ṽo ex catarro capitis: signũ ẽ qd̃ fit post sõnuȝ ⁊ diuersitatẽ egõnis: deiñ retinet̃ vẽter dũ pseuerat hõ vigilãs. ¶ Et cura ei⁹ ẽ abrasio capitis: fricatio ei⁹ cũ pãno laneo aspo: ⁊ linire ip̃ȝ cũ eis q̃ vesicãt ip̃ȝ sic diximus i cura tussis: ⁊ q̃ dicemꝰ i antidotario hui⁹ libri: ⁊ sternutatio ⁊ gargarism⁹ ⁊ dimittere sõnũ sr̃ ceruiceȝ p⁹ reple/

tionē cibi ꝛ vomit⁹ p⁹ expgefactionē cum aqua calida.

Ille aūt qui fit propter multitudinē cibi nō fit nisi qꝛ virtus appetitiua fortioꝛ est retētiua: cuius signum est vehementia appetitus absqꝫ mordicatione in oꝛe stomachi: cūqꝫ comedit ſm appetitū grauat eū: quare soluitur natura. Et cura ei⁹ ē: vt cōmēsuret comestio cū quātitate qua nō soluat nā: ꝛ si ledit ꝑpter vehementiā appetitus accipiat cuȝ comedit ex luto ansiburio rem modicā aut ex cibo dulci vnctuoso bucellam ex carne pingui proprie.

Ille aūt qui fit pp erroꝛē in oꝛdine qꝛ ꝑcedunt cibū res velocis exitus: q̄re ꝑpter illud festinat exitus cibi. ¶ Cura est alteratio illi⁹ oꝛdinis: illius qui fit propter multitudinē potus aque sup cibū. ¶ Cura ē minorare aquā ꝛ cito currere ad somnū: ꝛ bibere vinū ꝑmixtum vt cesset sitis. ¶ Illius qui fit pp paucitatē resolonis coꝛpis: signū est multitudo carnis ꝛ paruitas appetit⁹: lōgitudo getis: ꝛ dimissio mot⁹. ¶ Et cura eius est exercitium ꝛ fricatio ꝛ sudatio in balneo.

¶ De excoꝛiatiōe tenasmō ꝛ siſib⁹. CAP. LXVIII.

Fluxus autē q est cum sanie ꝛ sanguine aut fit ex dubellati que erumpitur: ꝛ illud fit ex percussiōe: ꝛ prouenit aut subito plurimū eius: aut paulatim: aut ꝑpter venā ruptam: aut ꝑpter debilitatē epatis a digōne: aut pp excoꝛiationē: ꝛ excoꝛiatio fit in itestinis supioꝛib⁹: aut iferioꝛib⁹: aut in ano. ¶ Illi⁹ autē q fit pp dubellati q̄ rupta est: signū est ꝙ antecessere febꝛes: doloꝛ ꝛ grauitas ꝛ aposteꝛna in qbusdā membꝛis vacuitatis ventris. deinde sedatus fuit doloꝛ ꝛ pulsatio: ꝛ remāsit grauitas. deide accidit ei tremoꝛ subito ꝛ alleuiata est illa grauitas ēt. Et cura eius est: si fuerit res ꝑlima q̄ currit debilitans infirmū: vt det in omni hora de aq̄ carniū: ꝛ paꝝ vini ꝛ toꝛtelle ꝯtrite: ꝛ adhibeat ei bon⁹ odoꝛ: vt nō cadat virt⁹: ita vt cum minoꝛat eius egestio: det i potu aq̄ mellis vice vna: ꝛ medicamen incarnatiuū vlceꝝ intestinoꝝ vice alia donec cōsolidet. ¶ Ille vero q venit paulatim: fit etiā post exituras in mēbꝛis q̄ nō habēt amplos meat⁹ equales: sicͭ pectus ꝛ similia illi de his q̄ nō ꝑueniunt ad stōm ꝛ itestina in meatu amplo: ꝛ signa ei⁹ sunt ista eadē predicta: ꝛ oꝫ vt ꝯsideret ad qͦ latus expellat nā illam saniē: ꝛ adiuuet si fuerit ad partē intestinoꝝ cum solutiuis lenib⁹ sicut aq̄ mellis: ꝛ aqua çuchari si fuerit cuȝ eo caliditas: ꝛ si fuerit ad partē vrine cum semine apy ꝛ feniculi: ꝛ dauco: ꝛ silia: de illis que ꝑuocāt vrinā cum lenitate: ita vt cum minoꝛat quantitas ei⁹: det in potu icarnatoꝛia vice vna: ꝛ aq̄ mellis vice alia ſm ꝙ diximus.

Fluxus aūt ex debilitate epatis ad digōnē signū est ꝙ egestio est siſis aq̄ carnis recētis cū abluitur. ꝛ iā diximus curā ꝛ signa in debilitate epatis.

Excoꝛiatio alia ē mala: putrida: antiqua: ꝛ alia cuȝ qua nō est putrefactio: ꝛ alia q̄ fit a colera: ꝛ alia que fit a flegmate salso: ꝛ alia q̄ fit a colera ni. ꝛ de istis alia ē i intestinis supioꝛib⁹: ꝛ alia i iferioꝛibus: ꝛ signa eius q̄ est facta a colera sine putrefactiōe in intestinis supioꝛib⁹ sūt pūctura i vētre: ꝛ egestio i qua sūt viscositas ꝛ mucillago: ꝛ doloꝛ sup vmbilicū: ꝛ ꝙ descendit fex post doloꝛē ꝛ puncturā ꝑ vnā horā: ꝛ cū illa in q̄ ē ō mucillagine: ꝛ sanie: ꝛ sanguīe qͦ est vehemētis ꝯmixtiōis cuȝ fece descēdit colera: ꝛ sūt cū ea tristitia ꝛ sitis. ¶ Et cura eius est semia lenientia ꝛ puluis q manu sumit ō bolo ꝛ aqua sanie oꝛdei: cum gūmi ara. ꝛ lac acetosū coctū cuȝ ferro et cibi faciētes glutinationē ꝛ stiptici sicut vitella ouoꝝ ꝛ rixi impin guatū cū adipe renū edoꝝ: ꝛ sumac: agresta: ꝛ sauic algobedar: anabac: ꝛ oīa q̄ dixim⁹ in cura colerice egestiōis. ¶ Illi⁹ aūt q̄ fit in itestinis iferioꝛib⁹: signa sunt: ꝙ doloꝛ ē i iferioꝛib⁹ vmblici ꝛ seqͭ exituȝ fecis pūctura: ꝛ ē nō vehemētis ꝯmixtiōis cū mucillagīe ꝛ sāguie. ¶ Cura ei⁹ ē ꝙ dixim⁹ de clisterib⁹ sedātib⁹ faciētib⁹ glutinationē.

¶ Excoꝛiatiōis aūt facte ex flāte salso signa sūt ꝙ fit post coꝛiçā ꝛ catarrū: ꝛ nō est cū ea i egestiōe sanies ꝑlīma: neqꝫ colera: neqꝫ rubedo: neqꝫ viriditas. imo flā ꝛ viscositates: neqꝫ acuitas iest q̄ pungat ea: ꝛ vētositas cū ea est ꝑlīma. ¶ Et cura ei⁹ ē seia acuta: ꝛ nasturtiū decoctū cuȝ aq̄ ꝛ oleo: ꝛ curet caput cū eis q̄ dixim⁹ i cura ꝓhibitionis catarri: ꝛ si fuerit in itestinis iferioꝛib⁹ ponant in clisteri res calefactōis pauce de illis q̄s dicem⁹: ꝛ noiat clistere sedatiuū qͦ nō infrigidat. ¶ Facta aūt a melīa ē mala cronica: ꝛ signa ei⁹ sūt pūctura assidua ꝛ egestio nigra: ex q̄ terra ebullit ꝛ odoꝛat ex ea odoꝛ aceti: ꝛ hec excoꝛiatio si antiquat ū sanat. Si vͦ nō antiq̄ fuerit: tūc cura ei⁹ ē sumere i potu seia lenia ꝛ calida: ꝛ deuitent i hac egritudie res acetose: ꝛ dent res faciētes glutiationē sicut vitella ouorum ꝛ riçi cū adipe capraꝝ: ꝛ cū amigdal' frixis ꝛ cū papauere. ¶ Et oēs excoꝛiatiōes q̄ sūt i itestinis iferioꝛib⁹ nō indigēt medicinis sūptis desup: sed clisterib⁹: illis autē q̄ sūt i supioꝛib⁹ paꝝ ꝓferūt clisteria. ¶ Illa aūt excoꝛiatio q̄ ē cronica putrida siue sit flātica siue colīca siue melīca idiget clisterib⁹ acutī ex eis q̄ dicem⁹: ꝛ medicis q̄ abstergant vice vna: ꝛ ex eis que constipant alia.

¶ Excoꝛiatiōis aūt q̄ fit i ano ꝛ est tenasmō: signa sunt frequētia assellatiōis pauce sicut sputū. vbi gr̄a. cū doloꝛe ledente ꝑpe anū: ꝛ illud cū q̄ egredit egō: nō est ꝑmixtū cuȝ fece: ꝛ iuuāt bn̄tes cā suppositiōe colliry plusqꝫ religs curationibus: ꝛ ego dicam collirīa tenasmon.

¶ De colica. CAP. LXIX.

Colica passio fit aut ex retētiōe fecis: aut ex retētiōe vētositatis: ꝛ retētio qdē fecis fit ex siccitate: ꝛ siccitas fit aut pp siccitatē ciboꝝ ipsoꝝ: aut ꝑuitatē q̄titatis eoꝝ: aut multitudinē exit⁹ vrine: aut vehemētiā raritatis coꝛpis: aut multitudinē laboꝛis: aut vehemētiā caloꝛis aeris: aut pp vehemētiā caliditatis vētrī: ꝛ q̄nqꝫ retētio fecis ē pp ꝑuitatē effusiōis colere ad itestina: aut q̄m sup ea est flā viscosū ꝑlīmū iuestitū sup ea: ꝛ h̄ ē illō qͦ ꝑlīmū fit: aut pp siccitatē ipsoꝝ itestinoꝝ: aut pp opa eoꝝ: aut pp ōstructionē sēsus eoꝝ. ¶ Uētositatis āt retētio fit: aut pp multitudinē q̄titatis ei⁹: ꝛ fit mltitudo vētositatis: aut pp cibos iflatiuos q̄ꝝ quantitas ē multa: aut pp supfluitatē cibi nimiā: aut pp debilitateȝ calītatis vētris: aut pp coartationē vētositatis iter duas tunicas itestinoꝝ: aut pp adherētiā flātis plurimi ꝛ lapidationem eius. s. alicuius partis post aliam: aut propter coleram ni. effusam ad ventrem: quare inflat ipsum.

Et retentio fecis pp siccitatē ciboꝝ accidit p⁹ comestionē glādiū ꝛ riçi ꝛ alcasab ꝛ silia ¶ Et cura ei⁹ ē vt sumat i potu sir̄. viol'. aut iulep: aut decoctionē ficuū: aut rob dulce: aut oleū sisaminū in q̄ dissolutū est de çucharo rubeo q̄tū ipm ē sup ignem: aut penidiarum: ꝛ superponatur colliriū ex salgēma: ꝛ cibi sint vnctuosi dulces ꝛ mollificatiui.

Illius aūt q fit ex multitudīe exuberātie vrīe sig̃ sūt ꝙ fit p⁹ multitudinē vrīe. ¶ Et cura ei⁹ ē comedere carnes passulaꝝ ꝛ arietis ꝛ dactilos ꝛ sisamios fcōs cū amilo: ꝛ butiꝝ coctū ꝛ butiꝝ crudū ꝛ pēidias: ꝛ assiduare acceptionē medulle cassief. ꝛ sir̄. viol'. ꝛ pruna infusa in iulep: ꝛ similia de illis que mouent ventrem cum opilatione meatuum.

Illi⁹ vͦ q̄ ē pp vehemētiā calītatis vētris sig̃ sͭ vehemētia sitī: ꝛ siccitas fecī vētrī sp. Et cura ei⁹ ē acceptio fructuū lubricātiū ifridātiū añ cibū sicͭ sͭ prūa fic⁹ būide: ꝛ vue ꝛ crisomila: ꝛ silia. de illis q̄ ifridāt ꝛ hūectāt vētrē.

Illius qui fit pp vehemētiā caliditatis aeris: aut pp vehemētiā laboris: aut pp multitudinē sudoris in balneo: aut alia: signa sūt ꝙ retinet̄ fex: et exiccat̄ post cibos sicut post istos. Et cura eius est sumere cibos lubricatiuos vnctuosos multe quātitatis ⁊ fructus hūidos ⁊ alterare aerē: ⁊ dimittere laborē: ⁊ iungere corpus cum cera ⁊ oleo ⁊ intrare aquā frigidam.

Illius vero q fit pp raritatē corpis signa sunt puitas fecis i oib⁹ dieb⁹ sanitatis ⁊ siccitas ei⁹ sp plīma ⁊ multitudo famis: ⁊ vehemētia appetitus. ¶ Et cura ei⁹ ē assūptio ciboꝝ grossoꝝ vnctuosorū: ⁊ inungere manifestū corporis cum cera ⁊ oleo ro. ⁊ introitus in aquam frigidam.

Illius vero q fit pp siccitatē itestini signa sūt extenuatio mirac vētrl ⁊ subtilitas ei⁹: ⁊ vt nō inueniat̄ siccitatis fecis cā ⁊ difficultas exitus fecis: ⁊ ē cū eis sitis. Et cura ei⁹ est pot⁹ olei añ cibū ⁊ itroit⁹ i aquā calidā: ⁊ admistratio vini dulcis ⁊ vnctuosoꝝ.

Illius qui est ex flāte grosso aggregato i itestinis ⁊ stō: ⁊ ē illa q̄ plīmuȝ fit: signa sūt ꝙ fit post satietatē nauseatiuā plīmā: ⁊ retinet̄ fex ⁊ vētositas oīo: ⁊ multiplicat̄: ⁊ fetet eructuatio desup: ⁊ multiplicat̄ nausea: ⁊ fortis fit dolor: ⁊ sudat sudore frido. ¶ Et cura ei⁹ est vt i hora gdē poxismi succurrat̄ cū clisteri solutiuo leni. Si ḡ sufficit bene est: ⁊ si nō: cum solutiuo medio: ⁊ si sufficit bñ est: ⁊ si nō: cū acuto solutiuo: ⁊ det̄ elariū: ō dactil. elariū diacitonitē solutiuū: ⁊ pill'e de margaritis: ⁊ pillule albe: ipse .n. pill'e veloces sūt i soluēdo vētrem. ¶ In die āt q̄ nō sūt poxismi: caueat sibi a satietate nauseatiua: ⁊ assiduet comestionē elary diacimini: ⁊ vtat̄ i cibo suo alburi anabati: ⁊ dimittat fruct⁹ hūidos: ⁊ euomat cū aqua ⁊ melle cū replet̄ cibo: ⁊ sit ei⁹ secūda mēsa ex ficub⁹ siccis nucib⁹ ⁊ fisticis ⁊ penidys ⁊ nuce inda: ⁊ vinū ei⁹ sit vetus puꝝ amaꝝ: ⁊ decoctio ei⁹ sit ex caulib⁹ ⁊ aq̄ salsa ⁊ sicla: et oīb⁹ q̄ soluūt vētrē: ⁊ dimittat sumac ⁊ lētes ⁊ granata cū granis suis: ⁊ agresta: ⁊ silr̄a illis: ⁊ deuitet multitudinem pot⁹ aq̄ fride ppe ⁊ vinū acetosū ⁊ nouū: ⁊ assiduet ifusionē aloes cū oleo de cherua: ⁊ aq̄ radicū ꝭȝ qȯ narrabo vt securus fiat a reditione si deus voluerit.

Illius qui fit ꝓpter paucitatē effusiōis colere ad itestina: ⁊ accidit ex ea difficultas exitus fecis signa sunt albedo egestiōis cum difficultate exit⁹ ei⁹ ⁊ iflatio vētris. ¶ Et cura ei⁹ est qȯ dixim⁹ in ycteritia ex opilatione meatus iferioris: ⁊ vt ponat̄ in cibo almuri: ⁊ sinapis: ⁊ ficus imature: aut distillent̄ in eo de lacte fici stille aliq̄: ⁊ sumat ante cibū oliuas aq̄ ⁊ siclas cū sinapi ⁊ conterat medullā cartami cū ficubus: ⁊ sumat idē añ cibū.

Illa que est ex apāte in itestinis fit ex apāte cal'o tm̄: et signa eius sunt sitis ⁊ febris ⁊ vomit⁹ colere: ⁊ iflatio maxima in supiorib⁹ vētris: ⁊ pulsatio in vētre: ⁊ si fit fortior euomit ifirmus fecē: ⁊ fit anhelit⁹ ei⁹ fetidus: ⁊ q̄nq; est eructuatio eius fetida: ⁊ totū corpus silr: ⁊ est colica que noiat̄ yleos: cui⁹ expō est: domine miserere: ⁊ o quam parua ē eius cura si ꝯfirmet̄: in initio aūt rei opꝫ vt flobotomet̄ basilica: deide saphena: deide det̄ aqua endiuie: et aqua folioꝝ aneti: aq̄ folioꝝ altee: cuscute hūide: ⁊ aq̄ foliorū malue in q̄ dissoluta est medulla cassie fistule. et fundat̄ desuper oleū amigdalaꝝ dulciū: et liniat̄ locus cum oleo anetino ⁊ camomillino: et sorbeat ex iurib⁹ herbarū leniū: et ex decoctiōe ciceris ⁊ aneti: et cōfortet̄ cum odoriferis: ⁊ aq̄ pulloꝝ: ⁊ clisterizet̄ cū aq̄ ordei ⁊ altee ⁊ rob: et si fortior sit iflāmatio clisterizet̄ cū aqua ordei: ⁊ albumine oui: ⁊ mucilagine psily et clisteri ifrigidante qȯ narrabo: et sumat in potu mucilaginē psily: et aquaȝ citroli: ⁊ silr̄a de his que extinguūt donec sedet̄ inflāmatio: deinde redeat ad leniendū apostema cuȝ lenitiuis: sicut sunt mucilago fenugreci: ⁊ seminis lini ⁊ rob et altea et oleuȝ sisaminum et oleum amigdalinum.

Et fit etiā ab humorib⁹ malis adherētib⁹: et fit cū ea vomitus freques: et nō gescit qȯ est i cōcauitate vētris: et iueniunt̄ punctura et dolor: et aq̄ in supioribus vētris eius: ⁊ cōmouet̄ post comestioneȝ: ⁊ nō sedat̄ nisi cū vomitu: ⁊ sunt cuȝ ea tristitia ⁊ frigus extremitatuȝ q̄nq;. ¶ Et cura ei⁹ est cura yleos ⁊ trocisci stelle ꝭm ꝙ diximus in cura stōi. ¶ Et fit ēt ex tortiōe itestioꝝ supioꝝ ⁊ exiccatiōe stercoris i eis. ¶ Et cura eius est sir. viol. cū scamonea: ⁊ oleum amigdal'.

Colica aūt vētosa est sicut illa q̄ accidit ex cibis iflatiuis: cuius signa sūt ꝙ est rugit⁹ i vētre: aut augmētū qȯ nō sanat̄ nisi cū desup vehemēter ꝯpmit̄: et dolor difficil' ledēs i vmbilico: ⁊ eructuatio difficil' plīme quātitatis ⁊ retētio vētositatis: ⁊ si egerūt ex ea aliqd nō egredit̄ cū quātitate q̄ sedet dolorē vehementeȝ: ⁊ q̄nq; ē cum hoc lenitas. cū ergo iueneris vētrē lenē aut eq̄lem ⁊ dolorē vehemētē: tūc colica erit ventosa fortis. Si ḡ fuerit post multū vsū fructuū ⁊ herbaꝝ: tūc cura ei⁹ erit vt i potu det̄ de elario diaciminū cum aqua in qua bulita sūt ciminū ⁊ carui. ¶ Si ḡ sufficit bñ est: si nō: tunc det̄ ei cōfectio de granis lauri: ⁊ si fortior sit dolor in dispōne: tunc det̄ ei philoniū: ⁊ det̄ ei in potu vinū puꝝ vet⁹ dū est ieiunus: ⁊ sit calefactū: ⁊ calefiat mirac ei⁹: ⁊ ligetur sup ipsuȝ pānus: ⁊ prolonget somnū: ⁊ non comedat aliqd trib⁹ diebus si potest illud tolerare: ⁊ si non pōt tolerare comedat bucellā pānis ifusi i vino veteri: ⁊ nō bibat aquā fridam: dolor nanq; cōmouetur post potum eius: ⁊ si iam sedata fuerit: tunc ingrediatur tinam quando ꝯmouetur dolor: ⁊ exeat quādo debilitatur: ⁊ iungatur vēter cum oleo qȯ exugit ventositatē ex eis que diximus. ⁊ suspēdat̄ super eum ollula parua cum igne: ⁊ clisterizetur cuȝ clisteri qȯ exugit ventositatem: ⁊ superpōat̄ suppositoriū qȯ exugit ventositatem ex eis que dicemus: ita vt cum sedatur dolor totus redeat ad cibū paulatim: ⁊ comedat ex iure alifedebegi: et deuitet aquam frigidaȝ diebus multis: et ponat in vino suo galliam et sit purum vinum suū: et caueat ab herbis et fructibus humidis: et granis inflatiuis: et pcipue a piris et moris rubi: et cucurbitis et citrolis: et grisomil. et silr̄bus. et caueat plurimā comestionē vini colati et adusti: et similiter est cura eius que ex multitudie cibi est. ¶ Illa vero que fit ex coartatione vētositatis inter duas tunicas intestinorum. Signa sunt vehementia doloris. et ꝙ non egredit̄ ventositas ex ea omnino: et ꝙ non rugit per compressionem factā desuper. et cōfert huic cura tota: et precipue abstinētia a cibo et appensio vētosaꝝ et vaporatio sup locū doloris et vinū puꝝ. ¶ Illius q fit ex flāte qȯ paulatim resoluit̄ et iflat: signa sunt ꝙ sedatur dolor q̄nq; et cōmouet̄ post duas horas aut tres: et q̄nq; cōmouet eam vaporatio. cum ergo vides dolorē vehementē post vaporationem: tunc dimitte vaporationem: et pcipue infirmo vt ꝓlonget sōnū et calefaciat mirach: et dimittat cibū die vna. deīde vaporet̄ et suspēdat̄ ollula cū igne. Si ḡ sedat̄ dolor tūc illud ē couenies: et si ꝯmouet̄ administret̄ sōn⁹ et minoret̄ cib⁹ vt et digeratur id flegma totū: et exiccet̄ et resoluat̄ paulatim: et nō redeat. ¶ Illi⁹ vo q fit ex melr̄a que effundit̄ ad ventrē et inflat ipsū signa sunt acetositas eructuationis et iflatio vētris subito cū dolore vehemēti. Et cura ei⁹ ē i hora poxismi: ꝙ decoquāt̄ cū forti aceto calamentū et ciperi: ruta: origanū: grana nigra: et fiat vaporatio cum eis: et trayciat aquā calidā in qua decocta sunt ciminuȝ et carui: et clisterizet̄ cū clisterib⁹ exiccatiuis vētositatis. in hora aūt in qua nō est paroxismus fac eum assiduare potū decoctōis epithimi: et omniū que educūt melancoliam.

Et quandoque fit a multitudine serpētiū et vmiū in vētre et trāsuersant in eo et inuoluunt in stercore et generāt a cōtinuatione satietatis nauseatiue et comestiōe ciboꝝ putrefactoꝝ et sūt triū specierum: lōgi q sunt i intestinis supiorib⁹ gracilib⁹: et lati q sūt in intestinis grossis iferiorib⁹ et noiant semia cucurbite ꝛ vmes pui q sūt plūi i itestino recto qd sequit an⁹: et significatio eoꝝ est multiplicatio cibi: et qñ nō comedit: mordicant: et accidūt a multitudie eoꝝ i vētre accñtia mala timorosa. ¶ Et cura illoꝝ ē eductio ipsoꝝ cū eis q interficiūt ipsos ex medicinis amaris: lōgos vo interficit absinthium: latos vo iterficiunt sceba et lupini amari et narcisus et alebrengi et decoctio ei⁹ cum bibit. Illi vo q sunt i ano curāt cū iuoluit lana i felle taurino et supponitur.

¶ De egritudinibus renum. CAP. LXX.

Egritudines renū sunt apata: lapis: caliditas: maties: debilitas eruptio sanguīs et difficultas vrīe facta ex eis. ¶ Lapidis vo i renib⁹ signuz ē qꝫ dolor eius ē siſis dolori colice. et illud qm nā cum eo ꝯstringit et cōmouet nausea: et iuenit dolorē i ylys: et oꝫ vt distinguat inter ipm et colicā p vrinā. cū. n. est i ea sicut arena: aut de ꝯsuetudie est egri: vt mingat post hꝰ dolorē lapidē: aut iam minxerit añ illud p aliquot mēses vrinā nigram cū q fuit dolor in catim. tūc ē lapis: et si nō fuerit aliquod hoꝝ signoꝝ: tunc dolor post satietatē nauseatiuā est signū colice: et nausea cū colica plus est: et locus doloris i ventre i colica est amplior: ꝛ ad anteriora declinior. In lapide autē q est i renib⁹ loc⁹ ei⁹ minor ad posteriora declinior. ¶ Itē dolor colice pmutat: dolor vero renū nō permutat: ꝛ iteꝝ significatio lapidis renū est dolor in catim: ꝛ ylys ꝛ emūctorys cum grauitate ꝛ opilatiōe: ita vt quasi sit suspensum i eis aliqd. ¶ Et cura lapidis i renibus in hora comestiōis doloris est vt igrediat eger tinā ꝛ inungat dorsum ꝛ ylia cū oleo alcheiri tēperata inunctiōe: ꝛ cōmoueat alchatim: ꝛ equitet aīal nō suauiter icedēs: aut saliat sup pedē vnū: ꝛ descēdat de gradu i graduz donec descēdat lapis in vrinā: ꝛ si nō sufficit h sumat i potu medicinas frāgētes lapidē i renib⁹: ꝛ redeat ad regimē ire sua qd est aliud ab isto: ꝛ emplastret catim: ꝛ ylia cū artetica: ꝛ cartamo: ꝛ semie caul. corticibus radicis capparis decoctis: ꝛ dabis eis post ea in potu medicias frāgētes lapides i renib⁹: ꝛ añ eas ēt oleuz amigdal. ꝛ aquā maluaꝝ: ꝛ precipias ei vt saliat post illud: aut descēdat d gdu i gdū. ꝛ da ei i potu medullaz cassi. fi. cuz oleo amigdal. illud. n. lubricum facit lapidē. ¶ Cum g egredit lapis i vrinā ꝛ non sequit ipm mict⁹ sanguinis: tūc est icolume: ꝛ plurimuz illi⁹ fit cum lapis est lenis paruus. ¶ Et qñqꝫ sequit ipm mictus sanguinis. cui⁹ cura est vt det infirmo de medicamine ꝯferēte excoriatiōib⁹ renū ꝛ emūctorioꝝ: ꝛ flobotometur basilica vsqꝫ quo sanet: ꝛ qñqꝫ pueit lapis i meatu virge: ꝛ illud fit qñ est ei magnitudo: ꝛ accidit vt egrediat in latitudie: qre tūc ponat virga in aq calida: aut embrocet cū aq ꝛ oleo calidis: ꝛ ifundat i meatu oleū viol. cum mucillagine altee: ꝛ fricet locus i quo cōtinet lapis ꝛ expellatur ad interiora vice vna post aliā dōec egrediat: qꝫ si dolor fortior fiat: ꝛ locus apostomet: ꝛ ñ egrediat hac curatione: tunc iferius scindat virga ꝛ extrahat. ¶ Custodia vero a lapide ante generationez in renib⁹ est pp dimissionē ciboꝝ viscosoꝝ sicut casei pprie ꝛ panis açimi ꝛ dulciū grossorū: ꝛ assiduationē seminū mūdificantiuz renes: ꝛ sirupi acetosi pluriū seminū ꝛ medicinaꝝ que frāgunt lapidem: ꝛ lenificatiōe ex eis que dicem⁹: ꝛ abstinētia a longo somno sup collū ꝛ lōgitudine stricture cinguli ꝛ multitudine equitationis ꝛ labore dorsi: ꝛ vtatur vomitu cuz est repletio.

Apostema autē in renibus sequunt in pncipio sui febres permixte nō habentes paroxismū cū orripilatiōe: ꝛ sentit infirm⁹ cū iacet quasi grauitatem suspensaz in catim suo. ¶ Et cura ei⁹ ē si caliditas febris que est cū eo fuerit vehemētis fortitudinis qd fortasse nō fit nisi raro: flobotomia basilice ꝛ dare i potu aquaz ordei ꝛ medicamē de semib⁹ frigidis: ꝛ sumere i potu aq citroloꝝ ꝛ aquā melonū indoꝝ. ¶ Cū g feceris illud bebdomada vna ꝛ lenit febris: ꝛ nō sanat ifirm⁹: tunc incipe aliā curā. Et illa ē q fit qñ cū eo nō est febris caliditas plurima: ꝛ da ei i potu semia maturatiua ex eis q dicem⁹: sicut seis altee. semē lini ꝛ silia. ꝛ fac emplastrū alchatim cū fenugreco: ꝛ altea: ꝛ emplīs maturatiuis ex eis q dicemus. ¶ Cumqꝫ sedatur dolor totus ꝛ remanet grauitas: tūc pcipe infirmo vt saliat ꝛ vt descendat a gradib⁹ cuz velocitate: ꝛ ꝯmoueat catim suū: ꝛ pcute ipm si nō icipit mingere saniem. Si vero mingit excusaberis ab hoc. Cum ergo mingit saniem tunc incumbe super ipsum cuz seminibus mundificātibus vice vna ꝛ cōsolidatitiuis vlcerū renum vice altera donec sanetur. ¶ Apostema vo i renib⁹ cōuertitur ad vnū triū modoꝝ: aut. n. exiccatur ꝛ sanatur eger: aut collectionē facit saniei ꝛ mingit eaz: aut fit apostema durū qd est deterius eoꝝ: ꝛ signa eius sūt qꝫ remanet grauitas cum aliquanto dolore in catim ꝛ minoratur quātitas vrine ꝛ incipit venter inflari: ꝛ fit ydropicus secunda die. Et cura eius difficilis est: curatur tamē fm dispositionem cum assiduatione emplastrorum resolutiuorum superpositorum alchatim ꝛ dorso: ꝛ sumat in potu semia lenientia ex eis que dicemus.

Illius autem que fit ex caliditate renum ꝛ est diaria vrine signa sunt sitis fortis assidua: ꝛ nō humectatur os cum ea hora aliqua: ꝛ mingit semp post potū aq ꝛ vrina est alba subtilis qsi sit aqua: ꝛ extenuatur corpus ꝛ minorat caro ei⁹: ꝛ si nō succurrat ꝯuertit cito ad ethicam. ¶ Cura ē i principio sue inceptiōis vt sit i loco frigido humidi aeris: ꝛ dormiat supin⁹ sup terraz ꝛ sup lectos frīdos: ꝛ igrediat ter i die i aquā fridā: ꝛ emplent inferiora dorsi cū psillio ꝯqssato cū aceto ꝛ sandal. ꝛ aq ro. ꝛ sumat i potu de trociscis diabetis: ꝛ aq granatoꝝ acetosoꝝ: ꝛ sint cibi ei⁹ ex sumac: agrsta ꝛ silib⁹. ꝛ sumat i potu aquā ordei cū oleo amigdal. ꝛ dimittat oē qd vrinam puocat ꝛ sorbeat sorbitionē factā ex amilo ꝛ olo amigdal. ꝛ çucharo: ꝛ teneat i ore pillas sitiz sedātes: aut frustū masal aut aliqd acetosum vt sedetur sitis eius.

Maciei autem renum signa sunt dolor in dorso non fortis cum extenuatione corporis ꝛ paruitas desidery coit⁹ ꝛ multitudo vrine ꝛ albedo. ¶ Et cura ei⁹ est regimen impinguans corpus ꝛ dilatatio in cibo ꝛ enemata vnctuosa ꝛ comestio medullarum cum çucharo et oēs cibi ꝛ medicine q addunt i spermate ex eis q dicem⁹.

Debilitatis aūt renum signa sunt qꝫ mingit sicut loturaz carnis cū dolore i dorso: paucitas appetitus coitus. ¶ Cura eius est flobotomia basilice in latere in quo sentitur dolor. ¶ Si vero dolor magnus sentitur tunc fiat in latere dextro: ꝛ dentur in potu medicine cōferentes mictui sanguinis ꝛ emplastretur alchatim cum medicinis infrigidantibus ꝛ confortantibus renes sicut rosis ꝛ sandalis ꝛ acathia: ꝛ ramich: ꝛ mirto: ꝛ eorum inunctio fit cum oleo rosa. ꝛ sisamio. ¶ Sanguinis autem eruptionis ex renibus signum est qꝫ mingit subito infirmus sanguinem plurimum exuberantez: aut post percussionem super locum renum: aut propinquum ei: aut post comestionem cibi acuti. ¶ Et cura eius est flobotomia ex basilica: deinde medicina conferens mictui sanguinis.

¶ De retentione vrine. CAP. LXXI.


Hoc fit ppter egritudinem in emũctorys aut pp egritudinẽ virge: ꝛ egritudo aut ẽ lapis ĩ meatu virge: aut caro nata: aut opilatio sanguinis aut saniei. Signa itaq; ei⁹ qđ fit ex emũctorys sũt grauitas ĩ dorso: ꝛ repletio vesice ex vrina: cui⁹ cura est sumere ĩ potu medicĩas q̃ frangũt lapidẽ. ℂ Et signa ei⁹ q̃ fit ex opilatiõe meat⁹ virge sũt repletio vesice ꝛ inflatio ei⁹: tẽsio vt chorda ꝛ grauitas q̃dã ĩ pectĩe ꝛ anca cũ dolore vehemẽti ꝛ tẽsiõe supflua. ℂ Et fit aut pp lapidẽ obsessũ: aut pp apã: aut pp carnẽ natã: aut pp opilationẽ sanguĩs ꝛ saniei: ꝛ iaz diximus signa lapidis ꝛ curã ei⁹. ℂ Carnis aũt orte signũ est: q: fit ẽm plimum post vlcera accidẽtia ĩ h meatu: ꝛ nõ phibet totã vrinaz: sed modicũ ei⁹. ꝛ qñq; est iceptio exitura sil'is veruce in h meatu. qđ g ex ea est ĩ emũctorys curationẽ nõ hẽt: ꝛ non medicat nisi cũ tina ꝛ ex pillulis lenificãtib⁹ ex eis q̃ diximus in apate duro. ꝛ vt liniat meat⁹ ꝛ dilatet: q̃re egreditur vrina cũ facilitate ꝛ difficil' fit exit⁹ vrĩe ĩ hac dispõne qñ spissat ꝛ idurat: sed qđ est ĩ meatu virge. qñq; egredit cũ eis q̃ mingere faciũt. ℂ Opilatio autẽ sanguis ꝛ saniei fit post mictuz sanguĩs ꝛ saniei. ℂ Et cura ei⁹ ẽ si fuerit in duob⁹ emũctorys vt sumat ĩ potu medicĩas q̃ frangũt lapidẽ: ꝛ si fuerit ĩ meatu virge euacuet ꝛ moueat cũ faciẽtib⁹ mingere. ℂ Apostematis aũt ĩ vesica signa sũt febris valde fortis caliditatis adustiua ꝛ vehementia doloris ꝛ punctura ĩ vesica. Cui⁹ cura ẽ flõia basilice ꝛ pot⁹ aque ordei ꝛ embrocatio vesice cũ aq̃ tepida: ꝛ iunctio cum oleo viol'. tepido. ℂ Et qñq; fit difficultas vrine ex lapide cadente ĩ ore meat⁹ nõ ĩ meatu. ꝛ signũ eius est q: cuz piceris infirmũ sup dorsũ suũ ꝛ leuaueris pedes ei⁹ ad supiora ꝛ vehemẽter eum cõmoueris egrediet vrina: ꝛ istud sine cessatiõe fiat: ita donec egredit lapis: aut frange eum cuz medicinis q̃ frãgũt lapidẽ ĩ vesica. ℂ Et qñq; fit difficultas vrine ex mollificatiõe lacerti vesice: cui⁹ signuz est q: habẽs eã mingit cum facilitate: qñ sup vesicam fit ꝓpressio: ꝛ eius cura est iunctio eius cum oleo nardino: ꝛ costio: ꝛ castoreo. ℂ Et qñq; fit difficultas vrine post vehemẽtẽ retentionẽ vrine: ꝛ signuz est q: si fiat ꝓpssio sup vesicam egredit vrina tũc. ℂ Et ꝓfert quidez plurib⁹ modis difficultatis vrine ĩtroit⁹ in aquã calidã ĩ qua decocta sunt folia cauliũ humida: ꝛ cartamũ: fenugrecũ: ꝛ rubea tĩctorũ: ꝛ empl'a pectẽ ꝛ alchatin cũ eis: ꝛ ꝓferũt quidez medicine puocantes cum vesica est vacua: ꝛ nocẽt vehemẽter cũ ẽ plena.

ℂ De fluxu vrine iuolũtario. CA. LXXII.


Fit autẽ ex multitudine humiditatis cũ caliditate aut friditate: ꝛ cursus vrine cum caliditate. cura est hoc medicamẽ. ℞. se. coriandri assati infusi in aceto vini die et nocte partem vnam: emblici: sticados: boli ar. glandium siccarum: charabe lentium excorticatarũ par. tes equales cum coriandro sumat puluerem ex ea mane ꝛ sero pondere. ʒ. iy. ꝛ curetur cursus vrine cum frigore h medicamine. ℂ ℞. glandium siccarum. ʒ. l. thuris. ʒ. xxx. mirre. ʒ. vi. granorũ machaleb. acori. ciperi. añ. ʒ. x. sumat puluis ex eo mane ꝛ sero. ʒ. iy. cum rob. ꝛ inungatur pectẽ cum oleo de ben aut cum oleo in quo decocta est ruta ĩ q̃ diruptum est castoreum ꝛ euforbium. ℂ In diaria vero vrine que est diabetes iam diximus curã in antidotario ꝛ almãsore.

ℂ De distillatiõe vrĩe. CAP. LXXIII.


Accidit exitus vrine inuoluntarius paulatim: ꝛ est duarũ specierum aut cum adustione aut sine adustione: ꝛ est aut ex humiditate complexiõis: aut ex debilitate vesice: ꝛ confert illi que est sine adustione retẽtor vrine calidus ꝛ comedere ficus ꝛ vuas passas ꝛ saggeneã confectam in trifera que fit in dosi põdus ʒ. iy. trifere ꝛ medie. ʒ. saggenee. ꝛ administretur illud vsq; quo sanetur: ꝛ dimittat cibos frigidos ꝛ humidos post euacuationem corporis a flegmate. ℂ Illius autem que est cum adustione confert retentor vrine frigidus compositus cum eo qđ glutinationem facit post euacuatiõe corporis ex colera ru. ꝛ dimittat cibos calidos ꝛ siccos. ℂ Illius autem que fit ex debilitate vesice: cura est comedere electuaria aromatica calefacta ꝛ inungere pecten cũ oleo nardino ꝛ oleo de costo: ꝛ emplastrare femur cum emplastro facto ex spica ꝛ cinamomo ꝛ gallia cum cera dissoluta cum aliquo oleo.

ℂ De adustione vrine. CAP. LXXIIII.


Quandoq; exit vrina sine distillatione ꝛ non egreditur sine voluntate: sed voluntarie cum adustione vehementi: ꝛ est duarum specieruz aut cum sanie aut sine sanie. Illius que est cum sanie ꝛ est a renib⁹ ꝛ partibus eorum iam diximus curam. Illius autem que est a vesica dicemus in capitulo vlcerum vesice. ℂ Adustioni autem vrine facte sine sanie conferunt illa que sũt similia auelanis facta ex seminib⁹ ꝛ iulep. ꝛ sir. viol'. ꝛ mucillago psilly: ꝛ rob: ꝛ aqua alkisc: ꝛ cauere a salso: acetoso: ꝛ acuto: ꝛ coitu: ꝛ labore: ꝛ assiduet introitum in aquaz tepidam: ꝛ sorbeat oua sorbilia leuia: ꝛ oleum amigdal'. ꝛ comedat ius galline pinguis cum kisch ꝛ cucurbita.

ℂ De lapide in vesica. CAP. LXXV.


Lapis in vesica fit in fantibus plurimũ ꝛ consistentibus in renibus: et signa lapidis in vesica sunt albedo vrine ꝛ subtilitas eius: et fex arenosa post conturbationem eius: ꝛ erectio virge: et q: puer plurimũ scalpit ipsã: et laborat cũ ea: et retẽtio vrĩe et difficultas exit⁹ ei⁹ cũ dolore vehemẽti et exit⁹ ani: ꝛ hõ sunt species diuerse sube: et ali⁹ ẽ q frãgit cũ medicinis: et ali⁹ ẽ q nõ frãgit. q̃propter oꝫ vt expiaris ipz cũ medicinis lõgo tpe añ scissionẽ: et ex eis q̃ frãgunt cũ: est oĩs cib⁹ incisiuus sicut oliue ĩmature et capparis humida: et ficus: et cicer nigrũ: et alcorsif. et ex medicinis sũt costus: cassia lig. spica: pip: ciperi corti. radic. capparis: amigdal. amar. cinis scorpionũ adustoꝝ: oleũ de scorpionib⁹: sanguis hircinus: vitrũ adustũ: cancri adusti: et medicine frangẽtes lapidez ex eis que dicem⁹. Et hoc medicamẽ frangens lapidem sua ꝓpetate mirabili. ℂ ℞. cineris scorpionũ adustoꝝ: lapidis iudaici lapidis spõgie añ. partẽ vnã: aggreget cribellata: sitq; dosis. ʒ. i. keel cũ vino albo subtili: aut cuz aqua mell'. et tunc hec cura est fortior cũ dat hec medicĩa: et sit cib⁹ ei⁹ ex eis q̃ dixim⁹: et distillet in foramẽ virge oleũ de scorpionib⁹: et iungat. ℂ Si ergo medicat⁹ fuerit hac cura p mẽsez et nõ videris vrinã puocari: et infirm⁹ nõ iuenit alleuiationem: aut nõ pgredit arena ĩ vrina: tũc scias q: lapis ẽ durus plan⁹ nõ obediẽs ad frãgendũ: et dolor hui⁹ cum mingit est mior. tũc g curet cũ ferro. et nõ oꝫ vt dimittat cum eo post mensem: quoniam producit egrum ad ethicã cuz assiduatiõe doloris: et qñq; vulnerat vesicã cuz h. tunc g incipe ad extrahedũ ipm: et oꝫ qñ cõmouet dolor vt administret ĩtroit⁹ cum aq̃ calida: ꝛ emplastra vesicã et iunge ipsam cum eis q̃ dixim⁹ in lapide renuz vt alleuiet dolor et nõ prouocet egrum ad ethicam.

ℂ De scabie vesice. CAP. LXXVI.


Eius signũ ẽ adustio vrĩe cũ reb⁹ sil'ib⁹ furfuri ĩ ea cũ extenuatõe ĩ corpe. et cura ei⁹ ẽ aq̃ ordei et balneũ leue post aquã ordei: et p⁹ cibũ leuẽ: et iura pinguia: et potus olei amigdal'. et fac enema vesice cũ mucilagĩe gnoꝝ citõioꝝ: aut cũ lacte m'lieris et oleo ro. et oĩa q̃ dixim⁹ ĩ cura adustiõis vrĩe q̃ ẽ sine sanie et sanguine.

De apostemate vesice. CAP. LXXVII.

Apostema qđ i ea plimū accidit est calidū: cui⁹ signa sūt dolor vehemēs cū punctura i vesica: ⁊ retētio vrie cū febre calida adurente: alienatio ⁊ nigredo lingue. Cura ei⁹ ē flōia ⁊ oīs cura birsen: ⁊ liniatur vesica semꝑ cū oleo viol'. vsqꝫ ad tres dies. deinde cū oleo camōellio: ⁊ nō emplastret cū reb⁹ fridis: neqꝫ cū rebus stipticis: imo emplastret cū sisamo scorticato ⁊ lacte dulci: ⁊ pane simulagineo cū lacte. cū ergo sedat dolor: et ꝑterit vna hebdomada emplet cū leuib⁹ resoluentib⁹ ex eis que dicem⁹: sicut camōilla: semie lini: farina fabarum ꝯfecta cū rob: ⁊ res in ipso post illō ꝯuertit: aut ad sanitatem aut ad saniē: aut ad apā dur. Si ad saniē cura eius ē quā dixim⁹ in cura renū: ⁊ quā dicem⁹ i vlcerib⁹ vesice: et si ꝯuertit ad apa dur: tunc cura ei⁹ est illō qđ dixim⁹ ⁊ dicem⁹ nūc in apatib⁹ duris i vesica: ⁊ signa ei⁹ sunt ꝙ fit p⁹ apa calidū: ⁊ post ꝑcussionē ⁊ casū: ⁊ appet tactui apud cōmissurā q̄ est iter testiculos ⁊ anū cū est magnū: ⁊ difficil' est exit⁹ stercoris ⁊ vrine. Et cura ei⁹ est sumere i potu medullā cassief. ⁊ oleū amigdal'. sup aquā seminū ꝓuocātiū vrinā: sicut melonū. semē: semē apy ⁊ capillineneris: ⁊ sorbere aquā caul'. ⁊ aquā ciceris cū oleo amigdal'. ⁊ emplet locus apatis si appet: ⁊ si nō: emplet cōmissura: ⁊ vesica ⁊ pectē cum emplis q̄ dixim⁹ in cura renū: ⁊ cum emplo qđ resoluit apa dur in vesica: ⁊ line ipm cum oleo cal'o: ⁊ inunge ipm semꝑ: ⁊ fac ipm assiduare tinā i q̄ decocta sunt radices capparis ⁊ camomilla: ⁊ radices viol'. altee.

De vlcerib⁹ i vesica ⁊ itra virgā ⁊ renes. LXXVIII.

Cum vlcera sunt i vesica egredit ante vrinā sanies: ⁊ iuēit eger dolorē cū mingit i loco vlceris: cū autē sūt apđ vesicā egredit sanies ꝑmixta vrie ⁊ inest ei fetor. Cura ambor sil' est sūere trociscos alkekēgi: ⁊ aquā mellis vice aliq: ⁊ medicamē ꝯsolidatiuū vlcer i vesica vice alia: ⁊ vt inyciat in vesica colliriū album cū lacte cum dolor est vehemēs: aut cū aq̄ mellis ⁊ ficuum cū est sordities plīma: ⁊ ꝯfert ei qđ ē in meatu ꝓpe id qđ inycit in ipm plusqꝫ id qđ bibit. Et ꝯfert quidē vnguentū ꝯsolidatiuū ei cui⁹ vlcus ꝑuenit ad iteriora: hnanqꝫ vnguētū ꝯfert cum de foris cū eo linit vlcerib⁹ cōcauitatis vētris. Vlcer aūt renū signū est dolor i dorso: vesice vo in pectine: ⁊ difficultas vrine: ⁊ qđ egredit ex vlcerib⁹ i renib⁹ est frustū carnis paruū: ⁊ ex vlcerib⁹ vesice cortices: ⁊ dolor in ea est vehemētior dolore i renib⁹: ⁊ sentit in ambob⁹ laterib⁹ sil'e grauitati: ⁊ hec est dria inter vlcus renū ⁊ vesice: ⁊ qñqꝫ est vlcus i meatu q est iter renes ⁊ vesicā. Et cura hor vlcerū est cura vna.

De diminutione coitus. CAP. LXXIX.

Fit ꝓpter desidery debilitatē: aut propter mollificationē instrumēti. Et desidery qdē debilitas fit: aut pp debilitatē in corpe ⁊ paucitatē nutrimēti ei⁹: aut absqꝫ debilitate: ⁊ cum est sine debilitate corpis: ⁊ cū sufficiētia cibi: est aut pp paruitatē spermatis: ⁊ ꝓfunditatē eius: aut pp qctē ei⁹: ⁊ ipsi⁹ coagulatiōē: aut pp siccitatē instri: aut pp frigus: aut pp longitudinē abstinentie a coitu: aut pp accidēs aīale: sicut est pauida sollicitudo: timor: tristitia: angustia: castitas. Et ista mollificatio fit aut pp cām aīalē sicut extimatiōe ⁊ timore: ⁊ ꝓhibet illū erigi: aut pp longitudinē abstinētie a coitu. mēbrū. n. ꝯbibit tunc ⁊ detumescit: aut pp ꝑuitatē sanguinis: aut pp ꝑuitatem vētositatis: aut pp aliqđ qđ est de genere paralisis in neruis qui veniūt ad virgā: ⁊ cū ē debilitas desidery coitus cū attritiōe corpis: ⁊ extenuatiōe ⁊ debilitate ei⁹ ⁊ citrinitate coloris ⁊ paucitate cibi. Tunc cura ei⁹ est ꝯfortare corp⁹ cū regimie ꝯualescētiū ⁊ additiōe cibi ⁊ pot⁹: ⁊ rebus odoriferis: ⁊ sōno: ⁊ dimissiōe coit⁹: ⁊ si laborat q̄libet labore: dimittat: quousqꝫ corp⁹ redeat ad suā dispōnē cū gaudio ⁊ exercitio eq̄li: tardo: ⁊ silia. Si aūt corp⁹ cum hoc fuerit forte ⁊ abundātis carnis ⁊ nō diminute: tūc illud erit: aut pp paucitatē spmatis: aut pp qctē spmatis et ꝑuitatē mordicatiōis ei⁹. Et ꝑuitas spmatis ē aut pp siccitatē i instrō spermatis ⁊ extenuatione i ipso: aut pp frigus. Signa ei⁹ q̄ est ex siccitate: ē paucitas exit⁹ spmatis apud coitū ⁊ ꝑuitas ei⁹. Et cura ei⁹ ē iuuamētū qđ fit cū balneo: ⁊ itroit⁹ i aquā calidā: ⁊ satiari cibis hūidis. sicut herbis lacte ⁊ vino plīme ꝯmixtiōis: deide dilatari i cibo ꝑcipue humectāte: sicut pisces recētes cū comedūt assati: ⁊ comedit cū eis cepe crudū: ⁊ pulli: ⁊ gallina: ⁊ pulli columbini pigues: vinū plīme cōmixtiōis: ⁊ comedere dactilos ifusos i lacte: ⁊ bibat vinū dulce: ⁊ sorbeat vitella ouor sorbiliū ⁊ medicamē de terreniabin qđ addit in spmate ēt. Et qñ ē pp frigus tūc signū est ꝙ spma ē plīmū apud coitū ⁊ subtile ⁊ difficil' exit⁹. Et cura ei⁹ ē cū oleo qđ calefacit: ⁊ assiduatio çinçib. cōditi: ⁊ macropiperis ꝯditi: ⁊ ꝯfectio cal'a q̄ addit i coitu ⁊ spermate. Et qñqꝫ fit pp aggregationē ambar intētionū. s. friditatis ⁊ siccitatis: ⁊ signa ei⁹ sūt paucitas spmatis: ⁊ difficultas exit⁹ ei⁹ ⁊ paucitas carnis ⁊ sanguīs. Et cura ei⁹ sunt oēs cibi cū qb⁹ sunt grossitudo ⁊ calefactio ⁊ iflatio sicut cicer ⁊ caro piguis cū cepis ⁊ triticū coctū q̄usqꝫ fit q̄si puls ⁊ cerebella cū sicut çiçib. ⁊ pipe ꝯdita: ⁊ ꝓpe cerebella ꝑuar auiū: ⁊ diaspmatō qñ assiduat ⁊ secacul ⁊ baucie ⁊ cicer infusū i aq̄ et fabe cū comeduntur cū carne salita ⁊ altit. i. assa dulcis. Quietis vo spmatis ⁊ ꝯgelatiōis ei⁹: ⁊ paucitas mordicatiōis ipsi⁹ ⁊ signa ei⁹ sunt ꝙ ē cū casu desidery: ⁊ egredit cū fit coit⁹ spma plīmū ꝯgelatū grossū. Et cura ei⁹ ē oē qđ dixim⁹ ex eis q̄ calefaciunt sperma: sic madicamē cal'z addēs i spermate: ⁊ clistere ipinguatiuū ⁊ calefactiuū ⁊ iunctiōes calide ⁊ suppositoria cal'a. Ei⁹ aūt q̄ fit ex estimatōe: sollicitudie: ⁊ angustia: ⁊ timore: ⁊ ꝯsilio aīali: sicut castitas aut elōgatiōes assiduatiōis ⁊ dimissionis coitus. Cura ē cū expulsiōe illi⁹ ꝯsily ab aīa. Mollificationis aūt instri q̄ est cū extenuatiōe corpis toti⁹ ⁊ debilitate eius. Cura ē cura viuificās quā dixim⁹ cū illo instrō: ⁊ vnctio ei⁹ cū reb⁹ cal'is q̄s dixim⁹. Et illi⁹ q̄ est pp ꝑuitatē iflatiōis i iferiorib⁹ ventris. Signū ē ꝑuitas erectiōis cū ꝑuatiōe iflatiōis ⁊ virtute corpis. Cura ei⁹ ē oē qđ iflat sicut vua ⁊ fabe cū comedūt cū sale ⁊ altit ⁊ lac recēs qñ bibit cū cinamomo: ⁊ repleri ex cibo: ⁊ medicine coit⁹ nō calide ex illis q̄ dicem⁹. Illi⁹ vo q̄ ē pp frigus i neruis virge: signū ē ꝙ spma abūdās ē subtile: ⁊ facile egrediēs ⁊ desideriū ꝯstās. Sz erectio i seipsa est debilis. Et cura sunt clisteria calefacientia virgam ⁊ suppositoria calefacientia ipsam ex eis que dicemus.

De nocumēto qđ fit ex multitudine desidery coitus et spermatis. CAP. LXXX.

Fit illud pp multitudinē sanguīs: cui⁹ signa sūt virt⁹ corpis ⁊ rubedo coloris ⁊ paucitas debilitatis sup multitudinem coit⁹ ⁊ pollutiōis. Et cura ei⁹ ē flōia ⁊ sol'o vētris ⁊ mioratio cibi ⁊ facere ipm declīare ad acetositatē: ⁊ bibere aquā iniubarū: ⁊ vti lētib⁹ ⁊ agresta: ⁊ ꝑnatis acetosis ⁊ comedere cibū ꝯgelatū ⁊ lactucas: ⁊ itictio i aceto: ⁊ pot⁹ sirupi acetosi: ⁊ administratio medicamīs fridi minorātis sperma ⁊ emplatio dorsi cū eis quib⁹ ifrigidet et dormiat sup ea. Et fit ex acuitate spmatis: ⁊ signū ei⁹ est: ꝙ ipm debilitat hoīem cū ipm egredit: ⁊ egredit cū velocitate ⁊ mordicatiōe ⁊ nocumēto ⁊ adueīt cū eo adustio i vria. Et cura ei⁹ res hūectātes ⁊ ifridātes sic cucurbita. portul. lactu. bliti. lac acetosum. ⁊ administratio huius

medicamēti frīdi quod diximus:et introit⁹ in aquā frīdā et potare lac acetosū:et lac de quo extractū est butirū ēt. ¶ Et fit ex multitudinē humiditatū pparatarum vt fiat sperma. Et signa sunt exuberātia spermatis et subtilitas eius et albedo coloris et multitudo inflationis. ¶ Et cura eius est medicamē calidū minorans sperma et cibi effugantes ventositatē sicut oziganū:ruta: calamentū: electuariū diaciminuz:et similia.

¶ De erectione assidua. CAP. LXXXI.



Qvandoqz accidit erectio assidua nocens et pducens ad spasmū et egritudies assiduas. Cura ei⁹ ē si est calītas flobotomia et q̄ dixim⁹ ex illis q̄ minorant sperma qd̄ est cuz caliditate:et si adest albedo coloris et paucitas sanguīs adhibeat̄ medicamē calidū minorans sperma.

¶ De egritudinib⁹ matricis. CAP. LXXXII.



DE eis sunt retētio mēstruoꝝ: cursus eorū: apa:vlcera:difficultas partus: difficultas ipregnatiōis:mola:pfocatio: ventositas grossa ī ea:fissura diruptio:cācer. Et menstrua qdē retinēt̄:aut pp paucitatē sanguinis in corpore:aut grossitiē ei⁹:aut ex multitudine puocatōis lactl: aut propter egritudinē ī mrīce sicut apa. Si ex paucitate sanguīs signa sunt extenuatio et citrinitas coloris:et q fit post egritudinē et tristitiā:et ieiuniū:et vigilias:et laborē: et habitationē ī locis calīs. ¶ Cura est dilatatio ī cibo et potib⁹ frīdis:et addētib⁹ ī mēstruis:et somn⁹ et balneuz. Ueruz facte ex grossitie sanguis et frigore ei⁹: signa sunt mollities corpis et multitudo pinguedis. ¶ Et cura eius est medicamē subtiliās et cibari aq̄ ciceris nigri et albi cū aneto:cimio:oleo:et dimittere medicīas stipticas et cibos acetosos et igrossatiuos:et vti medicinis puocantib⁹ menstrua.s.leuiore pri⁹:deinde media:deinde fortiore:et ventosīs cruris añ horā egritudinis duob⁹ dieb⁹:et flōia safene est ex eis que puocāt menstrua:sz flōia man⁹ abscindit ea.et qñqz puocat mēstrua pō vētosaꝝ sup sumē et suppositoria puocantia mēstrua ex eis q̄ dicemus et suffumigationes.

¶ De fluxu mēstruoꝝ. CAP. LXXXIII.



Onfectio vimdach ad ardorem ⁊ difficultatez vrine ⁊ vlcera renum:⁊ cū est caliditas vehementior addaṫ in eis sumach:⁊ abyciaṫ opiū. ℞. seminis melonis excorticati.ʒ.x.se.citroli.ʒ.v.se. cucurbite dulcis se. portulace.se.iusqami al.boliar.se.apy.aā.ʒ.y.aggregētur postq3 contrita fuerit:⁊ fiant inde pillule:similes auellanis:⁊ denṫ in potu ex eis.ʒ.iy.cū syrupo violato.

¶ Cōfectio ad vlcera renū ⁊ vesice se. citroli excorticati. ʒ.x.amigdal'.dulces:pini granoꝝ alkekēgi.aā.ʒ.iy.se.apy canab.boliar.gumi ar.sanguis dra.thuris:semis iusqami albi opy.aā.ʒ.y.ifor'meṫ trocisci pōderātes tertiā.ʒ.vni⁹

¶ Cōfectio troc'.vltimoꝝ ad vlcera in renib⁹ ⁊ vesica cū qbus est cōfortatio ⁊ lenitas ⁊ incarnatio vlceris.i. sedatio doloris:⁊ noīanṫ troc'.alkekēgi:qn̄ sunt loco eoꝝ: sed sunt fortiores ad vehemētiā vlceris ⁊ doloris cuz vrina mingiṫ:se.citroli.ʒ.x.boliar.gumi.ar.thuris:sanguis dra. se.papaueris al.amigdal'.ama.excorticate succi ligri.dragagāti amili.aā.ʒ.x.se.apy.ʒ.y. granoꝝ alkekengi.ʒ.iy. opy.ʒ.x.⁊ deṫ.i.cū nō est acuitas cum syrupo violato:aut iulep.sintq3 troc'.ex tribus.ʒ.

¶ Confectio collirȳ qđ inycitur in vesicā sedās dolorez: ceruse sarcocolle:thuris:gūmi:amili:opy sanguis draco. ana fiāt ex eis colliria:⁊ inyciaṫ in ea in pmis aqua mellis ⁊ dētur ea que puocāt vrinam:dcide dissoluatur hoc in lacte ⁊ inyciaṫ in eam p siringam.

¶ Cōfectio puocās vrinā: se.apy meu.fu.dauci . rubee q̄ tingiṫ:petrosellini:sauine:asari:ameos:se.feniculi : gallie costi.amigdalaꝝ ama.excorticataꝝ ana.ʒ.xx.se.melonis ʒ.x.cātaridāꝝ.ʒ.y.armoniaci aur'.i.dissoluātur cū vino ⁊ fiāt pillule.similes auellāis:dosis.ʒ.iy.est.n.bona ad difficultatē vrine:mollitiē in corpore:ydropisim yposarcaz ⁊ egritudīes in qbus necessaria est subtiliatio corporis:⁊ quādo est caliditas addaṫ in ea se.melonis:⁊ detur de ea ʒ.i.⁊ plus vel minus.

¶ Cōfectio empl'i quo emplastraṫ pectē:⁊ puocaṫ vrina: se.sule:ruta calamētum:berengesif.sansucus spica:balsamita:altea:folia rafani:napi:sceba:camomilla:anetum ⁊ caul'.coquantur in aqua ⁊ sedeat eger in ea ⁊ fiat empl'm cum fece sup pectinem.

¶ Cōfectio epithimatis fortis ad difficultatē vrine: piretrū bauracb:sinapis :⁊ mastix.liniāṫ cū melle in balneo: ⁊ dimittaṫ:donec multiplicetur sudor:⁊ balneetur cū eo anus:⁊ alkatim ⁊ pecten ⁊ ylia.

¶ Cōfectio que retinet vrinā valde:glādiū.ʒ.l.thur' masculi.ʒ.xxx.coriādri ifusi in aceto:mirabol'.ni.boliar. aā. ʒ.x.fiat puluis:⁊ sumaṫ ex eo oī sero ⁊ mane.ʒ.iy.

¶ Cōfectio que retinet vrinā:glādiū.ʒ.x.ros.mirtillorum aā.ʒ.iy.acatie.ʒ.y.amili:gumi ar.boliar.aā.ʒ.i. lentiū excorticataꝝ.ʒ.x. ¶ Cōfectio ad distillationem vrine sine ardore glādiū:thur'.aā.ʒ.c.granoꝝ mabaleb:ciperi:mirthe:galāge:cinami:enule:acori.aā.ʒ.v.terātur ⁊ sumanṫ de puluere eorum.ʒ.iy.

¶ Cōfectio troc'.diabetis.Spody succi ligritie.aā.ʒ.x.se. lactuce.ʒ.x.se.portulace.ʒ.xxv.ros.coriandri sicci.aā.ʒ.v. acatie:gumi.sandali citri:lentiū excorticataꝝ: balaustie boliar.aā.ʒ.y.cāphore.ʒ.ʃ. fiant trocisci.ʒ.iy.⁊ detur vn⁹ in potu cum aq̄ rosaꝝ:⁊ aqua granatoꝝ acetosoꝝ.

¶ Cōfectio emplastri ad diabeten:⁊ dicitur q est nomen viri:⁊ dicitur q est nomē exuberationis vrine:⁊ multitudinis eius ⁊ comparatur circino qđ incipit ab vno puncto ⁊ redit ad idem : seminis portulace : solatrum : caro porci:seminis melōis:citroli:aut rasura cucurbite: quodcunq3 presto fuerit:⁊ emplastretur cum eo ⁊ permutetur quando fuerit tepidum:sitq3 cibus eius: lentes excorticate:acetum agresta:⁊ oīa que ingrossant sāguinem.

¶ Confectio trocisco. ad diariam:malitiam complexionis: inflationem in stomacho calorem ⁊ tussim. Spody.ʒ.y.carnis berberis.ʒ.v.boli armeni.ʒ.iy.thuris.ʒ.y. seminis portulace.ʒ.vi.sandal'.ʒ.y. ypoqstidos.ʒ. v.cam

phore.ʒ.i.lacce.ʒ.ij.terant ⁊ fiant troc. quoꝝ glibet sit. ʒ.ij.⁊ detur in potu vnus cū rob de papauere.

¶ Confectio ad rupturā expta:acatie:cipssi nucis: sansuci rute sicce:granoꝝ lauri:gallarū mugat:gumi ar.an̄.ʒ.xx. terātur ⁊ cribellētur:⁊ eliquet gluten pisciū cum aceto ⁊ aggregent cū eo oīa:⁊ fiat emplm̄ ⁊ coquātur nuces cipssi cuꝫ aq̄:⁊ misceat in vino ⁊ bibat:⁊ infantibus fiat emplastrum cum psilio.

¶ Cōfectio troc. bonoꝝ ad mictum sanguis:boliar. karabe.an̄.ʒ.x.acatie:balaustie:gūmi ypoqstidos.ana.ʒ. ij.se. apy:iusqami.an̄.ʒ.ij.fiant.x. trocisci:⁊ dent in potu cum robub stipticis:⁊ detur.i.

¶ Cōfectio empl̄i ad rupturā expti:nucis cipssi ptes.ij.ciperi sansuci:gallaꝝ:acatie.thuris gumi ar.an̄.ptes eq̄les dissoluat gummi in vino ⁊ aggreget cū eo ⁊ fiat ēplm̄.

¶ Cōfectio ad apostema duꝝ in testiculis: farine fabaꝝ. ʒ.x.cimini:farie ciceris:coriādri sicci.an̄.ʒ.ij. bdelij.ʒ.v. dissoluant cum rob.⁊ fiat emplm̄ testiculis.

¶ Cōfectio olei de scorpiōibus:aristol.gentiane:cipi: corticū radicis capparis.an̄.℥.i.pyciat in lb.i.olei amigdal. ama.⁊ dimittant hebdomada vna.deide colet: ⁊ ponāt in eo scorpiōes.x.⁊ stet sub sole trib⁹ hebdomadis:deide coletur:⁊ administretur.

¶ Cōfectio medicamīs ad lapidez in renib⁹ semis melonis:carpobalsami:semis rafani:dauci:petrosellini.an̄.corticis radicis cappar:corticis radicū: oppoponacis:amigdalaꝝ ama . bacaꝝ lauri: sgnāti ciperi:spice:cassie lignee bdelij:armoniaci:serapini:mirre piperis acori.an̄.pars.ʒ. soluat bdelliū:armoniacū:⁊ serapinū in vino subtili: aut in aq̄ mellis:⁊ aggregent pill.⁊ dent in potu oī die a.ʒ.ʒ. vsq̄ ad.ʒ.i.cū aq̄ se.apy ⁊ aq̄ se.feniculi:⁊ capilli vener:⁊ nutriat patiēs cū aq̄ ciceris nigri ⁊ oleo amigdal. ⁊ qn̄q̄ cōfortat h medicamē:qn̄q̄ inoluit oleo balsami talr:vt humectet:deide cōficit cum gumis ⁊ datur ī potu oī die sexta.ʒ.vni⁹ de cinere scorpionū:⁊ pueris medietas sexte q paꝝ adusti sunt fm quātitatē qua terūtur.

¶ Medicine lactis. CAP. XLII.




Onfectio medicie multiplicantis lac. ℞.se.baucie.napi: sulle: rafani:porri:cepe:fenicl̄i:farine cicer.an̄. sumat ex eo puluis mane ⁊ sero comedat post ipm ciceꝛ ifusuꝫ i lacte ⁊ potet sup ipm lac.

¶ Cōfectio medicamīs abscidētis lac ex mamilla: farie fabaꝝ.ʒ.x.se.albedarogi farine rute.an̄.ʒ.v.liniant cum aqua albedarogi.

¶ Cōfectio al.abscindens lac:se.albedarogi:se.agni casti: an̄.ʒ.x.sauie:rute sicce.an̄.ʒ.v.sumat puluis ex eo.ʒ. ij.

¶ Emplꝫ abscidēs lac q̄d multiplicatū ē i mamilla:se.albedarogi:farina ordei:farina fabaꝝ mēta: calamētū: ruta.fiat emplm̄ ⁊ emplastretur cum camomilla.

¶ Medicine spermatis. CAP. XLIII.



Onfectio medicamīs addētis i spmate. ℞.se.baucie:napi:cepe:rafani granoꝝ pini:sparagi:granoꝝ alkilkil granoꝝ alzelē:secacul:satirion been vtriusq̄ tantūdē granoꝝ assenati:ligue auis.an̄.ʒ .x.zinziber macropiper:ciamōi.an̄.ʒ.xv.altit bone nasturtij:piperis se.eruce.an̄.ʒ.xv.olei nuc.indice:olei granoꝝ alcodrātidā oium equal̄r.s.tm̄ in q̄ inoluātur oia inolutōe humorosa:cōficiātur cū melle:sumātur ex eo.ʒ.v.mane ⁊ sero cū.℥.i.lactis cum tātūdem de zucharo.

¶ Cōfectio ad minorādū spma:⁊ destruēdū erectōez virge.se.agni casti.ʒ.x.se.portul.tm̄dē folioꝝ calamēti exiccatoꝝ folioꝝ rute.an̄.ʒ.v.cimini cipi balaustie.an̄ .ʒ.ij.sumātur inde i puluere.ʒ.ij.⁊ noiatur sector gn̄atōis.

¶ Cōfectio abscidēs spma cū est caliditas:se.lactuce. ʒ.x. rosꝫ.ʒ.ij.se.portulac.psilij carui.an̄.ʒ.ij.balaustie:folioruꝫ nenufaris.an̄.ʒ.ij.sumātur ex eo.ʒ.ij.cuꝫ quarta.ʒ.vnius camphore in hebdomada.

¶ Cōfectio clisteris addētis ī coitu ⁊ calefacientis renes: semi.eruce baucie: cinami.zinziber macropiperis:se.sulle:rafani:se.cepe ⁊ porri.an̄.partē.i.ciceris contriti:tribulorum frumēti decocti cum aqua sicut puls: fenugreci: ana partes.ij.caput arietis pingue ⁊ frustrū natis ei⁹ medulla ipsius ⁊ testiculos ipsius:aggreget totuꝫ in uase cū .x. cepis ⁊ cooperiat aqua ⁊ dimittat in furno habente caput stricte opilatū:⁊ approximet ius in cibo ex parte.i. ⁊ ex duab⁹.℥.iuris:⁊ ex vnctuoso.℥.i.⁊ ex oleo de nuce indica:⁊ de granis alcadra.an̄.ʒ.ʒ.⁊ fiat eoꝝ conquassatio bona:donec igrossetur per eam ⁊ clisterizetur cum eo in nocte cum deberet dormire:postq̄ꝫ est clisterizatus ante ipsum cum aqua sicle ⁊ baurac:⁊ purgatus fuerit a fece:⁊ fiat cum eo clistere in nocte a prima vigilia ⁊ in medio eius:⁊ in fine ipsius:⁊ regatur cū regimine in quo est grossitudo:⁊ incipiat ille qui addit in coitu:ludere cū mulieribus:⁊ dimittat mulieres:⁊ bibat vinum faciēs delectationem:qm̄ multiplicat desiderium valde.

¶ Medicie mēstruoꝝ ⁊ emoroidaꝝ. CAP. XLIIII.

C Onfectio troc.de karabe abscindētiū sanguinē menstruoꝝ nimis fluentez:⁊ ad emoroidas.℞.karabe:gumi nucis:lacte:balaustie:succi bābe ircie.an̄.ʒ.v.thuris.ʒ.ij.opij.ʒ.ij.aggregentur cum mucillagie psilij:dosis.ʒ.ij.cū.ʒ.i.succi sumach.

¶ Confectio ad emoroidas ⁊ lubricitatem intestinoꝝ:se. lini.ʒ.x.granoꝝ nigelle.ʒ.v.bdelij.ʒ.vij.thuris masculi:ciperi:ameos:ana.ʒ.i.⁊.ʒ.sandarace de thei.ʒ.ij.⁊.ʒ.terant ⁊ dentur in potu.ʒ.ij.cum aqua.

¶ Confectio suppositoꝛij ad abscindendum sanguinem emoroidaꝝ ⁊ ad exitum ani:thuris:balaustie:gallarū antimonij acatie:aluminis fiant colliria:⁊ supponantur: ad exitum vero ani terātur ⁊ puluerizentur sup anum ⁊ reducatur itus: ⁊ sedeat eger in decoctione mirti:medioꝝ corticū clandium ⁊ corticum granatoꝝ:⁊ additur in collirico cerusa. ¶ Cōfectio licinij ꝓuocantis sanguinē mēstruoꝝ ⁊ emoroidaꝝ:ciclamē:elleborus al . calamentuꝫ: serap.euforbium resoluantur cum aqua sauine recentis ⁊ fiant suppositoria.

¶ Confectio troc.de mirra alleuians partum ⁊ ꝓuocans mēstrua : cinamomi mirre.an̄.ʒ.ij.⁊.ʒ.folioꝝ rute exiccatoꝝ:calamenti:cordumeni:pulegij rubee ase serap. oppoponacis.ʒ.ij.fiant trocisci:pondere.ʒ.ij.⁊ detur i potu vn⁹ cum decoctione sauine.

¶ Cōfectio suppositoꝛij ad apostema duꝝ ī matrice ⁊ dolorem frigidum:thuris bdelij iudaici:galbani.an̄.ʒ.ij.croci oppopōacis armōiaci.an̄.ʒ.i.mastic.castor storac.ligde olei de lilio adipis anatis : olei camomill an̄.ʒ .ij.leniātur guine cum vino ⁊ melle : ⁊ eliquetur adeps ⁊ aggregentur omnia ⁊ fiāt suppositoria ⁊ admistretur.

¶ Cōfectio decoctōis ī q̄ sedeat ad dolorē matricis. Sāsucus:balsamita:sceba:abrotanū:se.cauliū:fenug.se. lini: camōille:mellilotū:decoquāt oia ⁊ sedeatur in eis.

¶ Cōfectio q̄ ꝓuocat mēstrua:tertia.ʒ.vni⁹ euforbij:terat bene:⁊ supponat sexta.ʒ.i.i lana hora vna:⁊ nō dimittat plm̄:qm̄ facit fluere sāguinē plurimū fortiter.cūq̄ multiplicatur fluxus sanguinis:tunc succurre ei cibādo cum rebus stipticis sicut vescit:⁊ ponātur i eo lētes excorticate ⁊ ex carnib⁹ caro alduragi:⁊ si n̄ iueniūtur carnes alcubugi:⁊ pulloꝝ ⁊ vinū stipticū. ¶ Cōfectio pessarij ad suffumigādū q̄d calefacit ⁊ adiuuat ad ipgnādū: castor.storax:galbanū:eufōbiū oppopōac:carpobalsamū g̃na albē costus:bdelliū:spica resoluant cū vino:⁊ fiāt pessaria no-

ctibus pluribꝰ: ꝛ sumat in potu omni die diamart: deīde approximet socio: ꝛ suffumiget̃ cum eis etiã multotiens.

¶ Cõfectio trocisco. de gumis q dant̃ in potu qñ difficilis est partus valde ꝛ moritur fetus: expũt. n. fetum statim.

¶ ℞. mirre oppoponacis: galbani: serap. ana. ase pars. 5. dentur in potu. ʒ. iij. cũ sacraiati decoctionis fenugreci: ꝛ dactiloꝝ ꝛ aqua rute: ꝛ suffumiget̃ cũ eis vna vice pꝰ aliã.

¶ Cõfectio vnguẽti ad ragadias in mrice ꝛ ano ꝛ adustionem ignis: cere colate. ʒ. ij. olei rosati. ʒ. x. ceruse plũbi. ʒ. x. plũbi adusti cõditi. ʒ. ij. amili dragagãti: opij. añ. ʒ. i. albuginis vniꝰ oui calidi: aggregẽtur oĩa sicut vnguentũ: ẽ. n. bonũ ad ragadias cũ caliditate ꝛ ad ignis adustionẽ ꝛ ad omnem acuitatem.

¶ Cõfectio pill'. de bdellio ad emoroidas: mirobolanorũ nigroꝝ. keb. añ. ʒ. x. serap. ʒ. iij. nasturtij albi. ʒ. ij. bdellij pinguis. ʒ. xvi. dissoluant̃ gume cũ aqua cauliũ ꝛ aggrega cũ eis: ꝛ fiant pillule.

¶ Cõfectio empl'i sedãt' dolorẽ emoroidaꝝ: apostemosarum ꝛ apatũ ani: meliloti: camomille decocte donec dissoluat̃. añ. ℥. i. croci. ʒ. i. vitelli oui elixati. ʒ. ij. opij: farie se. lini: mirre fenugreci: altee albe. añ. ʒ. v. aggregentur cum rob: ꝛ ponat̃ sup faciẽ eius oleũ sisaminũ: ꝛ fiat empl'z cũ eo: ꝛ cõficiat̃ cum butiro ꝛ emplet̃ cum eo: ꝛ qñqꝫ addũtur in eo bdelliuz pigue: ꝛ pinguedo gibbi cameli.

¶ Cõfectio empl'i alterius. elixet̃ cepe: ꝛ ꝯficiat̃ cũ butiro ꝛ emplet̃ cũ eo: est. n. valde vltimũ: ꝛ sit cepe album.

¶ Cõfectio al'. ad dol'. matricũ ex apate: se. lini. cõtriti: altee. añ. ʒ. v. vitelli oui elixati. croci. ʒ. ij. opij se. iusquiami. añ. ʒ. i. adipis galline. ʒ. ij. rob cũ quo aggregentur.

¶ Cõfectio suppositorij sedantis dol'. matricis. croci. olei camomille: adipis anatis opij ana. supponatur cũ lana.

¶ Cõfectio medicamis: emoroidaꝝ sedantis dolorẽ: olei de nucleis crisomiloꝝ. ʒ. x. storacis ligde. ʒ. i. bdellij. ʒ. ij. dissoluãtur in eo: ꝛ inũgant̃ cum eo.

¶ Cõfectio vnguẽti boni. bdellij subalbidi: piguedo gibbi cameli: medulla cruris vaccini: nuclei crisomiloꝝ excorticati: storax ligda: vitella duoꝝ ouoꝝ liniantur cum oleo in quo decoctum est cepe ꝛ inungantur cum eo. est enim mirabile in leniendo.

¶ Medicine podagre. CAP. XLV.

Epithima ad podagrã cuꝫ caliditate. ℞. lupini armeni: sandali citri: saufel. ros. rubeaꝝ sicf. memithe: radicem mãdragorc: apij: cãphore ana fiãt trocisci: ꝛ liniantur cũ aceto pauco: ꝛ aqua ro. aut coriãdri aut ẽdiuie: aut solatri: ꝛ qñqꝫ addat̃ i eo cerusa ꝛ bolũar.

¶ Cõfectio empl'i resoluẽtis residuũ podagre calide: mucilago psilij: mucillago se. lini ꝛ fenugreci: ꝛ farina amborũ: ꝛ cerotũ factuꝫ cum oleo camomill'. aggregentur ꝛ liniantur cum eis.

¶ Cõfectio epithimat' ad podagrã frigidã: storacis ligde castorei: mirre: aloes: acatie ana ꝛ liniant̃ desup.

¶ Cõfectio de hermodactil' ad podagrã: hermodactiloꝝ alboꝝ. ʒ. i. aloes. ʒ. ij. scam̃. quarta. ʒ. vniꝰ: se. apij sextaꝫ. ʒ. vnius. ꝛ est dosis vna.

¶ Cõfectio pill'. de hermodactil' ad podagrã fridã ꝛ dol'. anche antiquuz: hermodactil': satirion: mezerion'. añ. ʒ. 5. collogntide iterioris: bdellij ana tertiã. ʒ. vniꝰ. centauree minoris. ʒ. 5. euforbij. castorei: oppoponacis: asse galbani añ. ʒ. vniꝰ quartã. scam̃. ʒinʒiberis piperis: sinapis: tapsie Indc. añ. ʒ. vniꝰ sextã. yerep. ʒ. i. ꝛ ipsa est potio vna fortis: ꝛ media est medietas eius aut tertia.

¶ Cõfectio medicamis albeseth minor eradicans podagrã flegmaticã: camedreos: camepitheos: aristol'. gẽtiãe. fu. meu. dauci. petrosell'. folioꝝ rute: cucurbite rubee q̃ tingit̃: asari: sauine: ameos. añ. sumat i potu ex eo oĩ die. ʒ. i. ꝛ nõ comedat sex horis hyeme tota.

¶ Cõfectio clister' ad sciaticũ fõt'. cortic' radicũ cappar'. cõticis radicũ collogntide: pulpe ipsius: cẽtauree minoris: almezerion: hermodactili: satirion: nasturtij: aʒabasem: sesn edẽ tapsie se. rafani: baucie: eruce ana pugill'. i. coquãt̃ cũ aq̃ ꝛ misceatur colatura eoꝝ: muri nabati ꝛ oleuꝫ de kerua: ꝛ fiat clistere de ea totiẽs donec excoriatõem faciat: deīde clisterizet̃ h' clistere: qd. ℞. casto. galbani: bdelliũ: storac. oppopõac. eufor. beʒard: resoluãt̃ in oleo costino ꝛ fiat clistere

¶ Confectio collirij q̃ suppositũ excoriationem facit: ꝛ sedat doloreꝫ. pulpe colloquintide. ciclamẽ. baurac: armoniac. fiant collíria lõga: ꝛ supponãtur ꝛ pmutetur.

¶ Cõfectio empl'i ad anchã fortis: stupefaciẽtis dol'. calamẽtũ exiccatũ: tapsia: sinapis corticis radicũ cappis: lac ficus cũ q̃ aggreget̃ ꝛ adiũgat̃ loco doloris q̃uisqꝫ cadat.

¶ Cõfectio empl'i resoluentis duritiẽ ꝛ lapideitatẽ ex iũcturis. fenugreci: amigdal'. amara. armoniac. bdelliũ resoluãtur cũ oleo de alkãna: aut oleo d' lilio ꝛ aggregẽtur ꝛ fiat empl'm. ¶ Et cuꝫ tu clisterizas clisteri acuto ꝛ currit sanguis: tunc clisteriza ipsum cũ adipe porcino ꝛ rizi qm̃ sedabit̃ mordicatio vehemẽs: ꝛ clisterizet̃ ante ipm cũ clisteri educente fecem ꝛ mũdificãte intestina.

¶ Medicine algebra. CAP. XLVI.

Emplastrũ de algẽbra. ℞. mes. excorticatos acatiã mugath: boluꝫ arme. fiat sicut alcobol ꝛ applicet̃ loco ita vt ei adhereat.

¶ Confectio emplastri liniẽtis duritiẽ cere citrine. ℥. i. olei de lilio. ℥. i. adipis galline: aut anatis medulle cruriuꝫ vaccine: mucillagis psilij: se. lini. añ. ℥. i. aggregentur ꝛ empletur cum eis.

¶ Confectio medicamis sedantis dolorem quousqꝫ fiat algebra. i. restauratio in potu dent̃ cũ casus acciderit: mumie grana. ij. ꝛ. 5. in vino stiptico: aut oleo ro. sedat. n. dolorem vsqꝫ quo fiat algebra.

¶ Unguentum egyptiacum.

Unguentum egyptiacum: floris eris. ʒ. iij. mellis. ʒ. viij. aceti. ʒ. iiij. tere pmisce bulliat donec inspissetur: reserua vsui ꝛ repone.

¶ Libri diuisionum rasis finis.

¶ Tabula capl'oꝝ Libri de egritudinibus iuncturaꝝ.

pm De mã doloris iũctura.
2 De signis mãeꝝ. d. i.
3 De cura vl'i passio. iũctu.
4 De dieta dolori. iunctu.
5 De medicis purgãtibꝰ hu. mixtũ ꝛ flegmate ꝛ colera.
6 De medicis purgantibꝰ flegma. ꝛ hu. crudos.
7 De medicis purgãtibꝰ hu. melĩcũ a iuncturis.
8 De medicinis purganti bꝰ hu. mixtũ ex flegmate ꝛ col'a a iuncturis.
9 De medicis p os sedãtibus dolorẽ iuncturaꝝ.
10 De clisterijs i vsu ãche.
11 De empl'is ꝛ vnguentis resoluentibus ꝛ dolorẽ sedantibus.
12 De medicinis status in materia calida.
13 De medicis decliatõis.
14 De curatione duritiei ꝛ lapideitatis.
15 De cura ꝓpa lapideitat'
16 De medicis aduretibꝰ.
17 De dolor̃ ãch' ꝛ artetice.
18 De cura vniuersali ad dolorem anche.
19 De curatõe sciatice pas.
20 De ꝓseruatione a dolor̃ iuncturaruꝫ ex sãguie.
21 De ꝓseruatione doloris iuncturaꝝ ex colera.
22 De ꝓseruatõe a dolõibꝰ iũcturaꝝ de flegmate.
23 De ꝓseruatiõe a dolore ãche ꝛ sciatice.
24 De medicis simplicibꝰ valẽtibꝰ i dolor̃ iũctur.
25 De ventosa ꝛ cauterio q̃ ponũtur sup ãcham.
26 De q̃busdã ẽpl'is sedãtibꝰ dolorẽ iũcturaꝝ ꝛ vnguẽt' leiẽtibꝰ ꝛ resolbꝰ.

Tractatus rasis de egritudinibus iuncturaꝝ.



Dicit rasis volo i hoc capitulo dicere medicias que sūt necessarie in doloribus iuncturarum scilicet medicinas laxatiuas que in libris non sunt dicte nec manifestate. Et in qlibet illaꝝ distinguo qualr̄ debeant vti: vt nulla illaꝝ sit posita nisi in loco suo.

De materia doloris iuncturaꝝ. CAP. I.



Materia etiā ex qua gn̄atur dolō iūcturarū est ꝑ maiori parte flegma crudum siue acidū ꝛ sepe de sanguie ꝛ raro ð co. ꝛ rarius de mel'ia ꝛ rarissime de humorib⁹ cōmixtis. Et qn̄ cōponuntur materie additur ꝑ maiori parte colera cū flegmate subtili mixta: ꝛ raro est de flegmate mixto cū mel'ia ꝛ rarissime ð oibus hu. mixtis secundum ꝓportionē suaꝫ in corpore. Et ego ostendā signa cuiusqꝫ manifeste.

De signis mēbroꝝ dolori iuncturaꝝ. CAP. II.



Dico ergo ꝙ debemus cōsiderare: qn̄ eger sanus erat cuiusmodi coloris erat locus et cuiusmodi contact⁹: et cuiusmodi est mā: silr̄ de contactu: et cuiusmodi manerici est dolor: et q̄ cā facit gescere dolorē et de dieta infirmi: et de cōplone et de etate cōsuetudie et regiōe tpe et sitibus. Et sufficit tibi cognoscere māꝫ ꝑ duo signa aut tria. Et nos debem⁹ ostēdere et declarare istud capitulū magis q̄ꝫ aliud: qꝛ est radix cure in membro vel in materia.

Dico ergo ꝙ significatio coloris erit secundum ꝙ narrabo. Si color illius loci fuerit rube⁹ significatur ꝙ mā est sanguiea: ꝛ si citrinus colerica. Et si fuerit magl albus q̄ꝫ color corpis significat̄ flegma subtile: ꝛ si fuerit declinans ad nigredineꝫ significat̄ ꝙ mā nō simplr̄ ex mel'ia est: qm̄ tal' color est in fine apatū calidoꝝ: aut ex congelatiōe sanguis. Sed si cū nigro colore fuerit mēbrū fridūꝫ ꝛ nō ꝓcedit ipm calor significat̄ ꝙ ē ex mel'ia.

Sed caue i cognitōe caloris vt mēbrū nō sit calidū ab aere vel balneo vel medicina ca. vel dormierit sup latus vel infridatū ex causis ꝯ̄rys: ꝛ remāserit sup eū color alicui⁹ medicie. Si aūt color fuerit similis colori corpis erit ꝑꝑ duas cās: aut qꝛ minus vicit aliqs humor: ꝛ tunc erit dolor non ꝑꝑ humoris q̄ꝫtitatem: sꝫ malitiaꝫ: aut ꝑꝑ multitudinem humoris: aut quia valde est profundus dolor in ꝓfundo mēbri: itelligimus ꝙ dolor ꝓuenit ex repletōe ꝛ nō ex malitia humoꝝ ꝙ remāserūt signa repletionis. sꝫ ꝑꝑ ꝓfunditatē nō appet tal' color in supficie corporis. Et tūc debemus scire hoc ex alys capitulis.

Signa aūt replonis sunt ista: magnitudo pulsus: pōderositas toti⁹ corpis: extēsio mēbroꝝ: tarditas motus non cū debilitate sed q̄si portaret onus: ꝛ apparet in facie sudor ꝛ i oculis ꝛ i facie rubedo: ꝛ grauitas frōtis: ꝛ hebetudo igeny: ꝛ destructio appetitus: ꝛ dormire multū: ꝛ an̄q̄ꝫ iuasit ipm dolor nimis vtebat̄ cibis ꝛ potib⁹: ꝛ qete sine flobothomia: ꝛ purgatiōes sine labore: sine coitu maxie qn̄ his oib⁹ vsus fuerit postea abstinerit. Significatio cōtactus illi⁹ loci diuidit̄ in calore ꝛ frigore duritie ꝛ mollitie aspitate ꝛ lēitate plēitudie ꝛ extēsiōe ꝛ eñone. Si mēbrū tactu fuerit ca. mā ē ca. si fridū frida erit mā: tñ ðbes ꝯsiderar̄ h̄ qð narrabo: qm̄ forte mēbrū erit lotū cū aq̄ i hora illa vel discooptū ad aerē fridum q̄re supficies ei⁹ apparet frida tactu: aut forte mēbruꝫ erit ligatū: aut erit ifirmus dormiēs sup ipꝫ: vn̄ ꝛ claudūt̄ pori ꝛ retinet̄ plurimus vapor intus. Si aūt medicus nō respexerit iteruꝫ post vaporis euaporatōem iueniet ipm tactu calidū: ꝛ forte erit tangētis palma distēperata q̄re nō sentit qualitatem membri in caliditate ꝛ frigiditate.

Durities autē significat ꝙ mā est grossa ꝛ sicca: mollicies aūt significat ꝙ mā sit humida subtil'. Cū dispositio mēbri fuerit distēpata ex eis q̄ accidūt extrinsecus. s. ex frigore vel calore: qm̄ ꝑ frigus indurescit membruꝫ: calor calefacit ꝛ remollit. Ex hoc debes itelligere in oib⁹ alys ꝯditōib⁹: quāuis ego nō māifeste explanauero: aspe ritas aūt significat māe siccitatē: ꝛ lenitas humiditateꝫ: qm̄ mēbrū exaspascit ꝑ medicinā stipticā: ꝛ remollescit ꝑ oleū vel vnguētū extrinsecus suppositum. Aut huiusmodi plenitudo aut extēsio significat multitudineꝫ māe aut multitudinē vaporis: ꝛ tūc debes cōsiderare si cū plenitudie ꝛ extēsiōe fuerit grauitas erit cōstrictio ꝑꝑ mltitudinē humoꝝ. ꝙ si nō fuerit cū eis grauitas erit ꝑꝑ multitudinē vapoꝝ cōstrictoꝝ in eo. Dico ēt ꝙ debes cōsiderare dispōneꝫ corpis in sanitate: qꝛ q̄dam sunt corpa rugosa ꝛ spasmosa naturaliter sicut in senioribus. quedam sunt in contrariuꝫ.

Et fortasse credet aliqs qð tactus durus ꝛ extēsio sint idē. Sꝫ q imaginat⁹ fuerit tactū vētris inflati ꝛ tactū lapidis sciet qm̄ iter duꝝ ꝛ extēsum est aliq̄ dr̄ia: qm̄ durū nocet tactui ꝑ expulsionē sine passiōe: extēsuꝫ qdē nocet tactui ꝑ expulsionē ꝛ cū passiōe. Modi āt egritudinū sunt illi modi quos dicā: pūctio aūt ꝛ ꝑcussio significant caloreꝫ māe: sed cū h̄ ꝑcussio significat humorē spissuꝫ ꝛ ꝓfundū i carne: quapp significat mām sanguineā: pūctio aūt significat mām colericam. Egritudo aūt i qua sentit eger mēbrū q̄si ꝯ̄hatur ꝛ spasmet̄ significat māe friditatem: ꝛ ostēdit ꝙ est frida ꝛ ꝙ ē cū vehemētia doloris: ꝛ nō ē in mēbro calor: ꝛ ostēdit qm̄ sit calida qn̄ mēbrū calidū fuerit cū lenitate doloris. Et cū ifirmus senserit mēbrū extensum i vtraqꝫ parte vel ꝑ circuitū ꝛ tactu iueniatur tpatū ꝛ cutis fuerit extēsa: scias ꝙ nocet mēbro quātitas māe: nō q̄litas: ꝛ tūc scias ꝙ corpus est plenum.

De mō aūt cure cōsidera si gescat mēbrū cum fridis ꝛ augmētet̄ dolor cū calidis est ex causa calida.

De dieta aūt ifirmi scias ꝙ cū infirm⁹ ante accessionē fuerit vsus dulcib⁹ cibis: ꝛ vino grosso ꝛ carne ꝛ ouis frixis ꝛ paruo labore ꝛ multū dormire: scias ꝙ mā ē multa ꝛ si fuerit vsus calidis q generāt colerā ꝛ labore ꝛ vigilys ꝛ hꝫ scias ꝙ mā est calida: ꝛ si vsus fuerit gn̄antibus supflua multa sicut herbis ꝛ viridib⁹ fructibus ꝛ qete scias ꝙ mā est flegmatica ꝛ humores crudi. Dieta autem que facit homini sanguinē melācolicū raro pōt facere dolorem iuncturaꝝ: qꝛ illa dieta igrossat sanguinem ꝛ reddit eum ineptū ad discursum sicꝫ facit in corpib⁹ laborātiuꝫ: ꝛ si aliqn̄ contingit grauiter dissoluit̄. qꝛ ei⁹ mā est vicina materiei cancri. De cōplexione aūt infirmi scias ꝙ si fuerit albi coloris admixti rubedini: ꝛ si fuerit bone carnis: subtilis cutis: ꝛ quādo locū fricaueris rubescit statiꝫ significat̄ ꝙ mā est sanguinea. Et si corpus fuerit pigue ꝛ albi coloris nō mixti rubedini ꝛ corp⁹ nudū pilis venis strictis: carne molli: occultaꝝ iūcturaꝝ graciliū ossiū ꝛ gn̄alr̄ talis dispositio qual' est in corpib⁹ mulieꝝ significatur ꝙ mā est flegmatica. Et si fuerit macruꝫ citrini coloris pilosum ꝛ cū grossis venis ꝛ manifestis iūcturl oñdit̄ ꝙ mā est colerica. Et si cū macilētia fuerit niger color: durities corpis: pilositas: aspitas cutis: significat̄ ꝙ mā est mel'ica quāuis hec egritudo iūcturaꝝ raro cōtingit i hn̄tib⁹ taleꝫ dispōnem. Et similiter scias ꝙ hec egritudo iuncturaꝝ fere nūquā accidit pueris: sicut raro cōtingit mulieribus: ꝛ pro maiori parte accidit iuuenibus ex mā sanguinea: ꝛ flegmatica admixta cū colera: senib⁹ aūt cōtigit ex humorib⁹ crudis: qm̄ ꝛ isti humores multiplicantur in senibus: ꝑpter debilitatē digestionis.

De regionibus aūt scias ꝙ in regionibus calidis mul-

tiplicatᷣ colera et melĩa: ĩ regiõib⁹ fridis flegma et sãguis


¶ Et scias ꝙ hyems congregat flegma ⁊ sanguinẽ estas
⁊ autũnus colerã ⁊ melãcoliã. Et qm̃ diximus in istis ma-
terys simplr̃: dicemus in eis cõposite.

¶ Signa aũt mãe sanguinee sunt rubedo coloris: calor ⁊
extẽsio: pulsatio: grauitas ⁊ silr̃ iuuãtia oĩa ad gñationẽ
sanguinis. ¶ Signa colere sunt fortis calor cũ modica
extẽsione: ⁊ paruitas corꝑis apatis. ⁊ paruitas rubedinis
coloris loci: ⁊ pũctio ⁊ deriuatio colere ad corporis suꝑ-
ficiem ⁊ alia iuuantia ad generationẽ colere.

¶ Signa materie flegmatice sunt extensio sine pulsatõe
⁊ punctõe: sed q̃si res fixa in vno loco manens ⁊ paucitas
rubedinis: ⁊ calor mẽbri paru⁹ ⁊ alia generantia flegma.

¶ Si aũt fuerit materia composita non de facili cogno-
scetur per signa simplicia.

¶ De cura vl'i passionũ iũcturaꝝ. CAP. III.



Cum cognoscimus ꝙ materia est sanguĩea
ĩcipiamus minuere ex latere ɔ̃rio: et h̾ ꝑꝑ duo
cõmoda: quoꝝ vnũ est mãm declinare ad lo-
cũ: et scõm est retardare fluxũ ad locũ apatũ.

¶ Si ergo dolor fuerit in pede dextro debemus minuerẽ
de manu dextra ⁊ basilica vel de q̃buſdã ramis eius ⁊ ñ
debes ire ad aliã venam. ¶ Si aũt nõ poteris minuere
ipsam neq̃ aliquẽ de ramis eius minue d̾ mediana: q̃r q̃-
dam ramus de vena basilica ⁊ q̃dam ramus de vena ce-
phalica coniũguntᷣ: ⁊ fit ex eaꝝ cõiunctõe vena mediana
minuere aũt de cephalica nõ multũ iuuat in h̾ casu: qm̃
illa vena nõ deriuatᷣ nisi a ꝑte suꝑiori duaꝝ partiũ vene
cõcaue. deĩde illic ascendit spinã ⁊ tendit ad manũ: ⁊ ꝑꝑ
h̾ euacuat sanguinẽ capitis ⁊ colli citius: ex parte aũt in-
feriori tardi⁹: basilica aũt vena diuiditᷣ ab ista intra ⁊ ex̃
a clibano pectoris ĩter latera ⁊ venit ad manũ suꝑ parte
ascellaꝝ. ⁊ ꝑꝑea euacuat sanguinẽ a partib⁹ ĩferiorib⁹ ci-
tius. Et debem⁹ minuere sanguinẽ scõm magnitudinẽ
doloris ⁊ scõm vigorẽ corꝑis: ⁊ faciemus multis vicib⁹:
qm̃ ego ꝓbaui h̾ ⁊ ĩueni ꝑfecti⁹ ĩ declinãdo mãm a loco ⁊
ĩ attrahẽdo qd̾ currit ad ipz: ⁊ rõ ẽt ɔcedit h̾: sʒ ñ est loc⁹
dicendi. ¶ Si aũt egritudo fuerit in manu: possum⁹ de-
clinare mãm duob⁹ modis aut ad alterã manum: aut ad
pedẽ oppositum. Et forte minues de duob⁹ locis. s. bra-
chio ⁊ pede: ⁊ ꝓ̇mo de minutõe ex manu ⁊ postea d̾ pede.

¶ Et debes minuere sanguinẽ scõm v̾tutem corꝑis ⁊ se-
cũdũ accidẽtia apostematis: ⁊ scõm pulsatõem ⁊ extẽsio-
nem ⁊ calorẽ ⁊ ruborẽ: ⁊ multotiẽs sufficit cura ista sola.

¶ Et ego narrabo vobis qd̾ iã vidi de q̃daz muliere que
cõquerebatᷣ ⁊ vociferabat de dolore in die ⁊ sero in dex-
tro asceta. cũ magnũ esset apa calidũ rubei coloris cũ ex-
tensiõe forti ⁊ pulsatõe: mulier aũt erat pinguis ⁊ multũ
sanguinolenta: q̃ ante accessionẽ vsa fuerat lacte: ⁊ carni-
bus cuius virtus fortis erat: ⁊ minui ipsã ĩ manu sinistra
de basilica ⁊ pede dextro de saphena eadẽ hora: ⁊ d̾ quo-
libet extraxi lb. 5. ⁊ post tres horas solui ligamẽ: ⁊ p⁹ iteꝝ
extraxi lb. 5. ⁊ post cibaui etiã ipsam: ⁊ post tres horas ex-
traxi de saphena lb. 5. ⁊ tũc cessauit dolor ⁊ pũctio. Et mu
lier rogauit me ꝙ iteꝝ ex̃herem de manu. senserat enim
magnũ iuuamẽtũ. Sed ego volui mãm declinare ĩferi⁹
ꝑꝑ duas cãs: quaꝝ vnã nõ debeo dicere in hoc loco ⁊ al-
tera est vtil': imo necessaria ĩ talibus locis. Scias ꝙ ista
mulier patiebatᷣ dolores ĩ sinistra manu sʒ debiliores: ⁊
ꝑꝑ h̾ volui ꝙ mã declinaretᷣ ĩferi⁹. qm̃ medicus dʒ cõsi-
derare hoc ⁊ semꝑ obseruare qm̃ ego curabã quendã ho
minẽ cui cõtingebãt dolores iuncturaꝝ ex mã sanguĩea
⁊ ĩcipiebãt dolores in iũcturis q̃ sunt inter ascetã ⁊ rascetã
in dextra manu: ⁊ ĩterrogaui si accidebãt dolores in ma-
nu alia ⁊ in pedib⁹: ⁊ dixit mihi ꝙ similis dolor accide-
bat ei in manu sinistra. s. in eius iũcturis ⁊ adhuc magis
fortis: ⁊ ꝙ nũq̃ in pedibus similr̃ accidit: ⁊ tũc nolui mi-
nuere in manu sinistra oĩno sed minui in pede dextro.

¶ Quidã aũt medicus ꝓ̇mo curabat eũ ⁊ minuebat eũ in
manu dextra ꝑꝑ apostema calidũ: qd̾ habebat in iunctu-
ris man⁹. s. man⁹ sinistre: ⁊ q̃euit dolor ĩ manu illa. sʒ d̾cli-
nauit in manũ dextrã cũ apostemate calido maiore alte
ro: ⁊ qñ ego q̃siui istud ab illo hoĩe ĩtellexit ꝙ ego sciebã
plus de physica q̃ʒ alius: ⁊ hec erat vna de rationibus ꝑꝑ
quã tu debes decliare mãm ad alterã duaꝝ partiũ ⁊ ma
xime qñ fuerit dolor in dispõne tali ꝙ possit augmenta
ri: ⁊ hoc in ꝓ̇ncipio doloris: qm̃ in tali dispõne debem⁹ ca-
uere a minutione ⁊ fricatione ⁊ alys que attrahũt mãm:
⁊ ẽt debemus erigere deriuatõem mãe ad aliã partium:
qñ in aliqua partiũ fuerit mẽbrũ nobile ad qd̾ mã curre
re possit. v̾bi gratia. q̃dam homo patiebatᷣ in iũctura ma-
nus dextre ⁊ oportet minuere: in vesica aũt vel renibus
vel matrice est apostema calidũ: dico ꝙ nõ debem⁹ mi-
nuere in tali dispõne ex manu: quoniã si fecerimus h̾ no
cebimus mẽbro apato: sed forte minuemus ex pede dex-
tro. ¶ Cũ intellexerimus ꝙ in parte dextra est apostẽa
sanguineũ cuius ꝑiculum est maius q̃ʒ periculũ manus
dextre: verbi gr̃a in epate vel in rene dextro est apostẽa
calidum in iũcturis manus dextre est dolor debilis: dico
ꝙ ꝓ̇mo medicandũ est rei periculosiori. ¶ Et ponatᷣ ꝙ
forte accidũt in attrahendo mãm due oꝑatiões: v̾bi gr̃a
patiatᷣ mulier in iuncturis manus ꝓpter qd̾ oportet mi-
nuere: ⁊ cum hoc careat mẽstruis: dico qd̾ minuendũ est
ex pede ⁊ nõ in manu: quoniam in minutione pedis sunt
duo iuuamẽta scilicet declinare mãm a loco infirmo ⁊
ꝓuocatio menstruoꝝ. ¶ Sed materia nostra reuertatᷣ
ad illã mulierẽ quã prius diximus: dicendo ꝙ post mi-
nutionẽ tertiã tribus horis intermissis extraximus d̾ sa-
phena lb. 5. ⁊ nocte illa dormiuit: nõ enĩ dormiuerat mlt̃-
tis noctibus: ⁊ non feci aliam curam nisi ꝙ exhibui die-
tam frigidã ⁊ subtilem: ⁊ tertia die minutionis fuit sana
ex manu lesa. Quapropter debemus incipere a minutio-
ne ⁊ post confortare mẽbrũ: cum vnguentis frigidis ⁊ sti-
pticis que dicemus postea. ¶ Sed in declinatione non
debemus ponere ita: ⁊ maxime si corpus fuerit plenum:
quoniã forte materia ad mẽbrũ nobile cõuertetur ⁊ fiet
peius: ⁊ forte vnguẽta ⁊ emplastra addent in dolorem ⁊
hec fiet quãdo fuerint posita suꝑ locum dolorosũ ⁊ ma-
teria fuerit multa: ⁊ non potuerunt medicine materiam
mouere a loco quoniã clauduntur pori mẽbri ⁊ prohibe
tur dissolutio: ⁊ sic emplastra ⁊ vnguenta inducũt ⁊ aug-
mentant dolorẽ per accidens. quapropter debemus in-
tueri quãdo emplastra ⁊ vnguenta augmentant dolorẽ
vel addũt in dolorem: ⁊ ponemus illa non supra locũ do
lentẽ: sed retro supra locũ vt inhibeant fluxum: ⁊ non
prohibeant dissolutionem. verbi gratia: quãdo dolor fue
rit in genu ponamus emplastra super coxam: ita ꝙ finis
emplastri attingat principium loci dolorosi: ⁊ similiter in
omnibus passionibus iuncturarum. Si autem dolor nõ
crescit propter emplastra superposita non indigemus: po
nere iuxta locum patientem ⁊ debemus vti illis medici-
nis donec cesset dolor apostematis et eius calor et pulsa-
tio: et tunc cessabimus ab eis: et quoniam si voluerimus
magis vti eis ĩgrossabitur materia et fiet dura et inepta
dissolutioni. ¶ Sed si viderimus ꝙ ipsa pauce est ma-
terie et declinans ad superficiem corporis dimittemus
nature quoniã per se curabit.

¶ Sed si in contrarium fuerit vtemur mollificatiuis et
dissolutiuis et medicinis ex his cõpositis quoniã in mẽ-
bro remãsit paꝝ caliditatis et spissitudo materie.

¶ De dieta. CAP. IIII.



Sufficiat gͦ nobis q̄ diximus in p̄ͦcapl'o. Dicēdū ē mō de dieta infirmi gn̄al'r: s3 i p̄mo tp̄e.s.in p̄ncipio sint cibaria ei⁹ subtilia ꝛ īspissātia sāguinem ꝛ infridātia: ꝛ caueat a carnib⁹ ꝛ vino ꝛ reb⁹ dulcib⁹ ꝛ acut] ꝛ putrefactiuis: ꝛ ðcliet ad acria ꝛ stiptica: ꝛ bibat aquā fridā clarā cū oximelle acetoso: aut cū rob ð succis fructuū macianoꝝ vl' maloꝝ granatoꝝ vel coctāoꝝ: aut acrumē pomi citri ꝛ agrestā: ꝛ quotidie sumat aliqd istoꝝ ꝛ dimittat motū ꝛ p̄prie iūcture īfirme: ꝛ dimittat coitū ꝛ balneum oīno donec cesset fluxus humoꝝ ꝛ qescat dolor: ꝛ tūc vtatur balneo ꝛ motu illi⁹ iūcture mediocriter. ⸿ Et si dolor augmētat̄ in tm̄ q̄ timeat̄ de egri defectu pone aliquid de medicinis sedātib⁹ dolorē: ꝛ vngamus cū mortificatiuis: ꝛ h̄ fiat in apātibus calidis sine magno timore. In passiōib⁹ aūt fridis stōachi ꝛ matricū fit h̄ cū magno timore ꝛ cautela. ⸿ Si aūt mā fuerit colerica i p̄ncipio īcipiamus cū euōne colere cū medicinis lassatiuis ꝛ eligemus cōueniētiores scd̄m v̄tutē corporis ꝛ quātitatē caloris. ⸿ Si aūt corpus fuerit calidū ꝛ debile ꝛ temp⁹ estiuū laxabimus cū aq̄ prunoꝝ ꝛ māna ꝛ syrupo ace. ꝛ rosaru3: ꝛ sero capno. ⸿ Si aūt corp⁹ fuerit forte laxabim⁹ cū mirobalāis citri. ꝛ aloe. ꝛ scamōea ꝛ vices laxandi erūt scd̄m quātitatē māe. Et sicut minutio curat īfirmū sine alia cura. Ita purgatio colere: ꝛ postponam⁹ empl'a ꝛ vnguēta frida q̄ attineāt humiditati parū vel cu3 eis q̄ non multū desiccāt: ꝛ vtaris his donec cesset vehemētia doloris: ꝛ tūc dimittem⁹ curā aliā q2 nō ē necessariū ponere desup dissolutiua: mā.n.ista nō solet petrificari nec indurari. ⸿ Dieta āt īfirmi sit frida ꝛ humida sicut aq̄ ordei ꝛ cucurbite ꝛ cucumer]: ꝛ atriplex ꝛ h9: ꝛ caueāt a calidis oīno: ꝛ in dieb⁹ qetis dabim⁹ aliq̄ q̄ attineāt cōpl'oni frigide: sicut sy. acetosus ꝛ aqua ordei: ꝛ viscositas psily ꝛ succus mali granati: ꝛ sit ei⁹ dieta frida ꝛ humida ꝛ stratus ei⁹ i q̄ iacuerit sit fridus: ꝛ si fuerit hyems coopiat̄ caput ꝛ totū corpus ꝛ fugiat vigilias ꝛ cogitatōes ꝛ irā: ꝛ si fuerit necesse dare medicinas sedātes dolorē dabimus sine timore. ⸿ Si aūt fuerit flegmatica ꝛ humores crudi laxabimus: si debil' fuerit cū semīe vrtice ꝛ aq̄ mellis ꝛ cu3 baurach. Et si īfirm⁹ fuerit fortis ꝛ mā multa ꝛ spissa laxabimus cū collogntida cētaurea: zirūgē: turbith: ꝛ testiculis vulpis: ꝛ erūt vices lassandi scd̄m quātitatē māe: ꝛ vtemur vomitu cū oximelle ꝛ semīe raffani ꝛ selgie ꝛ sinapis ꝛ sale ꝛ aqua mellis: aut cū medicis fortiorib⁹ istis sicut nux vomica: oleū. ⸿ Et vomitus est valde bon⁹ cū egritudo fuerit in iūctur] īferiorib⁹ aut i ancha. Et i diebus in qbus nō vtimur vomitu vel potōe dabim⁹ diacu. ꝛ diatrion pipereon vel tiriacā ð q̄ttuor sp̄eb⁹: ꝛ syrupū subtiliāte3 mām: ꝛ caueat minutionem sanguis maxie in egritudib⁹ fridis: vt nō debilitet̄ digestio: ꝛ multiplicet̄ supflua: ꝛ ponem⁹ sup mēbrū a p̄ncipio vsq3 īfinē ēpl'a calefaciētia: s3 i p̄ncipio erūt ðsiccatiua ꝛ i fine mollificatiua et dissolutiua fortit̄ ꝛ debes cauer̄ ne mā lapidet̄ i iūctur]: qm̄ ista mā ē obediēs lapideitati: ꝛ totū illð ðbem⁹ facere cū magna cautela: nō sicut faciūt multi i medicoꝝ q ponūt fortes medicīas ad dissoluēdū. vn̄ subtile dissoluitur ꝛ remanet grossum ꝛ petrificat̄: sed debemus ponere vna vice mollificatiua ꝛ postea dissolutiua: ꝛ qn̄ videbimus q̄ apa minuit̄ multū: respiciem⁹ vtrū durities p̄maneat sicut p̄us: ꝛ tūc nō ponemus dissolutiua: sed poti⁹ mollificatiua. ⸿ Dieta āt īfirmi sit vt comedat vna die sic ꝛ altera nō: vtat̄ sōno absq3 cibo: sed nō d3 cibari vsq3 ad repletionem nisi vt satisfaciat appetitui ꝛ famē remoueat ꝛ digerant̄ humores q remāserūt in corpore: ꝛ n̄ d3 satiari aq̄: sed quotidie bibat aquā mellis cu3 sp̄eb⁹ ꝛ medicinis q̄s dicā postea: qn̄ cessauerit fluxus māe: ꝛ videmus q̄ apa nō augmētat̄ ꝛ corp⁹ purgatū est: tūc vtatur exercitio: balneo calido ꝛ p̄uocātib⁹ vrinā. ⸿ Si aūt mā fuerit scd̄m p̄portionē humorū in corpe: ꝛ nō apparet m̄l'ta victoria aliquoꝝ nec in colore nec in tactu. tūc scias q̄ dolor est ex plenitudīe: ꝛ tunc incipe curā p minutionem sanguinis ꝛ postea p fluxū vētris cū medicis que p̄nt purgare diuersos humores: sicut pillule cochie Galieni: ꝛ h9 ꝛ debes ponere supra mēbrū aliquā medicinā donec purgetur corp⁹: ꝛ minuere de cibarys suis. s. facere paruu3 ꝛ subtilē ꝛ nō īdiget alio regimīe p̄ter illud.

⸿ Si aūt apa qð est in iunctur] fuerit ex sanguīe ꝛ colera aut ex sanguīe ꝛ flegmate. tūc debes ip̄m curare ex cōpositis: verbi grā. ponamus q̄ apa sit in aliq̄ iunctura cum calore forti tactu ꝛ sine extēsione ꝛ pulsatiōe ꝛ rubedīne multa: que solet esse in apate sanguineo ꝛ ponit̄ dolor cū pulsatiōe: ꝛ aliqn̄ cū punctiōe dico q̄ manifestū est ex sermōe n̄ro q̄ illud apa est cōpositū de sanguīe ꝛ colera ꝛ debem⁹ incipere a minutiōe ꝛ purgatiōe colere: ꝛ cōponere curas q̄s dixim⁹. ð melia āt iā dixim⁹ q̄ nō accidit ex ea passio iuncturaꝝ: ꝛ pp̄ h̄ de ea dimittem⁹ sermonē.

⸿ De medicinis purgantibus humorem mixtum ex sanguine ꝛ colera. CAP. V.



Curatione in dolore iuncturaꝝ ex sanguine ꝛ colera qn̄ iuncture fuerit calide: ꝛ volueris soluere solone media accipe succi mali granati dulcis lb. s. ꝛ iulep lb. s. mirobolanoꝝ citrinoꝝ. ʒ. v. cōmisce ꝛ mitte simul ꝛ morent̄ ibi vna die ꝛ vna nocte. postea cola ꝛ bibe. ⸿ Aliud debilius sed magis infridat. ℞. lb. i. iulep. ꝛ appone. ʒ. x. mirobolanoꝝ citrinoꝝ ꝛ dimitte sic p vnam diē ꝛ vnā noctē: postea cola ꝛ appone ibi. ʒ. i. de mucillagine psily: ꝛ da patiēti. ⸿ Aliud. accipe pruna sicca ꝛ passa numero. xxx. tamarindoꝝ. ʒ. xv. coque i trib⁹ libris aque donec remāeat libra media postea exp̄me ꝛ cola ꝛ adde colature mirobolanoꝝ citrinoꝝ. ʒ. x. ꝛ vna die ꝛ vna nocte dimitte: ꝛ iteꝝ cola ꝛ addit]. ʒ. x. zuchāi sumat patiēs.

⸿ Syrupus mirobolanoꝝ citrinoꝝ: q valet iuncturaru3 dolori ꝛ febribus acutis ꝛ tertiane ꝛ purgat ēt coleram.

⸿ ℞. mirobolāoꝝ citrīoꝝ. ʒ. c. ꝛ ablue cū aq̄ cal'a reubar. ʒ. c. mitte cū aq̄ frida ita q̄ aq̄ supemīeat duob⁹ digit] postea i estate pone ad solē p q̄ttuor dies: deiñ accipe tātū dē aq̄ vt remaneāt mirobolani: ꝛ iteꝝ mitte in aliā aquā ꝛ dimitte tandiu: donec amittant saporem suum ꝛ albescant: deinde aggrega primā ꝛ secunda3 aquā cum. ʒ. centum manne albe coque ad ignem ꝛ remoue spuma3 donec fiat sicut iulep: ꝛ si vis acue eum cum scam̄. cuilibet libra. appone. ʒ. vnam scam̄. ꝛ supra qualibet lib. appone. ʒ. vna3 aque rosa. ꝛ vtere quando volueris.

⸿ Pill'. ad dolorē iuncturaru3 calidum ꝛ sunt iobannicy. ℞. aloe succotrini. ʒ. tertiam partem. zinziberis. ʒ. i. mirobolanorum citrinorum. ʒ. i. scam̄. sextam partem. ʒ. i. esule quintam partem. ʒ. i. masticis septimam partem. ʒ. fac pillul'. cum aqua citonioꝝ vel macianoru3 ꝛ sume totum semel. iste pillule purgant coleram rubeam ꝛ parum humoris aquosi ꝛ bene operantur in dolore calido iuncturarum. ⸿ Pillule optime in p̄ncipio egritudinis. ℞. aloes. ʒ. dece3. zirungem mirobolanorum citrinorum. an̄. ʒ. quinq3. confice cum succo vue canine ꝛ sume qualibet vice. ʒ. i. ꝛ. s. vl' tres pillulas.

⸿ Item pillule al'. ℞. scam̄ pulnerizate. ʒ. quinq3. mitte in aqua citoniorum. ʒ. decem. dimitte donec desiccentur ꝛ mitte cū. ʒ. x. zucha. ꝛ cubebe. ʒ. s. ɔfice cū iulep. ꝛ fac pill'. ad modū ciceris: ꝛ sunt optime in qualibet dispōne ꝛ maxie cū stōus est ipeditus vel nō egerit: ꝛ sume in qualibet hora qua volueris. ⸿ Electuū qð purgat coleram ꝛ stomachū confortat boni saporis ꝛ odoris. ℞. citonioꝝ fru-

ſtatim inciſoꝝ.ʒ.lx.pone in aceto ꝑ diem ꝛ noctem vnaʒ. poſtea extrahe ꝛ piſta ſcam̄.ʒ.x.cubebe.ʒ.ij. cardamomi.ʒ.ij.ſpice nardi aur̄.i.ro.ʒ.vi.confice cuʒ.xl.dragmis mellis ꝛ aceto cum volueris da.ʒ.ij.valēt in hac cauſa trociſ. roſ.ſcamo.vel viol.ſcamoneati.

ℭ De medicinis que purgant flegma ꝛ crudos humores. CAP. VI.

Medicamen laxatiuuʒ mūdificans inteſtina a fecibꝰ ꝛ a flegmate ſalſo: ꝛ extrahit flegma a iuncturis. ℞.turbit.ʒ.x.℥.ʒ.ij.zuchari.ʒ.xx.ꝛ fac pillulas: ꝛ da a.ʒ.iij.vſqꝫ ad.iiij. ℭ Syrupus ꝺ turbith educit flegma de iuncturis ꝛ ancha fortiter: ꝛ eſt aptum ꝛ optimū eis q odiunt medicinas. ℞.turbith. lb.i.mitte ī tribus libris aque frigide ꝛ moreť tribꝰ diebus ad ſolē: deinde cola. ꝛ deinde ſi ſaporem amiſerit ꝓyce ꝛ aquam ſua. ſin aūt appone aliam aquā ꝛ iteꝝ appone ad ſoleʒ donec amittat saporeʒ: poſtea aggrega illas duas aquas ꝛ mitte librā vnam zuchari. ꝛ coque donec fiat ſicut iulep.educit multotiens humorē flegmaticuʒ: ꝛ ſi volueris citius facere coque ad ignē.qm̄ non eſt debilior a ꝑmo: ſed poſtea non erit ita clarus. ℭ Aliud laxatiuū ad dolorē iūcturarum ex flegmate: purgat fortiter ꝛ educit ſepe. ℞. zirungē.ʒ.i.ꝛ.ſ.eſule.ʒ.iij.turbith.ʒ.i.ꝛ.ſ. zinziberis ſeptimam partem.zuchari quātū omnes alie ſpēs.

ℭ Pill. que flegma iuncturaꝝ purgant. ℞.turbith.ʒ. i.ſ. colloquintide.ʒ.iij.bdelij.ʒ.iiij.forma pill. ꝛ ſunt mirabiles in attrahendo flegma crudū ab anchis.

ℭ Medicamē qꝺ. ℞.ſarcocolle ru.ʒ.iij.zirungē nitri .an̄. aur̄.ij.diſtēpera in.℥.i.olei nucū.ꝛ.℥.i.decoctionis aneti ꝛ bibat pa.purgat ſine nocumēto. dol. aufert anche oīno.

ℭ Medicine ad dolorem anche generaliter ſunt iſte: colloqntide: cētauree minoris: ſuccus cucumeris aſinini: zirūgē eſule: piretri: ſerapini: oppopōacis amoniaci ex iſtis cōponunť medicime ad dolorem anche ex flegmate.

ℭ Medicine ad dolorem anche ꝛ dolorem iuncturaꝝ ex flegmate. ℞.corticis colloquintide.ʒ.v.paſſas ſine armillis manū plenam: coque in tribus lib aque donec remaneat tertia pars: ducit deceʒ vicibus ꝛ magis flegma crudum ꝛ humidum.

ℭ Pill. fortes valde purgant flegma ex iuncturis ꝛ ācha. ℞.zirungē.ʒ.ſ.eſule.iij.partes.ʒ.turbith.ij .partes.ʒ .colloqntide quartā ꝑtem.ʒ.euforbij.iiij.partē.ʒ.ſumanť vice vna: ſunt.n.fortes: ꝛ loco iſtaꝝ vtimur pillulis fetidis: ꝛ pillulis zirungē ꝛ alijs pillul q̄ ſcripte ſūt in alijs libris.

ℭ Decoctio que facit homines ſurgere de lecto qua vtimur in podagra ꝛ dol.anche ex flegmate ꝛ eſt mirabilis. ℞.corticis radicis apij feniculi. an̄.ʒ .x .colloqntide centauree mi.ameos aniſi zirunge eſule.an̄.ʒ. v. coquanť in iiij.lib.aq̄ vſqꝫ q̊ remācat.i.ꝛ ſumat quotidie.℥.i.ꝛ iuuat.

ℭ Pillule fortes que purgant flegma ꝛ remouēt illud de ancha ꝛ iuncturis. ℞.turbith.ʒ.x.colloqntide.ʒ.x.ꝛ.ſ. ſucci cucumeris aſinini.ʒ.iiij.centauree.ʒ.iij.euforbij . aur̄.i. eſule.ʒ.v.ſarco.ſerapini.an̄.ʒ.ij.armon̄.oppopōacis.an̄.ʒ. i.ſ.carui ſinapis naſturtij.an̄.ʒ.iij.cōfice cuʒ ſucco fenicl'i vl porroꝝ.dētur forti.ʒ.iij.mltotiēs educit: ꝛ ōbes eo vti cum corpus eſt plenū crudis humoribꝰ ꝛ flegmate. In tali caſu potes vti yeralogodion vel yeraruffini: ſed vtiliꝰ eſt vt vtaris yeraruf.

ℭ De medicinis purgantibus humorem melancolicum a iuncturis. CAP. VII.

Quando ſciueris ꝙ iūcturaꝝ dolor ꝓuenit ex melancolia vtere his medicinis. ℞.epithimi noui.ʒ.v.puluerisa cū ij.ʒ.aque mellis. purgat multotiens.

ℭ Aliud. ℞.polipodij.ʒ.xx.zuchari.ʒ.i.puluerisa ꝛ bibe cum iulep. ℭ Aliud.mirobolanoꝝ indorum. ʒ.xx.epi.ʒ.xv.mitte in libra vna aque frigide ꝛ morentur ibi tribus diebus.poſtea exꝑme ꝛ bibe cum.ʒ.x.zuchari. purgant enim melancoliam.

ℭ Decoctio epithimi purgat fortiter melancoliaʒ. ℞.mirobolanoꝝ indoꝝ.ʒ.xx.polipodij ſticados.an̄.ʒ.v.ſene.ʒ. vij.coque tādiu in tribus libris aque donec vna remaneat.poſtea mitte.ʒ.x.epithimi: deīde remoue ab igne ꝛ dimitte ſic ꝑ vnaʒ noctem poſtea exprime ꝛ cola: poſtea accipe.ʒ.i.agarici.ʒ.iij.ſalis īdi.ʒ.iiij.ellebori nigri aggregenť ſimul cum oximelle ꝛ ſume in ſero: ꝛ decoctōem ſuperius dictam in mane.

ℭ Pill. purgātes melācoliā ex iūcturis. ℞.epi.ʒ.i.polipodij.ʒ.i.agarici.ʒ.i.ꝛ duas tertias: ellebori nigri .ʒ. quartaʒ aggregētur ꝛ fac pillulas que vice vna ſumātur.

ℭ Et caue in purgādo melancoliā: qꝛ nō debes ſemel purgare ſed ſepe.iſti.n.humores nō ducenť in multa quātitate in vna purgatione. ℭ Et nota ꝙ purgatōem hu.melancolici ſemꝑ debēt ꝑcedere balneū ꝛ digeſtiuū.

ℭ De his que purgant humorem mixtum ex flegmate ꝛ colera. CAP. VIII.

Dolores iuncturaꝝ pro maiori ꝑte ſūt ex flegmate admixto col.quoniā dieta plurimoꝝ hoīum ē groſſa ꝓpter quā humores groſſi augmētanť q ad iūcturas diſcurrere nō poſſunt: niſi ſubtilieť ab aliquo calore vt exercitijs vel vſu reꝝ calidaꝝ: cuʒ ipſi de natura ſua ſint cōpacti ꝛ inepti ad fluxuʒ: ꝛ ꝓpterea videmus in illis q patiūtur doloreʒ ex humoribꝰ crudis tēpora qetis īter duas acceſſiōes eſſe breuiora cū vigilāt vel laborāt vel rebus vtūtur calidis. In alijs vͦo fit ꝯͣriuꝫ. ꝓpter hoc tn̄ nō ꝑſeruātur ab acceſſiōe: qm̄ qn̄ multiplicanť iſti humores claudūt meatꝰ: ꝛ qn̄ obſtructi ſunt aut corrūpuntur ꝛ putrefiūt. vnde acqrūt acumē quo ſubtiliātur ꝛ habiles fiūt ad fluxū: ꝛ ꝓpter hoc medicine que attrahunt flegma ꝛ colerā ſimul meliores ſunt q̄ꝫ que coleram tm̄ vel flegma attrahūt: ꝛ medicine que iſtud operātur ꝑnci paliter ſunt oēs ſpēs titimali ꝛ ſcamonea ꝛ turbith ꝛ colloqntida: ꝛ aloe cū turbith attrahit hūiditates cū colera.

ℭ Trociſci q purgāt colerā ꝛ flegma ꝛ confortant ſtomachū ꝛ ducūt ſine labore. ℞.ſcamonee.ʒ.i.ꝛ duas tertias ʒ.turbith.ʒ.i.ſ.roſaꝝ.ʒ.i.ſ.ſpice nardi.ʒ.i.cōfice cuʒ ſucco. coctanoꝝ vel macianoꝝ ꝛ faciat.x.trociſcos ꝛ bibat vnū trociſcū cum dimidio ꝛ forte duos.

ℭ Decoctio purgans flegma ꝛ colerā mediocriter. ℞.mirobolanoꝝ citrinoꝝ.ʒ.x.vſqꝫ ad.xv.turbith.ʒ.v. vſqꝫ ad x.Coque in tribus libris aque donec remaneāt due tertie libre: ꝛ appone zucchari albi.ʒ.x.cola ꝛ bibe.

ℭ Pillule purgātes flegma ꝛ colaʒ fortiter. ℞.ſca. ʒ.i.colloqntide.ʒ.ij.aloes.ʒ.iij.ſucci abſinthij dragaganti maſticis.an̄.ʒ.ſ.bibat.ʒ.i.ſ.ſunt.n. electe optime.

ℭ De medicinis per os ſedantibus dolores iuncturarum. CAP. IX

Nota ꝙ zurūgem habet magnā virtutē in omnibus doloribus iūcturarum: ſed deſtruit appetitū ꝛ deſiccat iūcturas cum in magna quātitate ſumitur: ꝛ ꝓpterea ſi fuerit neceſſe de eo accipere in magna quantitate: accipiat poſtea medicinas confortātes ſtomachum. Quapꝑ admiſcemus ſemper aniſi zinziberis maſticis: ꝛ mollificamus iuncturas cum aqua calida: ꝛ pinguedinibus ꝛ oleis. Sed nota ꝙ iſtis nō debemus vti niſi cum magnus ꝛ vehemēs fuerit dolor vel timuerimus de defectu egri: qꝛ iſte medicine inſpiſſant ſanguineʒ ꝛ ꝓhibēt deſcēſum humoꝝ ad iūcturas. Quapꝑ nō debemus eis vti niſi cum dolor fuerit fortis ꝛ corpus vacuum: ꝛ tunc

debem⁹ vti ad mortificādū paꝝ ꝛ ꝓhibēdū cursū: ꝛ ego scribam eas quas expertus suꝫ sepe. medicamē ad potādū cum dolor fuerit fortis et ad alleuiāduꝫ: çurungē ꝛ çucharum bibat cum aqua frigida.

¶ Aliud. bibat semen: ꝛ succuꝫ coriandri cū. ℥. ij. çuc.

¶ Aliud. pone glandes die ꝛ nocte in aceto postea desicca ꝛ mole. ꝛ da. ℥. ij.

¶ Aliud lentes excorticatas semē coriādri glādes çurungeꝫ añ. molle ꝛ bibe. ℥. ij. ¶ Cibi eoꝝ sint agresta: lētes in aceto ꝛ poma citrina acria ꝛ general'r oīa inspissantia sanguinē. ¶ Et si vehemētia doloris duxerit nos ad dandū res mortificatiuas faciem⁹ hoc medicamē. ℞. se. lactuce. ℥. x. iusqami albi. ℥. x. aggrega cū succo lactuce ꝛ fac pillulas sicut cicer. ¶ Sed si dolor fuerit ī pedib⁹ pone suppositoriū de opio ꝛ statiꝫ dormiet. hoc ē faciēdū cū dolor fuerit ex cā calida. ¶ Si aūt fuerit ex frīda vtaris istis alys çurungē. ℥. x. sene. ℥. x. assari çinçiberis cimini piperis lōgi spatare añ. ℥. ij. Cōfice cū melle ꝛ sumat ex eo pondus aureorum. ij. cum tepida.

¶ Aliud. ℞. çurungē. ℥. x. mirre: cimini se. agni casti añ. ℥. v. opij. ℥. ij. confice cū melle ꝛ sumat. ℥. iij. ¶ Et si mā fuerit cōposita cū pauca colera diafilō ē optimū ad hoc: si sit nouū. Cibus eoꝝ dꝫ esse sicut carnes cocte ꝛ postea assate: panis coct⁹ cū semib⁹ calis ꝛ sitiꝫ sustineāt inquātū poterūt.

¶ Aliud ad cessandū dolorē podagre frigide. ℞. çurungē olibani añ. ℥. xx. cimini. ℥. x. sume ex eo. ℥. ij. ꝛ considera ꝙ aliqū fit fortis dolor ex distensione mēbroꝝ ꝑ humores qō est cognoscere ex mēbri dispositōe. ꝛ tūc debes inungere ex olo camōillio ꝛ facere empl'a ex se. bismalue ꝛ malue ꝛ dyaltea ꝛ pone sup iūcturas medicias cōstringentes.

¶ De clisterys in vsu anche. CAP. X.

Post purgationeꝫ maior cura sunt clisteria fortia que attrahūt mām tali attractiōe ꝙ vulnerāt intestina ꝛ exire faciūt sanguinē. ꝛ tūc cessat dolor eadeꝫ die: qō ego vidi ī plus q̄ꝫ mille hominib⁹: ꝛ nunq̄ꝫ vidi hominē q vtereť istis medicīs gn ex toto sanareť ꝛ alleuiareť nisi sit ita fortis ꝙ indigeat adiūctiōe: ꝛ ego de istis clisterys aliquas māeries pulchras ꝛ expertas dicā. ¶ Clistere forte valde attrahēs flā crudū ꝛ aufert egritudinē. ℞. corticis radicū capparis corticis colloquintide centauree minoris cucumeris asinini corticis agarici añ. ℥. v. coque ī trib⁹ libris aq̄ donec remaneāt due cola ꝛ appone mel ꝛ oleum ꝛ fac clistere ꝛ sustineat quanto magis poterit: ꝛ añq̄ꝫ fiat illud clistere ꝓcedat clistere factū de herba q̄ dicit̄ atelgas vel cū sale ꝛ aq̄ ꝛ melle ad mūdificādū itestīa ex fecib⁹. deīde sequať clistere ꝓdictū.

¶ Aliud. ℞. ellebori nigri: esule: collognitide: nasturty centauree camedreos: añ. ℳ. i. coque in trib⁹ lib. vini ꝛ mitte ℥. v. olei vetusti ꝛ fac clistere. Istud aūt ē min⁹ forte ꝛ calidū ꝛ nō debes eo vti nisi in corporib⁹ flāticis ꝛ pinguibus. Alys vō sufficiet aqua antelgas ꝛ nitri ꝛ aqua salis.

¶ Aliud accipe nasturtiū anisū mitte ī aq̄ die ꝛ nocte ꝛ fac clistere cū fuerit calefacta. ē eniꝫ optimum.

¶ Aliud accipe tres lib. aq̄ et mitte libř. i. nitri ꝛ coopias ꝛ mitte ad solē duab⁹ septimanis ꝛ cū op⁹ fuerit fiat clistere

¶ Aliud. ℞. corticum collogntide coque in aqua calida ꝛ mitte paꝝ nitri ꝛ olei ꝛ fac clistere.

¶ De emplastris ꝛ vnguentis dissoluentibus ꝛ doloreꝫ sedantibus CAP. XI.

Iam diximus ꝙ vnguēta q̄ ꝓhibent fluxū nō debes appōere sup iuncturas nisi cū corpus fuerit mūdum post pugationē. tūc debes ponere talē medicinā sup iuncturas ad cōfortādū mēbruꝫ ꝛ claudendū poros vt nō recipiat multa supflua. ꝛ iā dixim⁹ conditiōes istius cure: sꝫ modo volo dicere curas ꝑticulares.

¶ Unguentū ꝓhibēs mām ꝛ sedans dolorē ꝛ valet apatibus sanguineis ꝛ ifrigidat ea ꝛ cōfortat mēbꝝ. ℞. spodij: cāphore: memithe: acatie: añ. ℥. i. opij. quartā. ℥. cōfice cum aq̄ solatri vel lactuce vel portulace ꝛ pone desuper.

¶ Aliud. ℞. memithe: sandaloꝝ rubeorū ꝛ ro. corticis papaueris nigri añ. ℥. x. opij. ℥. i. fiāt trocisci. ꝛ cū volueris dissolue vinū cum aqua rosata vel cāphora.

¶ Aliud vnguētū mirabile qō cōfortat mēbꝝ ꝛ sedat dolorē. ¶ Accipe ossa cōbusta sicca ablue prius in aq̄ postea sicca. ℥. ij. çurungeꝫ. ℥. iij. amidi. ℥. ij. ceruse. ℥. ij. aggregent̄ cum aqua ꝛ camphora.

¶ Aliud qō confortat magis ꝛ ꝓhibet fluxū ꝛ infrigidat ꝛ debes eo vti cū mā fuerit multa. ꝛ cū timueris ne apa augmēteť. ℞. sandali rubei boliarmeni: memithe cortič. mali granati opij feruginis: añ. ℥. ij. cōfice cū succo mirthe. est eniꝫ vnguētū forte ad reprimēdū humorem.

¶ Aliud ad idē. ℞. acathie: galle viridis memithe triū sandaloꝝ rosaꝝ añ. cōfice cū aqua mirte ꝛ vnge.

¶ Aliud infrigidans cū apa fuerit in augmēto ꝛ est de mā furiosa in qualitate ꝛ nō in quātitate. ℞. amidi camphore añ. molle ꝛ cōfice cū aqua ro. ꝛ superpone.

¶ Aliud qō infrigidat ꝛ sedat dolorē ꝛ expellit multū. mole cerusam cum lacte vaccino.

¶ Aliud qō facit sedare dolorē statiꝫ ꝛ ē exptū. Accipe micas panis albi ꝛ mitte in lacte vaccino ꝛ dimitte donec fiat ipm vnguētū ꝛ pone decimā ꝑtē opij ꝛ mole cū lacte ꝛ superpone ꝛ cū calefactuꝫ fuerit remoue ꝛ appone aliud.

¶ Aliud. ℞. cerā ꝛ oleum rosatū sed quater tm̄ sit de cera ꝛ cuilibet appone. ℥. ij. çucha. ꝛ. ℥. ij. opij molle ꝛ totū pone desup ꝛ cooperi cū folys lactucaꝝ. ¶ Medicamē valde forte ꝛ debes eo vti cum fuerit megna necessitas. ℞. opij: corticū radicū mādragore añ. ℥. v. mole ꝛ ꝯfice cū aq̄ portulace lactuce vł iusquiami ꝛ informa grana ꝛ serua. ꝛ cū opus fuerit solue cū aqua lactuce vel portulace. sed dolor quādo adeo fortis fuerit ꝙ istis medicinis nō sedabitur. vnge diu cū aceto forti calido.

¶ De medicinis qbus debes vti cū apa fuerit in statu ꝛ calor fuerit fortis aliquātulum. CAP. XII.

Cum apostema fuerit in statu ꝛ calor fuerit aliquātulū fortis. ℞. sandaloꝝ rubeoꝝ croci añ confice cū succo coriādri viridis.

¶ Aliud accipe memithe aloe añ. cōfice cū succo sanał. ¶ Al. farina ordei camo. ro. añ. confice cum succo sanał. et apij.

¶ Aliud bolum armenuꝫ aloem crocū ro. mentam conficecum aqua coriandri.

¶ De medicinis quibus debes vti in declinatione apostematis. CAP. XIII.

Hec sunt medicine qbus vteris in declinatiōe apostematis furfur. bismalua: flores camomille ꝯficiant̄ cū aqua furfuris ꝛ ponant̄ sup cartā de panno.

¶ Aliud farina tritici ꝛ semen lini cōficiantur cum aqua furfuris.

¶ Aliud farine fenugreci aneti succi seminis lini cōfice cū succo caulium.

¶ Aliud cere partē vnā olei aneti sextā partē. fac cerotum et appone camomillā pulueriçataꝫ: sed si volueris facere magis fortē appone axungiā galline vel anatis.

¶ Aliud diaquilon cuꝫ oleo camomille est valde bonum.

¶ Aliud storax liquida laudanū mastix semē cauliū aggregentur cū fecibus olei yrini.

¶ Aliud valde forte mastix laudanū se. raffani. se. cauliuꝫ armoniaci cōfice cū fecibus olei yrini: et cuꝫ volueris vti

bis medicinis primo abluas mēbꝝ cū aqua calida tādiu donec rubeat: ꝛ sic pone medicinas ꝛ permitte decē horis: postea remoue ꝛ iteꝝ appone: ꝛ sic tādiu facias donec apostemata soluant̄ ꝛ si remāserit aliquid de apate lapideum medicabit̄ sicut dicet̄ in sequentib⁹. Et iā diximus superius ꝙ emplastra q̄ dissoluūt nō sunt necessaria nisi in dolore iuncturaꝝ ex sanguīe ꝛ modo. dico ꝙ sunt necessaria ī apostematib⁹: quoꝝ mā ē sanguis grossus melācolicus vl' flāticus: sed apostema qḋ ē ex colera pura istis oīo nō idiget: ꝛ nō debes mirari si mora sit in dissoluēdo qḋ remāsit ex apostematib⁹ in iuncturis ex calida cā qm̄ mā colerica est in corpib⁹ duris atq; cōnecta in iuncturaꝝ ligamētis. quāpp difficilior est ad dissoluendum ꝙ̄ si fuerit in carne: tn̄ si istud apostema curatū fuerit secūdū ꝙ debuerit ꝛ nō fuerit error in medico nec in infirmo nec aliq̄ mā sup aliā fluxerit dissoluet̄ in quadraginta diebus: ꝛ plures medici putant ꝙ mā nō cōtineat̄ tm̄ in ligamētis: sed et̄ in chordis: qḋ falsuz ē: qm̄ si mā esset ī chordis accideret spasmus ꝓpter cōtinuitatē nerui vicinātis musculo ī cuius chorda ē materia: ꝙ ergo materia discurrit ad ligamenta ꝛ non ad chordas: cū ligamēta sint duriora: iā declaratū est ī libro nostro qui continens appellatur: sed illud ignorare nō impedit curationem.

¶ In principio post purgationē debem⁹ cōfortare mēbruz vt nō recipiat multa superflua: sed qꝛ cōfortare ē cū medicinis frigidis nō debem⁹ infrigidare oīo: sed aliqñ aliquātulū calefaciemus ꝛ illud tale ē faciendū cuz calor fuerit in augmēto. Sed si aliqñ vigoret̄ dolor vtemur medicis sedantib⁹ dolorē mixtis ex illis medicinis q̄ alterāt complexionē ꝛ mortificāt ꝛ cuz cessauerit dolor ꝛ fuerit declinatio vtemur dissolutiuis: ꝛ si mā fuerit grossa ꝛ dura vtemur medicinis fortib⁹: s; si fuerit moll' ꝛ subtilis vtemur debiliorib⁹. ¶ Unguētū quo debes vti in principio dolorum iuncturaꝝ in frigida causa acatia: aloe: mirra: aggregentur cum aqua mirte.

¶ Aliud nuces cipressi iuniperi mirra aggregent̄ cū aqua gallarum coctarum.

¶ Aliud. spica nardi: galla. cōfice ꝛ appone. ¶ Unguenta alterātia cōplexionē ꝛ sedātia dolorē: storacē liquidā misce cum oleo laurino.

¶ Aliud. ℞. castorei: costi mirre an̄. aggregēt̄ cū oleo antiq̄

¶ Aliud. cerā dissolue cū oleo antiquo ꝛ oleo yris ꝛ cuilib; ʒ. cū necesse ē appone. ʒ. ij. euforbij: istud magnū facit ascēdere calorē in loco statim.

¶ Aliud qḋ calefacit membꝝ. ℞. piperis: castorei euforbij an̄. aureuz. i. pire. aurei. ij. mole ꝛ appone. ʒ. i. olei costini et vnge locum fortiter.

¶ Unguētū ad mortificāduz. ℞. opij: castorei: an̄. croci media ps aggrega cū aqua ꝛ pōc: ꝛ dolor vigorauerit ꝛ cū medicinis ꝛ nō cessauerit vngat̄ cū aceto forti in quo sit decoctum origanuz mētastꝝ ꝛ alie herbe calide. ¶ Medicia dissoluēs apa molle. s. vndimiā. Accipe cinerē vitiuz cinerez querci ꝛ mitte ī aquā die vna ꝛ nocte postea cola ꝛ misce tantūdē aceti ꝛ inunge panum ꝛ appone.

¶ Aliud. salgema mole ꝛ cōfice cum oleo ꝛ frica locum.

¶ Aliud. mirram ꝛ aloem simul cōmisce ana. ꝛ superpone.

¶ Aliud. cretā alumen confice cuz aceto ꝛ vnge membrū cū oleo ꝛ superpone pluries.

¶ Aliud. litargiri puluerizati. ʒ. i. olei. ʒ. i. coq̄ dōec fiat spissum. postea mitte radices cauliū ꝛ misce donec icorporet̄.

¶ De curatione duri apostematis ꝛ lapideitatis que fit in iuncturis. CAP. XIIII.

Cum apostema incipit indurescere vtaris medicis mollificatiuis secūdū duritiez apostematis: tādiu donec videris remolliri ꝛ rarefieri ꝛ ī latitudinē augmētari: tūc reuertaris ad dissolutiua ꝛ vtere eis secundū quātitatē duritiei ꝛ nō cesses qñq; mollificare qñq; dissoluere donec totū dissoluat̄: ꝛ ex eis q̄ mollificāt est Balneū ꝛ cibi subtiles ꝛ molles ꝛ purgatio melācolic ꝓprie. Et caue ab his q̄ inspissant sanguinē ꝛ vl'r ab oībus cibis viscosis ꝛ siccis sicut ordeo ꝛ lentib⁹ ꝛ adurentib⁹ sanguinē sicut alijs salsis ꝛ sīlib⁹: ꝛ ab oīb⁹ īspissantib⁹ sanguinē sicut vinū nouū ꝛ panis azimus: oua dura: ꝛ sufficiāt eis oēs aues pue ꝛ eduli ꝛ arietes ꝛ oua mollia cōmixta cū sale ꝛ cū vino ꝛ panis fermētatus cū multo sale: ꝛ vinū subtile ꝛ nō cesset vti istis donec dissoluat̄ apa: ꝛ si lapideuz ē ex eo aliqḋ medicabimur cū istis medicis. ¶ Unguētuz mollificās ablue mēbꝝ cū aq̄ cal'a donec inflet̄ postea vnge cū cera ꝛ sic pmitte sex vel septem horis ꝛ quotidie sil'r fac donec appareat mollificatio.

¶ Aliud. radices maluauisci radices cucumeris asinini. coque in oleo ꝛ fac vnguentum.

¶ Aliud forte mollificās. pinguedo galline ꝛ anatis vl' anseris medulle cruris vituli cerā ꝛ oleū misce ꝛ fac vnguētum: ꝛ pone desup nocte ꝛ die. postea ablue ꝛ iteꝝ appone.

¶ Aliud magis forte bdelliū storax ligda armoniacū misce cū oleo yrino ꝛ superpone.

¶ Aliud exptū qḋ nō fallit fecis olei yrini ꝛ fecis olei se. lini mucillago fenugreci pinguedo anatis ꝛ superpone.

¶ Aliud mollificatiuū cere. ʒ. v. olei yrini. ʒ. i. medulle cruris vitelli armoniaci ꝛ storac̄. ligde: bdellij galbani. ʒ. v. liquefiat cera cū pauco oleo yrino ꝛ alie medicie puluerizate addant̄ ꝛ ꝯficiant̄. ¶ De medicis resolutiuis simplicibus: farina fenugreci cū aq̄ mellis: ꝛ calx cū pinguedīe antiqua stercus caprinū cū oximelle cinis cauliū cū armōiaco. armoniacū cū oleo antiquo vel cū aceto. ¶ Empl'z cōpositū: radix yreos: aristol'. elleborus: pip: ꝯficiāt̄ cuz oleo.

¶ Aliud farina lupinoꝝ fenugreci stercus colūbinū ꝯfice cū oximelle ꝛ suppone. ¶ Empl'm forte: aristol'. piretri: radicis capparis lupinoꝝ yreos sterc⁹ colūbinū: calx: ꝛ de ficub⁹ nigris quātū de oīb⁹ ꝯficiant̄ cū oleo antiq̄. ¶ Diaglon forte ad dissoluēdū: litargiri olei antiq an̄. decoquant̄ donec inspisset̄ deide pone viscositatē sinapis quātū ē oleum ꝛ moueat̄ donec coaguler̄. ē enim valde forte.

¶ Aliud. litargiꝝ coque ꝛ appone viscositatē fenugreci postea misce cū oleo calcē ꝛ nitrū piretrū: aristologiā: sulfur: an̄. de oīb⁹ sit tātū quātū de viscositate. ¶ Empl'm mollificās ꝛ dissoluēs ꝛ ē mirabile: armōiaci bdellij: storacis liquide: an̄. ʒ. x. olei yrini quātū sufficit ad mollificāduz gūmi ꝛ conficiant̄ cum ficubus nigris.

¶ De cura ꝓpria lapideitatis. CAP. XV.

Cura propria ad lapideitatē ablue cū aq̄ in q̄ decocta sint radices maluauisci: anetū: camomilla: donec rubeat qḋ ē in circuitu lapideitatis qm̄ qñ fortis ē lapideitas locus lapidis nō rubet: deinde ponant̄ pinguedines ꝛ medulle die ꝛ nocte: postea accipe lapidē marcasite ꝛ pone ī ignē donec rubeat. postea rora cū aceto forti. ꝛ pone mēbꝝ desup ꝛ stet sup vaporē vna hora. postea laua cū aceto forti calido ꝛ fiat oīs ista cura per aliq̄t dies: postea molle armōiacū cū aceto forti ꝛ pone d̄sup ꝑ aliq̄t dies: ꝛ postea reuertere ad mollificatiua dōec resoluat̄. ¶ Empl'z ꝓpriū ad resoluēdū lapidē. ¶ Armoniacū oppoponacū bdelliū: galbanū: nitrū sinapis: piretꝝ sulfur: an̄. litargiꝝ quātū de oīb⁹. Coque litargiꝝ cuz oleo dōec fiat spissuz: deide ꝯfice cū alijs medicis: sed mollifica mēbrū ꝛ postea pone medicinā istā desup. ¶ Dixit. H. ꝙ accepit caseū antiquū lōgi tpis ꝛ nasturtiū ꝛ puluerizauit sil'. postea accepit pedes porci antiqui salsi ꝛ coxit: ꝛ cū illa aq̄ nasturtiū ꝛ caseū miscuit: ꝛ fecit empl'm sup iuncturas lapideas ꝛ rumpebat̄ cutis ꝛ exibat venenositas oīs ꝛ

sic patiēs sanabat̄ ꝛ expertus sum illud sepe.

¶ De medicinis que adurunt ꝛ eis non debemus vti nisi in fine egritudinis. CAP. XVI.



Quamuis istis medicis vtant̄ medici in pluribꝰ egritudibꝰ cronicis: magis debēt vti in egritudibꝰ iuncturaꝝ post purgationē ad attrahēdū illud qđ ē in ꝓfundo iuncturaꝝ ad supficiē corpis: ꝛ pp vehemētiā adustionis istaꝝ mediciaꝝ attrahit̄ mā ad supficiē nimis forte: ꝛ ampullat̄ locus: ꝛ in illis ampulis aggregat̄ totuȝ venenū. vnde fortius attrahit̄ mā: qꝛ quāto magis debilitatur ipsa pars: tanto magis declinat ad ipam mā: ꝛ iste medicine sunt valde fortes: ꝛ eis nō debes vti nisi post plenā purgationem.

¶ Emplm̄ attrahens mām ex ꝓfundo iuncturaꝝ ꝛ anche cōburēs. ¶ Nasturtiū piretrū capparis añ. cōficiant̄ cuȝ aq̄ cineris ligni ficus ꝛ pone ligaturaȝ donec cōburat: postea solue ꝛ si nigrescit locus suauiter pone dōec ampulauerit ꝛ aperiant̄ ampulle: ꝛ tūc laua locū cū aq̄ calīa vt cesset dolor: ꝛ vnge cū butiro vt nō cōsolident̄ vulnera. nam quāto diutius fuerit aperta tanto melius erit.

¶ Aliud forte feces vini aduste cataputie cantarides nasturtiū: añ. cōficiant̄ cum succo squille.


¶ Aliud simplex: vnge locū cū melle anacardio donec ampulleт̄ mel anacardi sic fit. pone in forti aceto anacardos ad ignē ꝛ pmitte diu bulire ꝛ mel qđ ꝯtinet̄ in anacardis exibit ꝛ inuenief̄ in aceto ꝛ vsui conseruetur.

¶ De dolore anche ꝛ artetice. CAP. XVII.



Cura ad dolorē anche ꝛ artetice quā ꝯposuit Galienꝰ ꝛ eā laudauit valde ꝛ dixit ꝙ nō ē necessaria alia medicina ꝛ sel' apposita curat ita efficaciter ꝙ si ad bal. delatus fuerit patiens in mula vl' in lecto sine alicuius adiutorio: ad ꝓpria reuertet̄. ¶ Accipe fumiterre viridis in estate ꝛ cōquassa bn̄ cū sepo ꝛ pone sup dolorē anche vl' iūcturaꝝ: ꝛ dimitte duabꝰ horis ligatū: ꝛ si sudauerit patiens in balneo emittet aquā ꝛ dissolue emplꝫ: qꝛ tūc necessaria ē alia cura: ꝛ si remanserit aliquid cum dolore fac eādem curam per. x. vices.

¶ De cura vl' ad dolorē anche. CAP. XVIII.



Signa autem mäe existētis in ista iūctura nō sunt diuersa a signis aliaꝝ iuncturaꝝ sȝ in modo cognoscēdi ꝛ cura ē aliqua diuersitas: ꝛ pp hoc locutus suȝ de ea separatim. ¶ Dico ergo ꝙ ista iunctura est ꝓfunda cooperta multa carne. Vñ medicus nō potest bn̄ cognoscere nec ex calore nec ex colore loci. si aūt apparuerit in eo aliqđ signū manifestū significat̄ ꝙ mā ē valde abundans. Uerbi grā ꝙ si calor vel frigus apparuerit in tactu significat̄ ꝙ maior est ī duplo q̄ȝ appet pp ꝓfunditatē illius iuncture: sȝ ꝑ maiori pte nō manifestat̄ nec in colore vel calore nec ī tactu: ꝛ illud qđ discurrit ad illā iūcturā sunt hūo. flātici ꝛ q̄nq̄ claudunt̄ ibi ꝛ tandē resoluunt̄. Quapp multotiēs relaxant̄ ligamēta istius iuncture pp humiditatē in tantū ꝙ vtebrū resillit a scia: ꝛ hoc ē maius maluȝ qđ pōt accidere in hac egritudine. ¶ Lapideitas vo nō ꝯtingit vnquā: qꝛ nec ego vidi nec aliquē magistroꝝ vidisse audiui. ¶ Cura huius egritudinis hec ē: si viderimus ꝙ sanguis abundet in corpe minuamꝰ de basilica de manu opposita anche infirme ꝛ extrahamus sanguinē sepe: si sanguis nō abūdauerit sȝ infirmꝰ hȝ ex vtute ꝛ calore nāli tm̄ ꝙ nō infrigidat̄ p minutionē eius corpus. minuemꝰ etiā: qm̄ maneries istius cure ē pfecta ꝛ valde bona: postea dabimꝰ vomitū vl' fluxū vētris ꝓuocabimus: vl' clisteria fortia faciemꝰ: ꝛ postea empl'a fortia: ꝛ postea q̄ adurunt si fuerit necesse: ꝛ si apparuerint signa flātis in corpe egri: tūc caue minutionē ꝛ vtere vomitu: deinde fluxu postea ab alyS secūdū ordinē: ꝛ nō ponas sup anchā emplm̄ nec vnguētuȝ ante eūatiōes corpis: sed si dolor augmētaret̄ añ purgatiōeȝ corpis pōemꝰ medicias habentes calorē tēperatū q̄ possunt sedare dolorē ꝛ nō attrahere mām: vt camomilla ꝛ semē lini ꝛ vngemus cuȝ oleo de alcana vel oleo aneti. Qm̄ vnguenta ꝛ empl'a ꝛ alia qn̄ corpus fuerit plenū multꝭ humoribꝰ attrahunt humores ad iuncturas ꝛ nocent multū qm̄ magis attrahunt q̄ȝ dissoluunt: ꝛ hec ē cā q̄re nō debemꝰ apponere aliqđ emplm̄ frigidū ī passiōe sciatica: quāuis sit ex cal'a cā. Emplastris frigidis nō īdigemꝰ in passiōe huiꝰ iuncture quāuis cōburatur ex calore: qm̄ nulla ē medicina tā fortis q̄ possit expellere mām a loco suo: sed īducit maius malū: qꝛ claudit poros: ꝛ retiet̄ mā: et facit accidere maiorē dolorē: ꝛ sollicitudo nr̄a nō dȝ eē nisi circa attractionē eius qđ ē in profundo illius iuncture ad supficiē corpis. Quapp vtimur emplastris ꝯburentibꝰ vel cū igneipso si necesse fuerit: et postea cū corpus fuerit euacuatū p vomitū vtemur medicinis laxatiuis q̄ attrahūt flā: et supfluitates mucillaginosas: vt cucumere asinino: colloquintida: centaurea et hꝫ: ꝛ aqua aloes mirabil'ē ad hoc: qm̄ q̄nq̄ frequēter accipitur donec fit dissinteria: sȝ tn̄ añq̄ fiat curat̄ egritudo. ¶ Et sis memor vt nō vtaris medicia laxatiua ante vomitū in hac egritudie oio: qm̄ multotiēs augmētat̄ dolor p attractionē mäe inferius. ¶ Unde debes p̄mo ꝓuocare vomitū post repletionē a cibis diuisiuis qbꝰ prepant̄ hu. ad vomitū: ꝛ qn̄ infirmus vsus fuerit ad vomitū sepe: tūc ꝓuoca vomitū in mane cū medicinis leuibꝰ: ꝛ debes īterponere aliquot dies inter vtrāq̄ euacuationē vt qescat corpus: ꝛ prepares illud ad euacuationē ꝛ max. ī fine egritudinis: qm̄ tūc debes ponere spaciū iter duas eūationes longius: qm̄ tūc vtus ē debilis: ꝛ si vtus fuerit debilior adhuc magis longū spaciū ponemꝰ: ꝛ dabimꝰ cibaria multi nutrimēti pauce supfluitatis: sicut panis calidus bn̄ fermentatus ꝛ bene coctus: ꝛ vitelli ouoꝝ ꝛ carnes minoꝝ auiū ꝛ vinū clarū tēperatū in qualitatibꝰ: qm̄ ista egritudo ē cronica: ꝛ in diebꝰ quietis da medicinas quas in cura mäe flātice diximꝰ: ꝛ eliges ex eis fortiores vel debiliores secūdū fortitudinē vl' debilitatē mäe: ꝛ caue a cibis multa supflua generātibꝰ ꝛ ab ebrietate. ¶ Et sustineat famē quātū poterit ꝛ cibū sumat in tali quātitate in qua maior fiat restauratio q̄ȝ facta fuerit deperditio. ¶ Et caueat ab ambulatiōe ꝛ balneo ꝛ equitatiōe ꝛ retētione vrine ꝛ stercoris ne declinēt supfluitates ad anchas ꝛ iter duas eūatiōes vtatur vomitu. ¶ Et qn̄ intellexerimꝰ ꝙ sufficiēter fuerimꝰ vsi medicinis laxatiuis faciemꝰ clisteria sanguinē educentia ꝛ apponemꝰ empl'a cōburētia ꝛ ponemꝰ in balneo calido ꝛ ponemꝰ vētosas sup anchas cum igne.

¶ De curatiōe sciatice passiōis. XIX.



Infirmitas hec ē dolor fortis in longitudie pedis ex ancha vsq̄ ad extremitates digitoꝝ silis chorde extēse: ꝛ forte nō pueniт ad pedē: sȝ terminat̄ apud iuncturā anche: aut ī medio iūcture cruris: aut apud genua: ꝛ fit ex repletiōe vene ad vtrūq̄ pedē veniētis ex pte inferiori quātū partiū vene venientis a gibbo epatis: ꝛ forte erit repletio eius ex puro sanguie sicut alterius sanguinis qui ē in corpe: ꝛ fit forte ex sanguine grosso ꝛ nigro: ꝛ forte erit ex humoribꝰ descēdentibꝰ ad īferiora corpis. ¶ Primus aūt modus accidit in corporibꝰ multi sanguinis qn̄ vtunt̄ ambulatiōe ꝛ equitatione ꝛ carnibus ꝛ vino ꝛ rebꝰ alyS dulcibꝰ ꝛ sentit infirmus calorē intēsiuū cū extensione doloris: ꝛ forteȝ sentit cal'. in loco p queȝ extendit̄ illa vena: maiorē apō tactū. ꝛ hoc ē qꝛ multū replet̄ ista vena quare sp̄s ꝯculcant̄ ꝛ fit putrefactio. ¶ Et cura istiꝰ pas

Nõis ē minuere sanguinē ex vena anche vbicūq3 apparue-rit ex pte sinistra: si aūt nō apparuerit minue aliquē de ramis q sunt in dorso pedū ⁊ in medietate extrinseca.s. in pte auricularis ⁊ medy digitoꝝ pedū: qm̄ rami q sunt ī ista pte ramificant̄ ex vena illa. illi aūt q sunt in pte intrinseca ramificant̄ ex vena q̄ dicit̄ saphena: ⁊ iste due vene .s. saphena ⁊ anche vena: quāuis ambe diuidant̄ ex eadē vena apud genu: tñ melius ē minuere ex vena anche aut ex eius ramis q̄ ex saphena. Immo melius q̄ ex vena que in genu ē: ex qua vena ista ⁊ saphena diuidunt̄. ⁊ pp h̄ medici vtunt̄ minutiōe istius vene p experiētiā: nos aūt iam cōsiderauim⁹ ⁊ expti sumus multotiēs ⁊ inuenimus ipm esse sicut dixim⁹ ⁊ laborauim⁹ multū ad inueniēdū rationē in ipso: ⁊ credimus q̄ iā inuēta ē: sed nō est locus eā dicendi: ⁊ debem⁹ ex ista vena minuere post minutionē3 de basilica ex manu pedi opposita ⁊ maxime qn̄ corp⁹ plenū fuerit: postea subtiliam⁹ dictā ⁊ ꝓhibem⁹ motū ⁊ equitationē: ⁊ iste modus nō indiget alia cura.

Secundus modus ē: vt minuas in principio de eadē vena: postea damus medicinas laxatiuas q̄ attrahūt mliā: sicut ē epith. polip. mirabolani indi agaricū ⁊ h̄ꝯ. abstineant a cibis generātib⁹ melācoliā: sicut est panis opirus nō bñ fermētatus ⁊ fabe ⁊ lentes ⁊ pāis ordeaceus ⁊ carnes vaccine ⁊ salite ⁊ salsa ⁊ vinū spissum ⁊ caules ⁊ h̄ꝯ. ⁊ cibaeū cū his q̄ generāt sanguinē subtilē sicut pulli edi ⁊ vinū albū ⁊ vtat̄ balneo vt minus generet̄ de spisso sanguine.

Tertius aūt modus raro contingit: ⁊ eius signa sunt ista mortificatio ⁊ frigus in pedibus: ⁊ alleuiat̄ fame ⁊ motu ⁊ siti ⁊ sudore ⁊ grauat̄ cibo multo: ⁊ potatiōe multa aque frigide: ⁊ vino limphato: ⁊ incipiem⁹ curare cū vomitu ⁊ medicina laxatiua q̄ educit flegma sicut diximus in cura anche: ⁊ dabim⁹ oximel ⁊ in dieb⁹ qetis ꝓpinabimus elaria antiqua. sicut yerarufi. ⁊ tiriaca. iiy. specieꝝ: aut leuiora istis: ⁊ si aliqd ex egritudine remāserit cōburemus cū igne .s. vna ꝯbustio fiat sup iuncturā anche: alia in coxa super locū dolētē: ⁊ altera in crure sup locū dolentē: ⁊ reliq̄ sup dorsū pedis: qđ quidā faciūt in digitis pedū subtus.

De p̄seruatiōe a dolorib⁹ iūcturaꝝ ex sanguie. XX.

Cause quib⁹ fiunt dolor iuncturaꝝ sunt. iij: prima ē augmētatio humoꝝ. secūda est fortitudo mēbroꝝ ꝑncipaliū potētiū expellere superflua. tertia ē debilitas mēbroꝝ recipientiū: secūda aūt istaꝝ triū causaꝝ .s. fortitudo mēbroꝝ ꝓhiberi nō debet: s3 d3 cōseruari in sua dispositiōe. Tertia aūt .s. debilitas mēbroꝝ nō d3 curari nisi post mundificationē corpis cū fueris securus ne supfluū decurrat ad aliqđ nobile mēbꝝ: ⁊ hec ē radix cōseruationis a dolore iuncturaꝝ. Dicamus ergo q̄ conseruatio ab egritudine iuncturaꝝ ex sangui. ē abstinētia a carnib⁹ a vino: ⁊ reb⁹ dulcib⁹: ⁊ cibis multi nutrimēti: ⁊ vsus aceti ⁊ lentiū: ⁊ agreste: ⁊ cōponas sua cibaria ex his reb⁹: sicut illud qđ fit ex aceto ⁊ lentib⁹: ⁊ vt illud qđ fit de carnib⁹ vituli cū aceto aut pullis cū agresta ⁊ similibus: ⁊ vtatur fructib⁹ vt malo granato ⁊ dimittat ficus virides ⁊ vuas dulces: ⁊ si infirmus nō pōt abstinere a carnib⁹ dabim⁹ ex eis q̄ minus nutriūt: sicut sunt galli: ꝑdices: ⁊ edi cocti cū aceto: ⁊ si voluerit vinū bibere bibat paꝝ tēperatū qđ nō sit nimis forte nec nimis antiquū: ⁊ si biberit aliquātulū forte: bibat postea sucū agreste vł acrumē pomi ci. ⁊ aquā mellis cū aqua rosata ⁊ caueat saturitatē: ⁊ si etiā acciderit statim euomat: ⁊ hec ē eius dieta in cibo ⁊ potu: sed in somno ⁊ vigilys ⁊ motu ⁊ quiete debet eē mediocris. sanguis. n. multiplicat̄ ex mlto somno ⁊ nimia quiete ⁊ acuit̄ ⁊ calefit ex multitudine exercity. quapp nō debet vti aliquibus istoꝝ. Coitus aūt est pessimus oībus passionibus in iuncturis: ⁊ si aliquando acciderit sit ante cibū ⁊ potum ⁊ caueat a balneo. Et cōsiderem⁹ quotidie pulsum ⁊ col. faciei ⁊ corporis: ⁊ si viderimus signū augmentationis sanguinis ex multo cibo minuemus ex eo: ⁊ si fuerit ex multo somno ⁊ quiete reuocabimus eū ad motū ⁊ vigilias. Cum aūt adhibuerimus circa infirmū cōsiderationē istā: ⁊ fuerit obediēs nō aggregabunt̄ in corpore eius superflua: ⁊ si superuenerit aliqua accessio debemus cōsiderare ī ipsis temporibus accessionis. ⁊ si viderimus signa repletionis minuemus si signa fuerint fortia. Si autem signa fuerint pauca ⁊ debilia nō minuem⁹. Si accessio venerit cito minuem⁹ ⁊ cōfortabimus mēbrū ⁊ dabimus inspissantia sanguinē ⁊ ꝓhibentia fluxū eius vt accessio cito recedat ⁊ fiat leuis. Et ego curabā quēdam hominē ex passione calida iuncturarū: cui etiā solebat venire accessio fortis in fine veris: ⁊ preseruaui ipm ab accessione annis tribus. in quarto autē anno contigit eū agere iter: q nō potuit cauere a contrarys: ⁊ postea vidi ipm: ⁊ dixi ei q̄ si nō minueret sibi veniret sibi accessio: ipse v° credebat se sanū esse ab egritudie: ⁊ ideo nō curauit: post paucos aūt dies sensit dolorē paruū in nocte in genu q nō curauit. sed vinū bibit: cū aūt peruenit in nocte arripuit eū dolor fortis: ⁊ mane ego veniens extraxi de sanguine. lib. 5. ⁊ permisi sic duab⁹ horis: ⁊ posui desuper ⁊ sandal. rube. ⁊ acetū ⁊ aquā rosatā ⁊ extraxi de sanguine iteꝝ. lib. 5. postea addidi cū eo emplastro balaustias ⁊ nocte illa cessauit ꝓ maiori pte dolor: ⁊ alia die extraxi de sanguie lib. 5. ⁊ oīo cessauit dolor ⁊ multotiens silibus isti istud accidit.

De p̄seruatiōe a dolorib⁹ iūcturaꝝ ex colā. XXI.

In preseruatiōe a passione iuncturarū de colera: debemus prius cōsiderare vitiū humoris: si ē seruans qualitatē colere nālis: aut si ē magis acutus ⁊ vehemētioris qualitatis. Si aūt signa que apparēt in iuncturis sint signa apostematis colere ꝓprie: scias q̄ illud supfluū colericū est naturale: ⁊ si in iunctura fuerit maior dolor ⁊ calor fortis ⁊ nō apparuerit corpus apostematis: ⁊ dolor fuerit fortis: scias q̄ illud superfluum ē vehemētioris caliditatis q̄ co. naturalis. Uñ dixerūt qdā medici q̄ quidā ē modus dolo. iuncturarū ex malitia cōplexionis tantū: ⁊ nos iā fecimus librū prolixum: ⁊ adhuc faciem⁹ inquirendo istas questiones: dico ergo q̄ in tali loco debemus vti euōne: ⁊ alterare cꝯplōnē sed in pria dispositione debemus magis euacuare q̄ in secunda ⁊ in dispōne secūda magis debemus alterare q̄ in pria dispositione. Quando vero nos sciuerim⁹ q̄ materia descēdit in iūcturis euacuabim⁹ co. max. in dispositione sanitatis ꝓpe accessionē ⁊ cauebimus ab eis q̄ generāt co. sicut a rebus dulcibus ⁊ grossis sicut vinū coctū: melçuchaꝝ: butirū oleū: nuces ⁊ silia. et gñal'r fit ei⁹ dieta quā nos dixim⁹ in pa. iuncturarum ex sanguine: sed magis humida: ⁊ vtemur aqua or. cucur. cucu. portulace ⁊ premittemus eū vti rebus acribus: quāuis enī acria desiccent: tñ furiositatē co. reprimūt ⁊ mortificāt eius acumē. ⁊ vtant̄ balneo dulci magis q̄ in dolo. ex san. ⁊ aspiciemus quotidie eius pulsum ⁊ vrinā ⁊ si viderim⁹ signa co. dabim⁹ medicinā. Si aūt materia fuerit acuta superflua ⁊ corpus fuerit macrū nō vtemur euacuatiōe pri⁹ nisi itellexerim⁹ q̄ hu. ille cū malitia eius est multus: ⁊ hoc declarabit̄ ex dispositiōe eius .s. iuncture. qm̄ quādo n̄ appuerit apostema significat̄ q̄ hu. operans nō est multus ⁊ econtrario. Sit aūt cibus ei⁹ aq̄ ordei cū viscositate psily: ⁊ dabis ei aquā cū vino: ⁊ ablue mēbrū cū aqua dulci tepida: ⁊ in ea intrare permittat̄ post comestionē: ⁊ comedat parū in die sed sepe. ⁊ dormiat multum: ⁊ nō laboret oīo: sed sit in quiete ⁊ vtere maiori euacuatione co. pure: ⁊ quotidie pone empl'm fri. sup epar: ⁊ dabimus bibere aquā de sanda-

lis ꝛ vuā caninā: ꝛ cū cessauerit acumen ꝛ calor dabimus plus de cibo ꝛ vinū limphatum: ꝛ dictabim⁹ dieta illius q vult impinguari: ꝛ cū corpus eius fuerit pingue ꝛ susceperit carnē tunc sanus erit.

De pseruatiōe a dolorib⁹ iūcturaꝝ de flāte. XXII.

Si materia fuerit flā caueat a cibis mlte supfluitatis: sicut a carnibus arietinis ꝛ ouinis: ꝛ vino nouo ꝛ lacte ꝛ piscibus fructib⁹ humidis ꝛ sufficiāt ei res assate ꝛ carnes minoꝝ auiū ꝛ que sunt pauce. supfluitatis: ꝛ vtat̄ salsis: subtilib⁹ iuuantib⁹ digestionē. s. que fiunt ex carui. cimino origano ane. ꝛ sinapi ꝛ hꝫ. ꝛ vtatur electuarijs calidis ꝛ vino antiquo pauco ꝛ caueat a repletione cibi ꝛ potus: ꝛ si aliquādo comedat multū ꝓuocet vomitū: ꝛ sudet in balneo multū añ cibū: ꝛ nō comedat post motū statim sed paruꝫ postea. ꝛ fricentur eius iuncture in balneo fricatione forti cum nitro: ꝛ nō dormiat in die oīo sed dormiat nocte tota: quoniā si vigilauerit de nocte corrumpetur digestio ꝛ multiplicabunt̄ superflua: ꝛ cū intellexerimus ꝙ in corpore multipli. superflua dabimus medicinā extrahentem ea secundum necessitatem et incipe prope tempus accessionis. Et nulla medicina est ita iuuatiua ī pseruatiōe a dol. iūcturaꝝ sicꝰ ꝓuocatio vrine: et medicine quas debemus dare ad remouendā istaꝫ pas. sunt yeraruf. et tyriaca quattuor specierum et huiusmodi. qm̄ iste sepe abstulerunt pas. hominibus qui eas sepe tolerare voluerūt: et generaliter dico ꝙ oēs maneries euacuationis vt vomitus: minutio: potio laxatiua: ꝓuocatio vrine: sudor quādo fuerint suo vsc loco auferunt dolorē oīo nisi infirmus cū hoc fuerit vsus repletione cibi et potus: quoniaꝫ si membra fuerint vacua et venter plenus fuerit attrahūt supfluitates magis q̄ȝ solent attrahere. Quapropter precepit galienus ꝙ nullus medicorū susciperet aliquē istorū q patiūtur in iuncturis: cura nisi sit sapiēs et obediens medico. sed si aliquando contingat accipere aliquē nolentiū obedire eorū medicina melior est vomitus. per istū enim euacuatur flegma: et consumitur. sed tamē nō debes frequenter eo vti ne stomachus debilitetur: et similiter da medicinam fleg. purgantē fortiter: et species flegmatis purgantes si infirmus nō potest se abstinere a vino: et cibus eius nō bene digeritur absq̄ȝ eo apponem⁹ vinuꝫ ex vuis pas. et melle et se. apy. Dixit enim galienus ꝙ illa potio valetnimis in passione iuncturarū: et qui solet pati in iuncturis quando paruꝫ hu. in eo augmentatur debet vti euacuatiōe in diebus quietis: et fricare iuncturas cū sale et oleo forti fricatione. hoc enim est valde vtile vt iuncture nō recipiant superfluitates: et in dissoluendo qđ est in eis fluxū: et si remanserit aliquid post egritudinē mutabimus a villa in qua iacet ad aliā villā calidiorē. Et caue si aliquando feceris cauteriuꝫ et prohibueris mēbrū ne recipiat superfluū vt euacues corpus paulatiꝫ ne superfluitates que solent currere ad aliud membrum reuertantur ad aliquod membrū nobile. Ego. n. vidi plures mori subito eo ꝙ nō fuerāt eūati post cauteriçatiōeꝫ.

De pseruatiōe a dol. iūcture anche et sciatice. XXIII.

Cura istius iuncture eadē est cum cura aliarū: sed vomitu in ista dꝫ magis vti et potiones laxatiue debēt esse fortiores et cauere a coitu. equitatiōe. et ambulatione et maxime prope tempus accessiōis: et ꝙ nō dormiat eger super lesam anchā. Modus autē sciatice que contingit ex repletione sanguinis debet curari sicut curatur passio iuncturarū ex sanguine: et magis: qꝛ nō debet ambulare: nec onus magnū ferre nec erigere a terra lapidē. Modus auteꝫ qui contingit ex humiditate ad venā illā proueniente: debet curari sicut curatur passio iuncturarū ex flegmate. Medicamen nobile qđ sumat eger vna die et dimittat vna die in omnibus diebus anni: excepto mēse iuny et iuly: et excepta medietate augusti: et sumat ex eo aureū vnū cū. ℥. i. aque mellis postq̄ȝ mane assellauerit: et si aliqua die nō assellauerit nō sumat medicinā donec assellhauerit per clistere vel per aliqđ tale et nō comedat post medicinā per decē horas: et debes eū custodire sicut diximus in passione iuncturaꝝ ex flegmate. ℞. camedreos: centauree minoris añ. ʒ. vij. aristologie. ʒ. vj. gentiane. ʒ. vi. petrosil. ʒ. iiij. spice nardi: spice romane: añ. ʒ. i. agarici. ʒ. ij. aggregentur cum melle.

Aliud nobile et expertū. ℞. seminis apy. ʒ. x. petrosil. et rubee tinctorū añ. ʒ. xv. assari aristologie ro. radic. capparoꝝ gentiane añ. ʒ. vj. agarici: çurungē añ. ʒ. xv. iuniperi cinamomi añ. ʒ. x. aggregent̄: et sumat quotidie ꝑ totā hyemem aureuꝫ. i. hoc enim tempus melius est ei perfectius istis medicinis. Medicamē dyatessaron expertū. ℞. camedreos camepiteos gentiane se. rute añ. sumat quotidie per hyemē aureū. i. ꝛ dimittat in estate.

Aliud qđ aufert dolorē iuncturarū. ℞. reubarbari: peonie mirre: spice: nardi: añ. ʒ. xx. foly. ℥. i. gariofilorū grana xv. aristologie gentiane añ. ʒ. 30. sumat quotidie aureuꝫ. i. post digestionē cibi: ꝛ debet incipere ī equinoctio autumnali: ꝛ sumat per. 50°. dies ꝛ interponat. xv. postea per. 50°. ꝛ iterū dimittat per. xv. tādiu sic interponendo. xv. sumēdo. 50°. donec sumat. ccc. ꝛ. 60. vel. 55. vicibus ꝛ dimittat accipere a medietate iuny ꝛ ꝑ totuꝫ iuliū ꝛ medietatē augusti: et nō comedat nisi post nouē horas. Cura. que fit ex oleo vulpis quo vtimur in passione iuncturaꝝ sic fit: accipiatur caro vulpis et ponat̄ in caldario magno pleno aq̄ et appone sal et anetuꝫ. et bulliat donec caro dissoluatur: et solūmodo ossa remaneant: et aqua illa ponatur in tina ꝛ intret eger et ponat̄ in ea ꝑ duas horas: et postea exeat: et in meridie aquā eandē intret sicut primo et in nocte similiter. ꝛ sic illud fiat in principio mensis tribus diebus:

Unguentū ad dolorē iuncturaꝝ quo debes vti ꝑ totam hyemeꝫ. ℞. salis gēme: aluminis: tartari: añ. confice cum oleo antiquo.

Aliud. allumen: sal. oleum antiquum.

Aliud. almuri oleū antiquū et si ā pulauerit loc⁹ meli⁹ ē.

De medicinis simplicibus valentibus in istis casib⁹ virtutibus suis. CAP. XXIIII.

Quamuis ego declino paruꝫ ad has res tamen bonuꝫ est scribere in libro nostro vt remaneat tractatus sine eis que dixerūt antiqui. Dixit tortor. si sciderid pedeꝫ rane ꝛ ligaueris sup pedē podagrici ꝑ tres dies curatur: ita ꝙ dextrū pedē rane ponas super dextrū patientis ꝛ econuerso. Et dixit finicinus qui cōposuit librū de lapidib⁹: ꝙ magnes si fuerit ligatus ī pede podagrici curat̄. Et alius philosophus dixit si accipiat̄ calcaneus aquile ꝛ ponatur ligatus super pedē egri curatur ita ꝙ dexter sup dextrū ꝛ ecōuerso: ꝛ iurauit ꝙ sit verum ꝛ dixit tortor ꝙ si ponatur pes testudinis super pedeꝫ podagrici curatur.

De ventosa q̄ ponit̄ sup anchā ꝛ cauterio. XXV.

Accipiatur vētosa cuius caput sit ad mēsurā palmi ꝛ accendatur cuꝫ igne ꝛ sit figura amplitudinis ad mēsurā anche ꝛ claudatur os angustuꝫ bene. ꝛ ponatur sup anchā: ꝛ statiꝫ adherebit: ꝛ sic dimittatur duabus horis: ꝛ post remoueatur ꝛ abluatur loc⁹: ꝛ iterū superponatur donec vesicetur. Modus cauteriçandi ancham cauteriçatur multis modis sed leuior est iste. Accipiatur instrumentū ad modū coclearij ferrei ꝛ sit diametrū eius sicut medietas palmi ꝛ fiant in circuitu eius quinq̄ȝ emi

nentie ad formā ossiū dactiloꝝ: ⁊ mittatur ad ignē donec rubeat deīde ponat̄ sup pixidē anche: ⁊ eger iaceat sup latus sanū: ⁊ cauteriçet̄ qnqꝫ cauterijs vna positiōe instrumenti: postea ponant̄ empl'a de butiro vt vulnera pmaneant apta donec venenositas tota exierit: ⁊ cū volueris cauteriçare debes egrū ponere tali mō ꝙ acumē anche appere possit. deīde fac sup ipꝫ circulū post cauteriçabis.

¶ De qbusdā empl'is ⁊ vnguētis sedātibꝰ dolores iūcturarū tā calidos ꝗ̄ fri. ⁊ lenietibꝰ durities cap. XXVI.



Emplastrum valens podagre sedat dolorē, puocat somnuꝫ. ℞. amidi. ʒ. x. sandaloꝝ rubeoꝝ. ʒ. v. acatie. ʒ. ij. mirre croci opij aloe aā. ʒ. i. mole ⁊ ɔfice cū aqua vue canine vel plantaginis mitte guttas olei ro. ⁊ vtere a pncipio egritudīs. ¶ Ad podagricos calidos aliud exptū ⁊ ad fortē dolorē ⁊ ad apata sanguinea repellit māam ⁊ cōfortat locū sedat dolorē. ℞. se. nasturtij farine ordei psilij: misce panis bn̄ fermētati cādidissimi: aque ro. aā. cōfice cū succo plantaginis vl' portulace ⁊ mitte oleū rosatū cū albumie oui ⁊ pone desup qn̄ incipit gescere dolor adde quartā ptē vitelli oui ⁊ paꝝ croci. ¶ Ad vehemētiā doloris empl'm mirabile. ℞. rob. de musto aq̄ plantagīs maluauisci albumīs oui aā. ʒ. ij. confice ⁊ mitte semē citonioꝝ farine fabaꝝ: ⁊ farine or. aā. ʒ. i. acatie lapidis armenici sandaloꝝ citrinoꝝ: memithe aloes succotrini: croci aā. aureū. i. aggrega totū ⁊ mitte cere ⁊ olei rosati aā. ʒ. s. cōmisce crocū ⁊ vtere: ⁊ cuꝫ cessauerit dolor adde olibani ⁊ mirre aā. aureū. i. ⁊ duo vitella ouoruꝫ.

¶ Empl'm formicarū ad dolorē podagre calide ⁊ multotiens pbaui ipm ⁊ inueni mirabile. Accipe de terra formicarū a loco limpido. ʒ. ij. farine ordei. ʒ. i. foli. ro. ʒ. s. farie fabaꝝ. ʒ. s. malue mandragore aā. ʒ. vi. Coq̄ maluā ⁊ mādragorā in tribꝰ libris aq̄ vsqꝫ ad medietatē. cola ⁊ cōfice alias medicinas: pulueriça: postea mitte in mortario ⁊ misce cū eo tria albumina ouoꝝ ⁊ duo vitella ⁊ tres. ʒ. croci pista totū bene ⁊ superpone: ⁊ nō ē necessariū aliud emplastrum nec alia cura.

¶ Empl'm de creta qd̄ cōfortat mēbꝝ ⁊ sedat dolorē ⁊ debes eo vti cū vehemētissimus fuerit dolor. ℞. crete mollite ⁊ resolute. ʒ. i. amidi de ordeo facti cū aq̄ rosaꝝ vl' cuꝫ aque cucurbite. ʒ. s. misce totū ⁊ pone in mortario ⁊ pista bene ⁊ remolli cū albumine oui fac cerotuꝫ ⁊ superpone.

¶ Empl'ꝫ psilij qd̄ pdest calori ⁊ dolori podagre: ⁊ debes eo vti in corporibꝰ calidis. ⁊ tpe calido: mitte psiliū in caldario ⁊ cooperi aq̄ ⁊ coq̄ diu postea repone in mortario ⁊ appone micas panis remollitas in aceto mixtas cū aq̄ rosarū. cōgrega ⁊ misce cū pauco oleo ⁊ vtere.

¶ Empl'm bonū mirabile quo potes vti a pncipio egritudinis vsqꝫ in finē valet nimis. Accipe fabas cuꝫ corticibꝰ suis ⁊ iniubas coq̄ in aq̄: ⁊ postea cola ⁊ aquaꝫ reponas in caldario nouo. postea accipe se. maluauisci: seis citoniorū se. portulace: seis lactuce: se. papaueris albi aā. ʒ. ij. se. plantaginis aneti ⁊ feniculi: folioꝝ rosarū ⁊ semis cauliū mandragore sand. citrinorū aā. ʒ. i. coq̄ totum in aq̄ plātaginis ita ꝙ cooperiant̄ medicine donec remaneat medietas: ⁊ cola ⁊ misce tantūdē olei rosaruꝫ: coq̄ quousqꝫ consumat̄ aq̄ ⁊ remaneat oleū: postea pondera oleū ⁊ cuilibet pōderi. ʒ. ij. appone. ʒ. ij. cere albe ⁊. ʒ. ij. de sepo de renibꝰ vituli misce totū ⁊ vtere ex eo cū opus fuerit. ⁊ si podagra fuerit ex frigida cā appone mirre croci aā. ʒ. i. ⁊. s. cuilibet. ʒ. ij. ⁊ si fuerit ex calida pone acatie opij aā. ʒ. i. ē enim mirabile: ⁊ si volueris ponere opiū pone quartā ptē. ʒ. i. cāphore: ⁊ si volueris soluere duritiē pone empl'm simplex. ʒ. ij. ⁊ pinguedīs aquile bdellij dissoluti in lacte vel rob de musto. ʒ. i. misce ⁊ pone sup duritiem.

¶ Unguentū valens ad podagrā calidā ⁊ frigidā ⁊ sciaticaꝫ ⁊ duritiē ⁊ ad apata dura. Accipe septē vespertiliones ⁊ pone in caldario ⁊ cooperi in aqua coque vsqꝫ ad medietatē: postea cola: ⁊ pone tantūdē olei ro. ⁊ frusta salicis: ⁊ coq̄ vsqꝫ ad cōsumptionē olei ⁊ vtere: ⁊ in passionibꝰ frigidis adde medicinas calidas: ⁊ ecōuerso scias ꝙ istud vnguentū i causis calidis ⁊ frigidis valet nō ex q̄litate sua: sed quadā virtute occulta.

¶ Empl'm de semibꝰ valēs i talibꝰ causis. ℞. se. papaueris albi. semis cucurbite: seis aneti ⁊ lini ⁊ maluauisci aā. ʒ. i. ⁊. s. Coq̄ totū cū media libra aq̄ vsqꝫ ad medietatē: deinde cola ⁊ appone oleū antiquū si fuerit hyems. si estas oleuꝫ rosaꝝ secūdū pondus aque. deinde coquat̄ ad ignē donec cōsumat̄ aqua ⁊ remaneat oleū: deīde colet̄ ⁊ mitte cerā albā ⁊ pinguedinē renū vituli tertiā ptē ⁊ cuilibet. ʒ. pōe. ʒ. i. acatie ⁊. ʒ. i. aloes ⁊. ʒ. i. croci ɔfice: ⁊ qn̄ volueris vti eo in podagra calida: accipe aquā ⁊ mitte i ea. ʒ. i. cōche pulueriçate. lapidis ar. ʒ. i. farine ordei. ʒ. i. seis bismalue. ʒ. i. ⁊ aurea duo: cere aureū. i. s. cū aqua rosaꝝ cōficiant̄ ⁊ terantur. ¶ Et dixit mihi qdā phisicus monachus ꝙ cū qdaꝫ socius eius eēt podagricus ⁊ fuisset multo tpe in cura eiꝰ vidit in somnis Galienū: q dixit ei. accipe colloquintidā ⁊ pulueriça cū bdellio confice cū aqua cauliū ⁊ maiorane ⁊ pone desup tepidā q altera die ideꝫ fecit ⁊ curatus ē ex podagra frigida. ¶ Aqua qua abluit̄ mēbruꝫ ex frigida cā podagricū. Accipe folia salicis ⁊ medietatē çurungez: fabarū lupini aā. plenā manū cū aqua coque. ⁊ iunge pānū ⁊ membꝝ ablue. ¶ Diaquilon valens apostemati duro ⁊ podagre. ¶ Accipe psilij aurea viginti iusqami albi. x. aur. fenugreci: seminis lini. aā. aurea viginti: se. cucurbite seminis papaueris albi aā. aur. x. ⁊ misce cū aqua calida: ⁊ maneat i ea die ⁊ nocte: ⁊ postea accipe eius spumā in mane: ⁊ coque cū oleo ⁊ litargiro ⁊ bdellio aā. aurea viginti ⁊ de oleo quantū sufficit. Coque quousqꝫ illud fiat duruꝫ ⁊ vtere in duritiebus ⁊ nodis.

¶ Empl'm ad apata dura melācolica ⁊ flātica ⁊ nodos podagre et spasmū qui ɔtingit in iuncturis: dissoluit nodos et remouet spasmū. ℞. bdellij. ʒ. xxx. pone i olla terrea cū aceto. ʒ. i. rob. permitte donec remolliat̄. deīde mitte. ʒ. s. mellis: pista donec fiat sicut medulla et tūc adde olibani oppopona. armōiaci mirre. aā. aureū. i. postea pista i mortario deīde misce olei camomille. ʒ. ij. olei antiqui. ʒ. i. pinguedinis galline et anseris. ʒ. i. pinguedinis aquile. ʒ. i. pinguedinis vituli. ʒ. ij. cōfice et vtere ⁊c̄.

¶ Tabula capituloꝝ huius libri. s. de egritudibꝰ puerorū.

1 De sabafati pueroruꝫ.
2 De fauositate eorum.
3 De magnitudine capitis.
4 De iflatiōe vētri pueroꝝ.
5 De sternutatiōe pueroꝝ.
6 De vigilijs puerorum.
7 De epilepsia.
8 De matre pueroꝝ.
9 De sanie aurium.
10 De veneno fluēte ex aure
11 De morbis oculoꝝ.
12 De obliquitate visus.
13 De egritudinibꝰ dentiū.
14 De pustulis oris.
15 De vomitu.
16 De fluxu ventris.
17 De constipatione.
18 De tussi.
19 De pruritu et vesicis.
20 De lumbricis.
21 De eminētia vmbilici.
22 De crepatura pueroꝝ.
23 De lapide i vesica puerorum.
24 De relaxatione puerorum.

¶ Abubatri filij çacharie araçi. Libellus de egritudinibꝰ pueroꝝ et earū cura q appellat̄ practica pueroꝝ.

¶ De sabafati pueroꝝ. CAP. I.



Sabafati accidit pueris et forte accidit in facie et in capite et generatio eius ē pp multitudinē sanguinis ⁊ humiditatē cutis et signuꝫ eius ē vulnera parua ex qbus exit humor q expandit̄ i fa

cie et in capite:et cũ eis accidit pruritus q̃re puer plangit vigilat: ⁊ ꝯqueri̅t: ⁊ incipe in eoꝝ cura corrigẽdo cibũ nutricis:deĩde tonde caput pueri cũ psilotro:deĩde suppone desup folia atriplicis: quoniam forte curatur per hoc tantũ.quoniam ista folia sugunt venenum:aut pone desuper istud vnguentum.

¶ Unguentũ valens ad sahafati que accidit in capitibus pueroꝝ. ℞. ceruse litargiri aã.ʒ.v.lixiuij de cinerib⁹ vitiũ .ʒ.iij.olei ro.℥.i.cere.ʒ.ß.lique fiat cera cũ oleo rosato: ⁊ terantur medicine: ⁊ conficiantur cũ vitellis duoꝝ ouorum assis. deĩde vnge cũ eo caput pueri.

¶ De fauositate pueroꝝ. CAP. II.

Passio que dicitur fauositas mell'ẽ species sahafati: ⁊ tũc sup vulnera apparẽt quedã squame ⁊ scalpitur cutis cũ magno pruritu: ⁊ exit ex eis qđ ẽ quasi mel: ⁊ cura eius est vt quotidie tondatur caput ⁊ abluatur cũ aqua mentastri ⁊ maiorane ⁊ saturegie:deĩde vngatur cum isto vnguento. Accipe litargiri ceruse aã.auř.ij. sulfuris ⁊ argenti viui:aureũ.i.olei rosati ptes duas: aceti partẽ vnã misceantur ⁊ conficiantur cũ oleo rosato ⁊ aceto donec fiat vnguentũ: ⁊ vnge cum eo sero ⁊ mane: ⁊ caput ablue cum illa aqua.

¶ De magnitudine capitis pueroꝝ. CAP. III.

Accidit quibusdã pueris ꝙ exeant cũ magno capite: ⁊ post exitũ augmentatur vltra mensurã debitã. Et ego vidi puerũ cuius caput adeo augmentabatur in longitudĩe et latitudĩe ꝙ corpus eius sufferre nõ poterat ⁊ nõ cessauit augmentari quousq; mortuus ẽ puer. ¶ Magnitudo autẽ capitis aut erit ex ventositate generata in ossibus capitis:aut ex aggregatione aque incluse in eo que nõ inuenit viã exitus: ⁊ incipe in cura eius purgãdo caput nutricis cũ yeris magnis: ⁊ caueat ab omnibus cibis generãtibus ventositatẽ ⁊ superflua grossa:deĩde incipias in ei⁹ cura cũ eis que mittuntur in naribus pueri: sicut de oleo amigdalarũ amaraꝝ:aut de oleo anetino aut de ben optimo:aut de aqua maiorane. ⁊ si sic fit curatus sufficit. Sin autẽ pone sup caput emplastrũ de olibano:sarcocolla sera pino gũmi amigdalarũ: si sanatus fuerit sic sufficit: sinaũt accipe alçũ vel alçunabũ ⁊ pista cũ testa sua donec fiat q̃si vnguentũ .misce cũ eo paꝝ olibani ⁊ pone super totũ caput post rasuram: ⁊ permitte aliquot dieb⁹. Ista medicĩa restringit caput ⁊ redire facit ad mensurã debitã : deinde mitte in naribus eius fel lupi vel cerebrũ ⁊ parum mirre vel ambre ⁊ fac hoc in quolibet mẽse. Paruitas capitis si fuerit naturalis nõ curatur.

¶ De inflatione ventris pueroꝝ. CAP. IIII.

Multotiens accidit eis cũ magnitudine capitis inflatio ventris: ⁊ cura eius est ꝙ accipiat mirrã ⁊ aloẽ ⁊ crocũ ⁊ conficiantur cũ aqua saraliarũ: ⁊ pone sup caput ⁊ si cum inflatione ventris in magnitudine capitis macrescit corpus. Accipe aniulẽ.ʒ.v. auellanarũ.ʒ.vij. amigdař. ⁊ feniculi aureũ .i.terantur ⁊ extrahatur ab eis oleũ deĩde mitte in naribus vsq; ad.ʒ.iiij. ⁊ vnge caput ⁊ mitte in naribus. ⁊ da bibere nutrici cũ lacte.

¶ De sternutatione pueroꝝ. CAP. V.

Sternutatio accidit ĩ cerebro vł in tũicis ei⁹: et signum eius est ꝙ oculi profundantur et superuenit febris. Cura eius est ꝙ ponas super cerebrum folia portulace aut rasuram cucurbite cum oleo rosa. et farina ordei. aut vnge caput cũ vitello oui et oleo.

¶ De vigilijs puerorum. CAP. VI.



Vigilie accidunt pueris in p̃ma etate ex corruptione lactis. Et cura eius est vt mittatur in naribus pueri oleum violatum cum croco aut oleũ anetinum cũ succo lactuce:et vnge caput et stomachum cum istis oleis:et sit sollicitudo nostra in correctione lactis:et da sugere sirupum papaueris et vnge timpora et frontem cum oleo opij et croco.

¶ De epilepsia puerorum. CAP. VII.



Epilepsia accidit duobus modis: aut nasci̅t puer cum ea:et est ex malitia complexionis naturalis in cerebro humide aut frigide. Aut erit eis accidentalis. Et signum naturalis est quoniã cũ ea nascitur. Signũ accidentalis est quoniam aduenit post partum. Et cura naturalis est obseruatio diete:quoniam cum mutauerit etatem sanabitur ab ea: si autẽ nõ fuerit sanus sectabitur eum vsq; ad mortẽ. Et curatio accidẽtalis est sollicitudo circa corruptõem lactis: vt caput et corpus nutricis purgetur:et caueat ab omnib⁹ cibis generantibus flegma:et non lactetur puer nisi in ea quantite qua possit digerere vel minus:et mitte in naribus medicinas calidas:et odoret assam fetidam et rutam et vnge cum oleis calidis et suspende peoniam in collo eius:et liga ad collũ eius lapidem smaragdi:et nõ accidet eis epilepsia et si durauerit post hoc da tiriacam magnam.

¶ Sequitur de quadam passione que dicitur mater puerorum. CAP. VIII.



Sequitur de quadam passione que dicitur mater pueroꝝ: hec infirmitas accidit pueris in p̃ma etate frequẽter:et signum eius est planctus magnus multus timor in somno:et vigilia augmentatur calor:et exore eius egreditur odor fetidus:et causa hui⁹ egritudinis est acceptio lactis plus q̃ possit digerere. Et cura eius est quod ĩ correctione lactis:et ꝙ detur dyapliris diamuscum quotidie sexta pars.ʒ.cum lacte:et precipua medicina est in hoc tiriaca magna.

¶ De sanie aurium pueroꝝ. CAP VIIII.



Sequitur de humiditate fluẽte in pueris ab auriculis:hec infirmitas accidit pueris ĩ prima etate ex humiditate cerebri. ¶ Et cura eius est vt mittatur in eius auriculis licinium bombacinum antiquũ et cum fuerit humore plenum extrahatur:et aliud intus mittatur:et forte cum hoc tantum curatur. sinautẽ: accipe alumen et dissolue cum vino et intinge in licinio et intromitte. humor enĩ desiccabitur. aut accipe croc. et nitꝝ contere cum aqua et aceto et intromitte.

¶ De veneno fluente de aure. CAP. X.



Sequitur de veneno: ⁊ hoc accidit pueris ex vesica vel plaga accidente in auricula. sufficit eis ĩtromittere mel bullitum cum aqua: purgat enim venenũ ab auriculis:aut accipe folia mirte aut galle ⁊ distemperetur cum aceto et intromitte.


¶ De morbis oculoꝝ in pueris. CAP. XI.



Sequitur de egritudinibus puerorum in oculis: accidit pueris ĩ oculis diuersitas egritudinũ:et ex eis est inflatio et clausura palpebrarum: ⁊ forte hoc accidit ex medicinis stipticis:quas mulieres ponũt super capita puerorũ: sicut alkanna ⁊ huiusmodi:quoniam superflua capitis conuertuntur ad oculos:et forte accidit eis ex fluxu materie calide et frigide. ¶ Et cura hui⁹ egritudinis est quando rubor est in facie et calor in fronte: vt

accipias succuz memithe ⁊ foliorum rosarum añ.ʒ.i.croci mirrhe ana.ʒ.i.⁊.ʒ.pulueriça ⁊ confice cum aqua sarralia-rum ⁊ lacte mulierum ⁊ superpone oculis ⁊ fronti quotidie renouando quousque aperiantur oculi ⁊ est expertuz in pueris. ¶ Si autem in oculis non fuerit rubedo nec calor in fronte. Accipe mirram ⁊ crocum ⁊ aloé ⁊ folia rosarum confice cum bono vino ⁊ super oculos pone. ¶ Et probatius ad hoc qđ sepe probaui mitte in naribus paruz ambre ⁊ distempera cum lacte mulieris. Si autẽ accidat eis aliarum egritudinum aliqua: sicut scabies ⁊ albedo ⁊ huiusmodi curẽtur cum medicinis que dicunẽ in etatibꝰ adolescentiũ ⁊ iuuenũ ⁊ alioꝝ: sed tamen cuz leuioribus.

¶ De obliquitate visus. CAP. XII.



Sequitur de egritudine quãdo quis oblique aspicit vl' videt ⁊ hoc aut est naturale aut accidit post partum: ⁊ cura eiꝰ est ꝙ apponatur de nocte candela ex parte cõtraria visui obliqui: ⁊ cuz receptus vel erectus fuerit in lecto suspendantur cultre pulchre diuersoruz colorum super lectum quousqꝫ corrigatur visus.

¶ De morbis dentium. CAP. XIII.



Sequitur de egritudinibus q̃ accidunt pueris circa natiuitatem dentium: dixit Galienus: quando dentes nascũtur cito natiuitas eoruz leuior est: ⁊ minoris doloris: sed dentes erunt debiliores: ⁊ cum tardauerit eorum natiuitas erit dolor fortis: sed dentes erunt fortiores: ⁊ duri: ⁊ si origo fuerit in vere nascuntur statim ⁊ sine dolore: ⁊ ecõuerso: si fuerit in hyeme: sed gingiue nõ inflabuntur: ⁊ si fuerit in estate accidit eis paruus dolor: ⁊ accidit eis in hoc tempore plurimuz apostema in maxillis ⁊ gingiuis: ⁊ glandule ⁊ pruritus in auriculis: ⁊ fluxus sanguinis ⁊ veneni: ⁊ forte accidit quibusdam febris ⁊ fluxus ventris. aut constipatio. ¶ Et cura eius est quãdo inflatur gingiua vt scalpatur parum cum digito ⁊ postea cũ oleo vel pinguedine galline aut cerebro leporis: aut lacte canis: ⁊ pone super caput pueri aquam in qua decocta fuerit camomilla ⁊ anetũ: ⁊ super eius mandibulas pone emplastra dissolutiua: ⁊ si dolor augmentetur post hoc apud originem. Accipe alcanaz butirum: oleum laurinuz misce totum: ⁊ pone super locum. ¶ Uel accipe butirum vacce ⁊ medullam cruris ⁊ pone desuper: ⁊ si apparuerit capita dentium pone super caput totum ⁊ collum lanaz mundã ⁊ spargatur quotidie super lanam aqua tepida. ¶ Et si acciderit fluxus ventris medicabitur cuz eis que dicemus.

¶ De pustulis q̃ accidũt in ore pueroꝝ. CAP. XIIII.



Vesice que accidunt in oribus pueroruz in prima etate quandoqꝫ accidunt ex corruptione lactis: vel ex acumine: ⁊ illa vesicatio aut erit nimis acuta aut parum. ¶ Signum acute: est rubedo ⁊ fortitudo doloris ⁊ fluxus salíue: ⁊ signum parum acute est vt vesice declinent ad albedinem ⁊ sint parui doloris ⁊ humor qui ad os descendit sit multus. ¶ Cura vesicarum acutaruz est corrigere lac nutricis cum cibo frigido ⁊ humido. deinde masticare paruz de lenticulis ⁊ ponat mulier in ore pueri: aut accipe parum amidi ⁊ distempera cum aqua rosarum ⁊ superpone ⁊ pone in ore pueri aquam macianorum vel malorum granatorum. ¶ Et si acuta fuerit ⁊ nimis colerica misce cum istis succum lactuce aut portulace aut vue canine. ¶ Et cura vesicarum parui acuminis et declinantis ad albedinem est vt accipias: mirre croci añ.ʒ.i.çuchari duplum puluerica ⁊ mittantur in os: ⁊ si plage fuerint nigre aut putride medicabimur cum medicinis dictis in etatibus iuuenum.

¶ De vomitu in pueris. CAP. XV.



Accidit pueris in prima etate vomitus multis ex causis: aut propter lactis multitudinem magis ꝗ̃ digerere possit: aut propter corruptionem eius: ⁊ maxime si puer fuerit humidi ⁊ debilis stomachi. ¶ Et cura ẽ vt vetes mltitudinẽ lactꝭ: ⁊ post ꝯsidera ĩ vomitu si sentiẽ odor acetosus. ⁊ fuerint ĩ eo hũores al. Accipe olibãi sextã partẽ.ʒ.i.⁊ rute sicce tertiã ptẽ.ʒ.i.pulueriça: ⁊ misce cũ siru. rosaꝝ. ⁊ da puero: aut accipiat mater parum cimini ⁊ sumach ⁊ masticet: ⁊ ponat in ore pueri. ¶ Aut detur puero sirupus malorum granatorum cuz menta. ¶ Aut qđ sepe probaui: accipe ligni aloes ⁊ masticis.ʒ.ʒ.galle sextam partem.ʒ.i. Molle totum ⁊ cõfice cũ sirupo rosarum ⁊ modico algalie ⁊ da puero anteꝗ̃ sugat lac. ⁊ pone super stomachum hoc emplastruz mastix: aloe acacia galla olibanum panis vsti añ. confice cum oleo rosato: ⁊ sirupo rosarum: ⁊ pone super stomachum: est enim expertum ad vomitum ⁊ saliuam pueroruz. ¶ Et si in vomitu non fuerit odor acetosus sed acutus ⁊ calor declinet parum ad acumen: vel color ad paloreʒ: propina puero parum de rob agreste vel citoniorum vel coctanorũ: aut de istis. ¶ Trocisci valentes ad vomitũ puerorũ. ℞. ro. spodij añ.ʒ.iiij.galle.ʒ.ij.seminis portulace semis lapatij añ.ʒ.i.⁊.ʒ.carabe. conficiantur cum aqua agreste vel cum aq̃ malorum granatorum ad pondus.ʒ.i.⁊ da trociscum vnũ puero cum sirupo rosarum: ⁊ pone super stomachuz istud emplastruz qđ valet vomitui ⁊ fluxui vẽtris qui accidũt pueris. ℞. farine ordei: rubi viridis: corticis mali granati añ. cõfice cum aqua rosarum ⁊ pone super stomachuz.

¶ De fluxu ventris pueroꝝ. CAP. XVI.



℄ Cor ei⁹ cũ fuerit magnũ poſitũ ſupra ſiniſtrã mamillã mulieris dormiẽtis ꝯfitebiẗ q̃ fecerit bonũ vel maluꝫ.

℄ De actore vel alkarauẽ. Sermo. XLII.

Auis iſta multã hꝫ carnẽ modicuꝫ hñteꝫ abbominatiõis eſt calã: ꝛ nõ eſt cibus ei⁹ potẽs: ſꝫ ꝯfortat coitũ. Proprium ſepi eius eſt calefacere renes: ꝛ mouere luxuriam. Et reges precipiunt ipſam capi: qꝛ volunt per ipſam addere in luxuriam.

℄ Cerebꝝ ei⁹ cũ tãtũdẽ carnis piſcis ſagitte miſceatᷣ malaxeẗ cũ melle colato: ꝛ tm̃ q̃tuꝫ hoc totũ de butyro vacino laudabũt ex eo hoĩes ĩbiles in coitu. Et fit additamentũ in eleuatiõe ꝛ motu. aues oẽs venatiles: ſicͭ actor aq̃lla ꝛ ſimilia: carnes earuꝫ groſſe dicunẗ ꝛ neruoſe dure. Sepuꝫ earuꝫ calĩn ꝛ ſiccuꝫ pluſq̃ aliarũ auiuꝫ: vel ẽt beſtiarum: ꝛ ſimiliter fella.

℄ Et dixerunt ꝙ caro actoꝛ valet contra doloreꝫ capitis qui dicitur egritudo oui.

℄ Fel ei⁹ ꝯ dolorẽ emigñeũ fortẽ piectũ i nares ad pondus vni⁹ g̃ni vl̃ duoꝝ cũ lacte mlĩerĩ nutriẽtis maſculũ.

℄ Cũ acciderit actori tela i oculo ꝑpa ei lac mulieruꝫ.

℄ De carnib⁹ auiũ vl̃ alioꝝ vl̃ de gallo. Ser. XLIII.

Abſq̃ dubio carnes auiũ ſunt leuiores ꝛ ſicciores q̃ drupedũ: qd̃ ſnpat in eis eſt aer. In q̃drupedibus võ eſt terra: p̃ter aues q̃ moranẗ in ſtagnis vel locis aquoſis: qꝛ in illis eſt hũiditas groſſioꝛ ꝛ abbominabilis vis mutabilitatis confundunt ſanguinem pluſq̃ quadrupedia mali cibi.

℄ Pulli gallinacei citi⁹ digerunẗ ab his vſualib⁹ ꝛ plurimi coꝝ gnãnt bonũ ſanguinẽ ꝛ ꝯfortãt appetitũ.

℄ Extimauit Ariſ. q̃ durauerit in comeſtione gallinaruꝫ pullaꝝ piguiũ idũcit hereditatẽ emõroydaꝝ ꝛ podagre. Gallina iueniẗ hũidioꝛ pullo gallinaceo ꝛ maioris cibi.

℄ Extimauit. G. ſepuꝫ gallinaruꝫ addit in ſenſu. Cerebrũ earuꝫ valet ꝯtra tremorẽ cerebri multuꝫ.

℄ Gallus vel gallia ſenex: ſi coq̃ẗ vn⁹ eoꝝ cũ. iÿ. lib. aq̃ poſito ſale trito dõec diſſoluatᷣ ꝛ iacere i aq̃ illa ꝑmittatᷣ nocte vna ꝛ bibatᷣ aq̃ illa calã fcã ſoluit vẽtrẽ: ꝛ valet ꝯtra colicaꝫ. Et ꝓprie cũ decoq̃ẗ cuꝫ medulla ſeminis cimini agreſtis ꝛ aneto cimĩo poſitis nabateis radicib⁹ ꝛ folÿs.

℄ Cũ volueris exaltari ſuꝑ aduerſariũ tuuꝫ in cauſa accipe calcar galli pedis dextri: ꝛ fer tecuꝫ ꝛ vinces.

℄ Audiui a quodã ꝙ gallus debet eſſe niger.

℄ Et ſi calcar ſiniſtri pedis galli aliqs tenuerit: ꝛ ſit galli cõedẽtĩ triticũ vl̃ ordeũ ñ aliõ diligeẗ a mlĩerib⁹.

℄ Sanguis galli vel galline ſi ponatur ſuꝑ frontẽ tritus valet ꝯtra ſanguinẽ fluentem a tela.

℄ Cerebruꝫ galline bibituꝫ ꝓprie valet ꝯtra hoc ꝛ etiam ꝯtra morſum aranearum ꝛ hꝫ.

℄ Fel galline ſi quis poſuerit ſuper virga ꝛ ſtatim coeat cuꝫ vxore ſua non diliget aliuꝫ.

℄ Si ponatur ſuper maculas factas in corpore aufert.

℄ Si miſceatᷣ cepe tritum cuꝫ ſepo galline ſi fiat emplaſtrum delet maculas rubeas.

℄ Sepũ galline recẽs valꝫ ꝯ dolorẽ mr̃icis ſolniẗ apoſtema ei⁹ ſi ſupponatᷣ in modum emplaſtri.

℄ Cum acceperis criſtã galline ꝛ ſiccaueris ꝛ triueris dederis i cibo ei q̃ ꝯmigit i lecto eo neſciẽte curabiẗ.

℄ Gallina alba cocta cum. x. cepe albis: ꝛ cum manu vna de aliuiule donec bene cocta ſit ꝛ comedatur ꝛ bibatᷣ aq̃ addit in appetitu coitus.

℄ Stercus gallinaruꝫ potatum cum oximelle vel aceto: valet contra fungos qui occidunt.

℄ Bibituꝫ cuꝫ aqua calida ꝛ melle: valet ꝯtra colicaꝫ.

℄ Si fiat ex eo ad mõꝫ vng^ti cũ melle: ꝛ vngatᷣ ex eo mundat corticẽ: q̃ ꝯgregatᷣ ſuper ap̃a qd̃ dr̃ ignis perſicus.

℄ Et ſi fiat empl̃m ſuꝑ dẽ ap̃a in q̃ fuerit pus cũ ſtercore galliaꝝ citrino: ꝛ medullio oui ꝛ modico croci apit ea.

℄ Si vis vt nõ cãtet gallus vnge frontẽ ei⁹ cũ oleo.

℄ Sepuꝫ galli miſtuꝫ cum ſepo turturis: ſi detur quarta vnius. ʒ. in cibo alicui accidet ei tinea.

℄ Stercus galli trituꝫ cũ aceto poſituꝫ ſuꝑ allopiciã preſtat: ſi p̃us fricetᷣ loc⁹ cũ pãno ꝛ cepe donec rubeat.

℄ Sepũ galliaꝝ ꝛ anſeꝝ valet ꝯ dolorẽ mr̃icis ꝛ fiſſuris accñtib⁹ i facie ꝛ ad dolorẽ auris: ꝛ facͭ faciẽ lucidam.

℄ Sanguis gallinaruꝫ nigraruꝫ: aufert maculas fetidas ꝛ lentigines a facie ꝛ hꝫ. Et maxime ſi miſceatur ei lapis vaccinus tritus cuꝫ baurach rubeo. ℄ Et reddit facieꝫ formoſam ꝛ mundat eam ꝛ facit bonũ colorẽ ꝛ mũdũ.

℄ Si qs voluerit vt gallina ponat oua mag: terat g̃na naſturcÿ ꝛ maſſet cũ cantabro ꝛ vino: ꝛ detur ei in cibo.

℄ De pullis. Sermo. XLIIII.

Pulli ſũt carnis ſbtilioris oĩuꝫ auiũ carnib⁹: ꝛ meli⁹ digerũẗ: ꝛ leuiores ſẗ ſterc⁹ ifirmoꝝ. P⁹ pulli gallinacei.

℄ Et dr̃ etiam ꝙ coturnices confortat digeſtiuam.

℄ Auis illa q̃ dr̃ afabybuc ꝯfortat ꝯſtricturã.

℄ Alia que dicitur cumẽ caro eius humidiorẽ efficit ſanguinem ſubtiliorem q̃ perdices.

℄ Et perdix ſubtiliorem generat ſanguineꝫ meliorẽ poſt hãc galline nigre groſſioris ſunt ſanguinis.

℄ Caro genges reſtringit ventrem.

℄ De laudis criſtatis Sermo. XLV.

Cibus haꝝ oĩum calĩs ꝯſtrictiu⁹. q̃ aliqd ex eis cõederit: op⁹ ẽ vt comedat cũ aceto coriãdro ſucco ſinapi. ℄ De finoris. Sermo. XLVI.

Minoris ſunt calĩtatis ꝛ ſiccitatis q̃ paſceres doꝫ moꝝ. ℄ Propꝛetas eaꝝ ẽ: cũ õcocte fuerint cũ aq̃ ſoluũt vẽtrẽ ꝛ valet ꝯ colicam.

℄ De aſſikakak. Sermo. XLVII.

Multum ſunt citrini cõeſti aſſi ꝛ frãgũt lapideꝫ in renib⁹. ℄ Idẽ facͭ cinis eoꝝ ſi cremeẗ ꝛ

bibat.

¶ De alkemo. Sermo. XLVIII.

Caro ei⁹ austera male digõnis nisi q᷑ valet ꝯ malas vẽtositates. ¶ Si misceat̃ fel ei⁹ cum gallis ꝛ tegat̃ cũ oleo facto ex oliuis viridibus ꝛ ponat̃ supra capillos efficit nigros: nigredine que tarde recedit.

¶ Auis q̃ dr̃ akeuiũ vsus ẽ cõcedere apes. Si decolata frixet̃ cũ olo: ꝛ vngat̃ man⁹ alic⁹: ꝛ postea põat ipe manũ in apib⁹ nõ ledet̃.

¶ De anserib⁹. Sermo. XLIX.

Humidiores sũt nã oĩb⁹ auib⁹ ꝛ duriores ad digerẽdũ. ¶ H. oĩb⁹ epib⁹ meli⁹ est anſinũ: q2 hũidi⁹ ꝛ tenerioris carnis: ꝛ melioris saporl p⁹ ꝟ siccora gallinaꝝ: ꝛ ita epata. ¶ H. cuȝ acciderit in aure pcussio ꝛ discohcrẽtia: sumat̃ sepũ anatis: colet̃ guttatim apponat̃ cuȝ eo lac mulieris ꝛ sint tepida: ꝛ apponat̃ etiã succ⁹ basiliconis: cui⁹ semẽ est rubeum.

¶ De coruo. Sermo. L.

Sanguis coꝝ subtiles effic̃ capillos. Si suspẽdat̃ pes ei⁹ ad collũ tussiẽtl pueri: pstat mlťũ.

¶ Quãdo pilis rasis a capite tinxeris caput cuȝ ouis coruoꝝ efficit capillos nigros.

¶ Si misceat̃ fel ei⁹ cũ olo fcõ ex aliuiule mistũ: si cuȝ eo vngat̃ corp⁹ totũ soluit hoĩeȝ ligatũ ne coeat.

¶ Quidã suffumigabat se vt redderet capillos suos al. ꝛ fci sr̃ capilli ei⁹ albi. Accipiat sepũ corui nigri ꝛ rutã recẽtẽ ꝛ misceat cũ olo: ꝛ vngat capillos: efficientur nigri.

¶ De pica. Sermo. LI.

Caro ei⁹ calĩa abhomĩabilis mlťũ: ꝛ ẽ ĩ ea subtilitas. ¶ Fel ei⁹ valȝ positũ ĩ oclis ĩcedẽtiũ p niues.

¶ Oua ei⁹ sicca trita posita in oculis valẽt ꝯ albuginem.

¶ De passeribus domoꝝ. Sermo. LII.

Caro ei⁹ calĩa plus ceteris pter langustas ẽ siccior. ¶ Fel eius sumptum ad pondus dauic solutũ in çãbac ad pondus vnius aurei.

¶ Si inungatur ex eo virga testiculi ꝛ inguina addit vim coeundi ꝛ erigendi.

¶ De vulture. Sermo. LIII.

Caro eius neruosa tarde digõnis gnãtiua mali humoris sepũ ei⁹ dissoluit: sic̃ sepũ asini siluestris.

¶ Si suspẽdat̃ crus eius ablata carne supra crus vbi ẽ excoriatio: auferet̃ dolor ꝛ sanabitur.

¶ Coriũ cauille si ponat̃ supra podagricum dexter supra dextrũ. Sinister supra sinistrũ iuuat mãifeste (Serua: q2 mag^m ẽ) dixerũt: q᷑ pellis calĩa mlťũ si sr̃ cã sedeãt podagrici: ꝛ q hñt hũiditates: valet eis.

¶ De aranea. Sermo. LIIII.

Si sumpseris araneã albam capiẽteȝ muscas: ꝛ ligaueris in pãno lineo ꝛ suspẽderis ĩ brachio sinistro q̃tidianario laborãti ex flãte valet.

¶ Et si misceat̃ cũ aliquo ceroto ꝛ supra pannuȝ lineatur ꝛ imponatur fronti valet tertianario.

¶ Si posueris araneam vnam viuaȝ in canna ꝛ posueris supra musculum brachy prestat cõtra febrẽ flãticam.

¶ Si sumpseris capientẽ muscas ꝛ triueris: ꝛ in panno lineo posueris: ꝛ acceperis cuȝ manu sinistra: ꝛ posueris super collum retro: curabit tertianam ꝛ quartanam.

¶ Si bibat̃ cũ vĩo puro hora .i. añ accessionẽ feb. q̃ dr̃ egmarenes: aufert eã .i. q̃ttidianaȝ a flãte ĩcẽso vel salso.

¶ Tela arenanerũ a romanis dicitur anquia.

¶ De homine. Sermo. LV.

Dens hominis mortui suspensus ab illo qui patitur dolorem dentium curat.

¶ Os hoĩs mortui combustuȝ donec fiat cinis tritũ si ponat̃ cũ aloe: si ipleat̃ ex eo fistula: vbicũqꝫ fuerit pstabit.

¶ Lombrici in ventre ĩuenti siccati triti positi in collo albuginem patienti auferunt.

¶ Stercus hominis trituȝ cuȝ rutha sicca super apa corrodens carnem posituȝ sanat: trituȝ cribratuȝ amassatũ cũ melle positũ intra gullã valet contra sqnantiam.

¶ Similiter si ex eo sicco sine melle insuffletur in gullã: valet contra squinantiam.

¶ Dens hoĩs mortui ꝛ os brachy sinistri si posueris subtus caput hoĩs dormientis dormiet donec auferatur.

¶ Capilli hoĩs suspẽsi a patiẽte emigñeã aufert dolorẽ.

¶ Capilli hoĩs remolliti ĩ aceto positi ꝯ mõsũ cãis rabidi

¶ Uria hoĩs posita sr̃ mõsũ cãis rabidi pstat stati. (pstãt.

¶ Sãguis per ventosas subtract⁹ vel nariuȝ posit⁹ in cõcha dimissus .lxxx. dies. fiet forma hoĩs. ponat̃ in farina ordei .ix. dieb⁹. decolet̃ sanguis illi⁹ sumat̃ ꝛ cũ vino modico misceat̃: detur cui vis viro vel mulieri diliget tc.

¶ Si ex illo sanguĩe posueris in oclo: ꝛ vnxeris faciẽ tuã: corã regib⁹ valebis: recipieris qꝫ bñ ab eis qδ q̃sieris ĩpe

¶ Sãguis brachy hoĩs amassat⁹ cũ faria fenu. (trabis. ꝛ hũefact⁹ cũ succo rute recẽtis ꝛ melle: ꝛ ponat̃ s̃ pustulas corporis: ꝛ ppe femoꝝ: ꝛ pustulis humidis valet.

Menstruum ¶ De mlĩere. Sermo. LVI. mulieris ṗusqꝫ cogñscat̃ a viro mistũ cũ spmate viri positũ ĩ oclo patiẽtl albuginẽ sanabit̃.

¶ Pannus menstruate suspensus in capite nauis: non intrabit ab illa parte vertigo venti.

¶ Patiẽti dolorẽ ex ptu sup os vulue: sumat̃ pãnus menstruate ꝛ cõburatur: ꝛ pars cineris ei⁹ sumat̃: ꝛ tantundẽ seminis cuscute sicce: ꝛ misceatur cum aqua calida: ꝛ ponatur super locum dolentẽ: auferet̃ dolor.

¶ Lac mulieris mistũ cũ melle ꝛ vĩo frãgit lapideȝ.

¶ Cum aliqua peperit pueꝝ oculoꝝ varioꝝ: ꝛ lactauerit euȝ: statim mulier nigra per septeȝ dies assumet oculi colorem accedenteȝ ad nigredinem.

¶ Cuȝ statim aliqua peperit: stercus ṗmũ pueri exiccatũ trituȝ colirieť ex eo albugo oculi prestat.

¶ Pellicula q̃ abscindit̃ in circũcisione virge pueri exiccata trita mista cũ modico musco data in potu incipiẽti laborare ex lepra stat ꝛ nõ augetur.

¶ Stercus hominis caliduȝ distempatuȝ cuȝ aceto infusum in os bestie: statim aufert dolorem.

¶ Si δderit mlĩer sõdes pedũ ĩ potu suo viro diligȝ eã sp.

¶ Similiter si vir dederit mulieri diligetur ab ea.

¶ Si volueris diligi ab aliquo: vel ab aliqua abscĩde vngues ꝛ combure ꝛ da in potu.

¶ Sputum hominis prestat contra morsuȝ aĩalium paruoꝝ venenosoꝝ: sic̃ aranea ꝛc̃.

¶ Si vis vt mulier non habeat rem cuȝ alio q̃ꝫ tecũ: accipe qδ cadit ex capillis ei⁹ ꝛ combure: ꝛ tere vehemẽter: ꝛ pone super virgam.

¶ Maclẽ albe q̃ sr̃ sig^m lepre: põe sr̃ eas spma calȝ curãt̃.

¶ Stercus pueroꝝ siccũ tritũ mistũ cũ salgẽma ꝛ musco insufflatuȝ in oculuȝ patiẽtis bestie: albugineȝ curat. Et idem etiã sine his opatur est ꝓbatum.

¶ Urina pueri añqꝫ effundat spma si calefiat ꝛ apponat̃ modicũ bambacl: ꝛ positũ sup oculũ in modũ emplĩ cuȝ patit̃ q̃si apostema aut rubedinẽ mitigabit.

¶ Primũ mẽstruũ ṽginis si iungant̃ cuȝ eo mamaruȝ capita alicuius virginis: non crescent.

¶ Et si ponat̃ mẽstruũ sup oculũ dolẽtẽ sedat doloreȝ.

¶ Cũ volueris vt ĩpiguet mlĩer. Accipe sepũ lacerte: ꝛ misce bauracꝛ ciminũ: carmenicũ: ꝛ farinã tritici: ꝛ da in cibo galline aliquot diebus donec impiguetur ꝛ qui comederit de ea impinguabit̃ vt vix in pelle ꝯtineatur.

¶ Fenugrecuȝ amassatuȝ cuȝ aqua: si ĩ modum emplĩ ponatur supra mãmillas: lac non coagulabitur.

¶ Si fuerit lac mulieris modicũ: ꝛ volueris vt fiat multum da ei in potu oĩ die semẽ psily nõ tritũ .ȝ.i.s. cũ vino.

¶ Et sic ẽ finis Tractatus Rasis de aĩalibus.

¶ Incipiũt aphorismi excellẽtissimi Raby Moyses fm doctrinam Galieni medicorum principis.



In nomine dei pij et misericordis cum quo adiuuo me. Ait Moyses filius seruuli dei israelitic⁹ cordubensis multas compilationes cõpilauere multi sapientũ via aphorismoꝝ in diuersis spẽbus sciẽtiaꝝ: et p ceteris scientijs hac via indiget scientia medicine q̃ licet nõ sit difficilis quo ad itellectum: sicut sunt multe sciẽtie physice. nec quo ad cognitionẽ subiectoꝝ sicᷓ sᷓt alique sciẽtie ydiomatũ pfectoꝝ: ē tñ difficillima q̃ ad multa q̃ medicũ oportet scire et in memoria semp habere. nec tñ oĩa: sʒ solũ specialia q̃ in idiuiduis proꝑia sũt. ad oĩum eni cõprehensionẽ sicut probatũ est iã nõ attigit scia alicuius. De ãt cõpilatiões via aphoristica cõpilate sũt facilis cognitiõis et retẽtiõis sine dubio. et ad sciẽdũ et retinendũ mãs necessarias suũ adiuuãt addiscẽtẽ. Et ob hãc cãʒ ypocrates pcipuus medicorũ cõpilauit suũ libruʒ diuulgatũ de aphorismis. Et multi ẽt alij medicorũ cõpilauerũt p⁹ eũ tenẽtes ei⁹ vestigia aphõs. vt sᷓt aphorismi Rasᷓ. diuulgati et aphorismi Susi et aphorismi Joãnis. M. Damasceni et alioꝝ. et ē manifestũ cuilibet puidendũ puisione mãifesta q̧ qcũqȝ cõpilator cõpilauerit aphorismos i scia aliq̃ nõ cõpilauit eos velut sufficiẽtes ad cõprehẽdẽdũ oẽs artis radices: sed velut valde vtiles et sufficientes p ceteris cõpilatiõib⁹ ad cõprehẽdẽdũ mãs multas et diuersas: necnõ et ad eas i memoria retinẽdũ. Et in sũma cõpilator qcũqȝ cõpilauit aphorismos nõ potuit p ipsos oĩa q̃ sᷓt necessaria sue scie. Nõ ypocras i aphorismis suis nec ebussay alfarabij i oĩbus his q̃ cõpilauit via aphorismorum nec alij q minores illis fuere. Hec võ pmisi ad excusationẽ hoꝝ aphorismorũ quos protuli in presenti libro eos cõformãs: nec dico me cõpilasse: sʒ elegisse: qꝛ collegi eos ex verbis Galieni de oĩb⁹ libris suis et ex ei⁹ v̄bis que dixit p viã cõplexiõis i expositiõe libroꝝ ypocratis. Nec coarto me i hĩ aphorismis sicut feci in libro q breuiariuʒ dicitᷓ ad pbãdũ v̄ba Galieni i eis sicut coartaui me i principio dicti libri. Et aphorismi q̃s collegi p maiori pte sũt ex v̄bis galieni aut v̄bis ei⁹ et ypocratis cõmixtis i expositiõe libroꝝ ipsi⁹ ypocratis: et aliq ipsoruʒ sunt ex verbis meis ad pbationẽ ipsoꝝ. G. v̄boꝝ. Et id qd̃ compulit me ad h est q̧ aphorismi itentio nõ plene apparet nisi p expositiõeʒ pluriũ v̄boꝝ. G. in diuersis locis et sic collegi totã itẽtionẽ aphorismi curiose et pbaui eũ speciali cõprobatione. Et qm̃ scio plures ex hominibus esse ignorantes q̃ȝ sciẽtes et plures inuidos q̃ȝ beniuolos: prouidi designare i fine cuiuslibet aphorismi quẽ protuli pticulã verborum Galieni i q̃ pbatur ipse aphorism⁹. Ut si qs dubitauerit de mã ipsi⁹ aut ei⁹ dispõne recurrat ad illã particulã et celeriter ipam iueniet i pticula ipsa: et ipsuʒ aphorismũ totũ ex verbis Galieni sine augmẽto vel diminutiõe aliq̃ aut multotiẽs mãʒ ipsi⁹. ẽt si fit p alia v̄ba: et ipsa mã ibidem inuẽta cessat dubitatio q̃ pcessit. Nec dʒ aliqs ipugnare me de eo qd̃ docco q̧ hĩ aphorismum dixit Galienus in tali pticula ẽt si ipse ibidem fecerit mẽtionẽ de mã ipsi⁹ aphorismi i alia pticula vel epilogauerit ipsuʒ in multis locis. Nã si mutauissẽ vel tacuisseʒ ipsuʒ esse in aliquo ipsoꝝ locoꝝ tũc possem iuste ipugnari. Noiare eteniʒ loca oĩa supfluũ est. et in illo aliqua vtilitas minime reperitur. Uerũtñ placuerunt mihi eius sermonis circa ipsam mãm sepi⁹ repilogatã in eius dictis in aliquo ipsoꝝ locorum et eos cõprobaui. Nec possuʒ ob hoc ipugnari ab eo q dicit mihi cur designasti ipm aphorismuʒ in illa pticula et nõ i alia. qꝛ intẽtio cuiuslibet cõpilãtis aphorismos sicut dixi ẽ nõ cõprehẽdere oĩa. Ceterũ si pponit qs i aliq̃ istoruʒ aphorismoꝝ ipugnare me et dicit q̃re scripsisti hũ aphorismũ p alijs. Si eũ scripsisti vt sciatᷓ iã diuulgat⁹ est et cognit⁹ et sciẽtib⁹ hĩ artẽ nec indigeret recordatione. et similiter posset dicere alius in alio aphorismo: hoc qd̃ putauisti eẽ aliud: nõ est aliud q̃ ad me. Et similiter ẽt posset dicere de alio aphorismo scripsisti hoc quasi ignotum. nõ est enim ignotum ab aliquo medicorum.

¶ Cui ipugnatori talis datur responsio. Qui elegit nõ elegit alijs sed sibipsi. et ideo istos aphorismos elegi mihi q̃si p mẽoriali. et similiter psunt cuicũqȝ mihi sili aut mihi iferiori in scia: nec elegi eos ei q ẽ i gradu. G. aut sibi pximo: qꝛ nõ est mihi dubiuʒ q̧ plures ex his aphorismis sũt apd̃ multos pter me et plene sciũtur ab eis. Similiter qd̃ puto alienũ eẽ et ignotũ a me nõ est ignotuʒ alijs. et qd̃ puto mihi eẽ icognituʒ ab alijs nõ vtiqȝ ignoratᷓ. Et lʒ ex his generetᷓ mihi imaginatio aliq̃ in certitudĩe aliquaꝝ dispõnũ vel i probatiõe aliquoꝝ nominũ nõ imaginatur alius tales imaginatiões oĩno pfectus i arte. s. Et ego protuli sup his aphorismis q̃dã dicta q̃ circũspexi et ea meo noĩe nominaui. et silr protuli aliquos aphorismos aliquorum modernoruʒ quos denominaui eoꝝ noĩe q eos iuenerunt. et eos aphorismos diuisi p certũ nũerũ pticularũ vt sit eorum facilis cognitio et inuentio eius qd̃ regritur in eis. et feci eas vigintiquinqȝ particulas.

¶ Particula pma cõtinet aphorismos depẽdentes a forma mẽbroꝝ hũani corpis v̄tutib⁹ et opatiõibus ipsorum.
¶ Particula 2ª. ꝯtinet aphorismos dpẽdẽtes ab hũorib⁹.
¶ Particula 3ª. ꝯtinet aphorismos depẽdẽtes a radicib⁹ et modis medicine artis.
¶ Particula 4ª. ꝯtinet aphorismos dependẽtes a pulsibus et ipsorum significationibus.
¶ Particula qnta cõtinet aphorismos depẽdẽtes ab vrinis et ipsarum significationibus.
¶ Particula sexta cõtinet aphorismos dependẽtes a significationibus egritudinum specialium.
¶ Particula 7ª continet aphorismos dependẽtes a causis egritudinum specialium.
¶ Particula 8ª. cõtinet aphorismos dependentes a curationibus egritudinũ cõmuniter sumptarum.
¶ Particula 9ª. continet aphorismos dependentes a curationibus egritudinũ specialiter sumptarum.
¶ Partic. 10ª. ꝯtinet aphorismos depẽdentes a febribus.
¶ Particula 11ª. cõtinet aphorismos dpẽdẽtes a tempib⁹ egritudinum et crisibus.
¶ Particula duodecima ꝯtinet aphorismos depẽdentes a purgationib⁹ corporis p exitũ sanguinis factis.
¶ Particula decimatertia ꝯtinet aphorismos depẽdentes a purgatiõib⁹ corpis factis p medicinas solubiles.
¶ Particula deciaq̃rta ꝯtinet aphorismos depẽdentes a purgatiõibus corpis factis p medicias vomitiuas.
¶ Partic. 15ª. ꝯtiet aphorismos depẽdẽtes a chirurgia.
¶ Partic. 16ª. ꝯtiet aphoris. depẽdẽtes a dolorib⁹ mulieꝝ.
¶ Partic. 17ª. ꝯtiet aphoris. depẽdentes a ꝯsilio sanitatis.
¶ Partic. 18ª. ꝯtiet aphorismos depẽdentes ab exercitio.
¶ Partic. 19. ꝯtinet aphorismos depẽdẽtes a balneo.
¶ Partic. 20ª. ꝯtinet aphoris. depẽdẽtes a cibis et potib⁹.
¶ Partic. 21. ꝯtinet aphoris. depẽdẽtes a medicinis sanis.
¶ Partic. 22ª. continet aphorismos dependẽtes a medicinis operãtibus substantia sua.
¶ Partic. 23ª. continet aphorismos depẽdentes a diffinitionibus egritudinum et nominũ medicinalium que nõ bene a medicis dignoscuntur.
¶ Partic. 24ª ꝯtinet aphorismos dependentes a miraculis repertis in medicinalibus libris.
¶ Particula. 25. continet aphorismos dependentes a dictis Galieni dubijs.

Particula p̄ma īcipit ꝯtinēs aphorismos dependentes a forma mēbrorum hūani corporis vtutibus et opatiōibus ipsorum.



Neruus qui lacerto ꝯiungitur p pxim sensus et motus a cerebro aut nuca ꝯiungitur omni lacerto aut in capite ipsius: aut i eo qd ē inter caput et medium. et hic locus medius est caput lacerti. vij. iuuamentorum.

Lacertus q vocatur dyafragma caput eius est mediū eius. et est locus nerueus diafragmatis vbi cōiūguntur ptes ipsius nerui. et extremitates diafragmatis sūt fines circūdantes rotūditatem eius. xiij. iuuamētorum.

Vene pulsatiles et nō pulsatiles que vicine sunt adiuicem et forte vena pulsatilis tāgit venā nō pulsatilē i totum corpus accedūt ex pximis locis sibi. et semp inuenies venā pulsatilem positā sub vena nō pulsatili excepto solo cerebro ad qd vene pulsatiles accedūt ex supius vt sit motus spiritus ad supiora velox. et vene nō pulsatiles descēdūt ad ipsum ex inferius capitis: vt fluxus nutrimēti. ad cerebrum celeriter fluat. ix. iuuamentorum.

Ad mēbra oīa accedūt vene pulsatiles et nō pulsatiles ex ppinquorib⁹ locis sibi exceptis testiculis et māmillis inter omnia alia mēbra ad qua nō accedūt ex locis ppinquoribus: sed a remotioribus vt sanguis mora sui plongatus i eis decoquatur spma et lac pfecta decoctiōe. xvi. iuuamētorum.

Accedūt ad ossa vene nō pulsatiles viuū fugiētes et impossibile ē iueniri i corpe aliquē lacertorum absqz vena nō pulsatili et pulsatili. et iueniri venā pulsatilem in aliquo locorum qn sit cum ea vena nō pulsatilis. Sed ex venis nō pulsatilibus sunt alique sepate cū qbus nō inuenitur vena pulsatilis. et sunt he prope cutim in manifesto corporis videlicet in manibus pedibus et collo.

Reticula orta ex venis pulsatilibus et neruis ptcularibus imiscētur adiuicem. Et ideo cū spasmatur gen⁹ nerui cōpatiuntur sibi vene pulsatiles in dolorem. decio pulsuū.

Rotunda ligamēta ex chordis credit qui nō est sapiēs in anotomia eē neruos. et nos ad cognitionem cuiuslibet ipsorum nō venimus nisi exercitio qd habuimus i anothomia. vi. ingenij.

Ex neruo aliquid non coniungitur cartilagini neqz ligamento neqz pinguedini neqz ossi nisi solūmodo dentib⁹ inter oīa ossa quorum radicib⁹ cōiūgitur quidā neruus mollis. et silr nō ꝯiūgitur alicui glandularum q̄ habentur loco repletionis et sustentationis. sed glādulis qbus idigem⁹ ad generationē humiditatis necessarie coniungitur quidam neruus paruus quemadmodum coniunguntur sibi arterie et vene. decimosexto iuuamētorum.

Chorda molliō ē ligamēto et duriō neruo et quātitas magnitudis corporis chorde ē quāta magnitudo ligamēti et nerui simul. et in multis locis lacerti iuēio chordā decuple quātitatis corpis nerui ipsi lacerto i capite cōiūgētis Et oīs neruus est sensibilis: et omne ligamētū isensibile. et omnis chorda min⁹ sensibilis q̄ neruus fm quātitatem que sibi ꝯiungitur ex ligamento. p̄mo motuū lacertorum

In corpore sunt tria instrūa sibi silia i forma corporum. vnū est neruus. aliud ligamētū. aliud chorda. et chorda ē vnū capitū lacerti et est nerueū. et ei⁹ pcreatio est ex neruo et ligamēto: et oīs neruus ē rotūdus distincta rotūditate. nō sic sunt omnes chorde. qz qdā earum sunt rotūde: et qdam parum late. et plura ligamētorum lata sunt quemadmodum sunt pellicule p̄ma particula Galieni supra opinionem Hypo. et Pla.

Pellicule omnes sūt in statu subtilitatis et mollitiei. sz ligamēta fm magis sūt dura et grossa. Et aliqua ligamentorum sunt inter naturā nerui et cartilaginis. neqz pellicula neqz neruus neqz chorda in aliquo locorum ē fm duritiē ligamenti adeo qz qui est ex neruis durior ad chorde duriciem non ascendit. Eadem particula.

Ista tria instrumenta neruus scilicet chorda et ligamētum oīa sūt alba et solida sanguine carentia et ea dissoluta resoluūtur i fila in longum producta exceptis ligamētis multe duriciei que dissoluta in fila nullaten⁹ possunt solui. Eadem particula.

Lacertus ē instrumentū ad motū tantū et non est istrumentum ad sensum. et omnis motus voluntarius non fit nisi cū lacerto et sentit lacertus: sentitqz id qd nō est lacertus: quoniā omne cui neruus coniūgitur sentit etiam si nō sit in eo motus voluntarius. eadem particula.

Ligamēta quib⁹ colligātur lacerti cū ossibus generāt pelliculas operientes lacertos: et mittūt reticula ex se interius et in carnem lacerti. Eadem particula.

Omnis chorda cōiūgitur ossi magis: sed nō omnis lacertus terminatur i chorda: qz lacertus mouēs linguam et mouens labia et mouens oculos non inuenitur in aliquo ipsorum chorda: qz nō mouet ossa. Et fm magis mēbra faciei mouētur volūtarie et ipsa ossa sunt immobilia non indigentia chordis. Eadem particula.

Qui habet venarum capita quibus decurrit cibus a pte concaui epatis ad partem gibbi strictā in opilationem epatis cito cadit. tertio ciborum.

Cōpositio corporū i vltio extenuatorum ē cōposita ex mēbris inequalis cōplexionis sicut cum stomacus ē calidus valde et cerebrū fridum. et silr cū pulmo et totū pectus est frigidū: et stomacus calidus: et multotiēs ē hūidū ꝯtrariū. et similiter cū oīa mēbra sint frida et epar calidū. et hoc est in membris oībus attēdendū. tertio ciborum.

In esse magno cuiuslibet loci corpis indigētis vt ꝯiungatur capiti dicti ossis neruus vel chorda facit neru⁹ ipe vl chorda necio aliqd horum trium: aut signū aut foramē aut iuolutionē desup: et nō cōiūgitur supra gibbositatē ossis oino discoopti aliqs istorum. Et oēs nerui chorde et vene positi in locis ossiū signatorum cooperiūtur pelli culis fortibus et ꝯseruātur ab eis. secūdo iuuamētorum.

In venis pulsatilibus et nō pulsatilib⁹ sanguis et spirit⁹ sunt casi. sed ille qui ē in venis pulsatilibus sanguis ē modicus et subtilis proximus nature fumi. Et ille qui est i venis nō pulsatilibus spūs ē modicus et nebulosus. et vene pulsatiles totius corpis sunt penetrabiles ad venas non pulsatiles recipiētes abinuicē sanguinem et spiritum per meatus inuisibiles et strictos. sexto iuuamētorum. Et dixit i ipsa particula iuuamentorum. In pulsu vene pulsatiles ministrant cordi cōstrictionem sui.

Subtilius qd est i corpe et leui⁹ est spūs. et scđo post eum est fumositas. et tertio post predicta est sanguis pfecta digestione digestus. tertio iuuamentorum.

Mēbra aliqua creduntur i corpe vnū esse q̄ i veritate sūt duo sicut cerebrum lingua maxilla pulmo pectus et matrix et alia his similia. qz i latere dxtro cuiuslibet illorum numerus partiū eqlis ē numero earum q̄ sunt in latere sinistro. q̄ partes sunt eqles i quātitate grossitudīe subtilitate et colore. et tota natura earum nūqz pmutatur sicut generis venarum pulsatiliū et nō pulsatiliū. et nerui qcquid ex eis coniungitur vni lateri est simile ei qd cōiūgitur lateri reliquo. particula sexta de adiutorio creatoris.

Lingua quāuis appareat vnum in aspectu ipsa in veritate sunt duo. qz vni medietati eius p longitudinē cōiungūtur vene pulsatiles. et nō pulsatiles et neru⁹ sibi specialis et silr lacerto partis relique neqz penetrat eundem lacertum vena nō pulsatilis neqz pulsatilis neqz neruus a dextro latere ad sinistrum nec econuerso. xi. iuuamētorum.

Cum est necesse nobis facere lōgum iter cū paruo neruo vel nostri propositi est mouere lacertum forti motu

fortificatur ille paruus neruus cuz corpe grossiori corpe ipsi⁹ nerui.⁊ est ad sile substantie nerui.⁊ si videres eum crederes ipsum neruū rotundum:⁊ crederes ipsum coniunctum ipsi neruo ⁊ cum eo solidatuz.nec est coniunctū eidē neruo:nec cū eo solidatū.⁊ cū igrossat̄ neruus p ip̄az substātiā videt̄ ꝙ neruus qui extēditur post eā est rotundus rotūditate magna.p̄io motuuz lacertoꝝ.

¶ Ait Moyses.Sūmarie collegi ex ſmōe.G.i bis q̄ttuor motibus ꝙ volūtas cū mittit v̄tutē aialē ad neruuz versus lacertuz suuz volēs p illū plicare aliqḋ mēbꝝ retrahitur ille lacertus circa sui pncipiū:⁊ statim plicat̄ membrum.⁊ similiter cuz voluerit ꝙ mēbruz extēdat̄ ⁊ erigatur:extēdit voluntas illum lacertuz cū lacerto sibi opposito ⁊ tēdunt̄ simul.Et cum cessat opatio voluntatis vniuersaliter nec mittit ad lacertuz virtutez omnino remanet lacertus simul reb⁹ ceteris cōgelatis.⁊ tendit p suaz ponderositatez nālez cuz eo eē cui adheret ad iferi⁹ tanq̄ mēbrum mortuuz.⁊ hic motus denoiatur ab eo lacerto. nec est ex opatione eius lacerti.nec ēt inter motus voluntarios numerat̄.sed mot⁹ extēsionis ē voluntarius ⁊ est motus in lacerto p latitudinē.⁊ iō cū voluntas voluerit extēdere mēbrū plicatum facit cessare virtutē aialē a lacerto q se retraxerat ⁊ mittit eādē virtutē ad lacertū sibi oppositū:⁊ statī plicat̄ ille oppositus ⁊ extendit̄ primus q plicauerat mēbrum.q̄z nō remāet in eo v̄tus prohibēs. ⁊ cum volumus summam tensionem operatur virt⁹ animalis tensionem lacerti in summo.

¶ Omnis lacertus extendit aliquod mēbrum ⁊ extendit illud cum est plicatum.⁊ similiter omnis lacertus plicat illud ⁊ plicat illud cū est extensum.⁊ mēbrum plicatur p lacertum interiorem:⁊ extendit̄ p exteriorem.⁊ iō si incidatur aliquis eoꝝ cessabūt ipsi duo motus simul.quoniā non remanet retrahēs ⁊ extendens.sed tamē remanet ī vna positionum ſm lacertum euadentem qui operatur ipsam positionem.Eadem particula.

¶ Figure inter mediā ⁊ vltimā figuraz sunt semp figure mēbroꝝ nostroꝝ dum dormim⁹.⁊ opatio lacerti nō cessat in eis:ſ3 in dormiēte ex ebrietate aut forti labore aut defectione oīa mēbra corpis sui sunt dissoluta sūma dissolutione.⁊ in sanis lacertus est in figura media ⁊ mēbra sunt pfecte quieta.secūdo motuū lacertoꝝ.

¶ Lacert⁹ q est in nate:⁊ q est in vesica:⁊ qui est ī diafragmate qlibet eoꝝ ē rotundus.ſ3 q ē ꝓpe vesicā ⁊ prope nates nō sunt ꝓcreati ad expulsionē supfluitatū sicut putauerunt aliq.sed ꝓcreati sunt ad retētionem caruz.⁊ sunt retētiui ꝓhibētes fluxū supfluitatuz extra tp̄s caruz.sed cuz stimulat eos voluntas cessant a retentione ⁊ a ꝓhibitione:⁊ expellit tūc supfluitates virtus expulsiua nālis:⁊ adiuuat eā operatio lacerti q est supra vētrē ⁊ tensio diafragmatis spissa.Eadem particula.

¶ Cuz diafragma opatione lacerti retractiua vel coadiuuatiua retrahit̄ ingredit̄ spiritus:⁊ cū operatione lacerti extēsiua extendit̄ egredit̄ spiritus.⁊ cū retrahit̄ lacert⁹ ventris tantum aut lacertus qui est infra costas tantum egreditur sp̄us.Eadez particula.

¶ Diafragma solū opatur ingressuz ⁊ egressum sp̄us. sed egressum sp̄us p violētiā lacert⁹ q est itra costas ⁊ q a collo vēit ad pectus p spatulas opat̄.p̄io motuū lacertoꝝ.

¶ Quilibet lacertoruz defert os sibi cōiunctū ac si deferret lapidez.⁊ dum existit fortis nō fatigat̄ ab eo.⁊ multotiēs nō sentit pōdus ei⁹ etiā sensu modico.⁊ cū debilis est sentit pondus eius ⁊ grauat̄ eius pōdere adeo ꝙ desiderat eius disseparationē a se ⁊ affectat mutare illḋ de figura in figurā.⁊ hoc ē qḋ egrū ꝓuocat mutare figurā membroꝝ suoꝝ in tp̄is mīno ⁊ non permittit eū tenere ī figura vna mēbra sua.i.mot.lacer.

¶ Opatiōes oīuz lacertoꝝ tempe somni q̄escūt. ⁊ operatio soli⁹ lacerti mouētis pect⁹ remāet ī statu suo.v.sciaꝝ.

¶ Nō mireris de genere dormientiū q opant̄ multotiēs actiōes volūtarias vt loq clamare ambulare ⁊ voluere se de latere ad lat⁹:q̄z vigilās opat̄ actiōes ad q̄s nō ē intentus adeo ꝙ āmbulat per viā pdestinatam ad locum et āmbulat oblitus ⁊ nescit quo tēdit donec pficit totam viā. primo motuum lacertorum.

¶ Ait Moyses in affirmatiōe omniuz actionū volūtariarum quas operatur dormiēs ⁊ oblitus.Dilatauit se.G.in ista particula verbis suis nec assignauit causā in ip̄is nec soluit dubitationē quā se soluere intromisit ⁊ cōfessus ē pplexitatē ⁊ dubitationez suā in ipsis motib⁹ dicēs. quāuis ignorez cām ipsaꝝ ⁊ non celauit qḋ erat manifestum. Ego vō nūc dico qualiter cessat volūtas a dormiēte ⁊ oblito cum mouet̄ motibus voluntarys ⁊ assigno.cāz ī ipis sub cōpendio ī ꝓlogis seq̄ntibus sicut patebit post euigilantiā in ipsis.Prolog⁹ pmus.mot⁹ volūtary sequuntur memoriā imaginatiōis visus:sicut cū mouet̄ ad inspiciēdum aliquā ex stellis.⁊ sequūtur aliquā imaginationez: sicut cū hō polluit̄ mediāte imaginatiōe alicui⁹ psone:⁊ sequūtur naturā sensus sicut mot⁹ hoīs ē cū pungit̄ a pulice.Prologus secund⁹.oēs mot⁹ volūtary oīum aialiuz sequuntur imaginationez vel sensuz.Prolog⁹ terti⁹.sciēdum ē ꝙ virt⁹ imaginatiua agit opationē suā pfecte ⁊ cōplete tpe somni.⁊ silr forma imaginationis q̄ ē in imaginatiōe alicui⁹ obliti agit opationē suā ēt si alicuius rei alterius recordet̄.Prolog⁹ q̄rtus.notoriū ē ꝙ sensus ī aiali tpe sōni nō cessat sicut ꝓbauit.G.in p̄ia pticula.sed est diminut⁹ ⁊ silis v̄tuti alicui⁹ q dissolut⁹ a forti labore qescit.⁊ post hos ꝓlogos patebit tibi ꝙ quicq̄d dixit.G.de opationib⁹ dormiētiū seq̄t v̄tutē imaginariā aut naturā sensus q̄z dormiēs statiz ꝙ claritas accedit ad ei⁹ oculos aut audit magnuz sonitū aut pungit̄ aculeo aut occupat̄ corpus ipsi⁹ magno calore aut magno frigore aut fame: scit aut sitit euigilatur.⁊ similiter cū dolet vnuz lat⁹ vult se ad aliḋ.⁊ hi omnes mot⁹ sequunt̄ naturā.⁊ non videatur tibi difficile de statu ebry aut apopletici q nō cuigilant̄ ab aliquo istoꝝ q̄z tales infirmi sunt ⁊ non sani. ⁊ in dormiēte nō cessant actiōes volūtarie oīo.ſ3 sequūtur sanā memoriā ipsi⁹.Uñ ambulatio dormiētis ⁊ obliti ex ꝓpositū suū seq̄t fōmā imagiatā imagiatōis pmit⁹ ab eo tempore quo vigilabat is qui nunc dormit aut tpe ꝓpositi eius qui nunc est oblitus.

¶ Actionū ⁊ locutionū quas opamur cuz ꝓposito tēpore sanitatis nos ipsi recordamur cū eas pri⁹ egerim⁹.sed nō ē sic de actiōibus ⁊ locutiōibus ebrioꝝ ⁊ mēte captoruz fortiter q̄z hi nō recordant̄ eoꝝ postq̄ȝ sunt liberati ēt si eas ad eorū mēoriam reducam⁹.Eadē pticula.

¶ Ait Moyses.hui⁹ causa ē.q̄z virtus memorialis cū est īcolumis id qḋ necesse est cōseruari recōmēdat cū ꝓposito cōseruatiue v̄tuti.⁊ ꝯseruatiua v̄t⁹ ꝯseruatiōe magna ꝯseruat id qḋ cū ꝓposito sibi depōit̄a memoriali v̄tute.

¶ Qui ꝯseruāt aliqḋ ī māib⁹ suis dū dormiunt significant māifeste ꝙ mot⁹ retractiōis remāsit in lacertis digitorū collectoꝝ supra puū corp⁹.⁊ ꝯiūctio maxillaꝝ tpe somni sanoꝝ significat verā opationē retractiōis lacertoꝝ ip̄aruz ⁊ simile significat lacert⁹ circūdās expulsiuū supfluitatuz cū opatiōe suā valida v̄tute ī dormiētib⁹ opat̄.secundo motuum lacertorum.

¶ Cerebꝝ h3 sp motū retractōis ⁊ extēsiōis currētē cursu pōderl p̄lus ad mo⁹ mot⁹ arteriaꝝ ⁊ cōdis.⁊ h̄ māifeste appet ī ifātib⁹ ⁊ pueris ⁊ ī aiali cui⁹ cerebrū ē discoop̄tū a craneo q cum clamant inflatur cerebrum totuz ⁊ decrescit.⁊ puta ꝙ cā hui⁹ ē calō addit⁹ ex forti clamor̄ q ipellit sbam cerebrl ad supi⁹ ⁊ cā depōit ad inferi⁹.⁊ p extēsionē

cerebri trahit̃ aer ꝑ nares: ⁊ ꝑ eiꝰ detractionē ꝑmit̃ qcq̄d ĩ eo ē sup̄fluitatis fumose vl' aliaꝝ sup̄fluitatū: ⁊ expellitur ab eo eiꝰ calore sp̄ icolũi remāente. ꝑticula vi. ꝺ odoratu.

¶ Pellicula cerebri subtilis adheret cerebro cū ꝯtinuitate ⁊ pellicula grossa ⁊ dura est discreta a pellicula subtili nec inter eas ē aliq̄ cõiunctio nisi inq̄ntū penetrant̃ ab aliq̄bus vēis. ⁊ pellicula dura ē ꝑforata foraminibꝰ rectis ad modū colatoꝝ ⁊ illis foraminibꝰ euaporat ⁊ mūdificatur fumositas ꝑfecta mūdificatiōe ꝑ igressuȝ ⁊ egressū aeris. Sed os qꝺ defendit cerebꝝ ex ea ꝑte q̄ accedit faciei ⁊ palato ē cõcauū. ⁊ anothomici vocāt ipsuȝ colatorium. nā eiꝰ foramina sūt recta queādmoduȝ sūt foramia colatoꝝ. Sȝ foramia eiꝰ sūt ieq̄liū meatuū ad modū spõgie vt aer nimis frigidꝰ cū attrahitur nõ igrediat̃ ad ventriculos cerebri recte. viij. iuuamentoꝝ.

¶ Inter os sūmitatis pallati ⁊ pelliculā cerebri duraȝ est rethe ꝯtextū ex arterijs ⁊ illud subigredit̃ totuȝ cerebꝝ excepto paꝝ. ⁊ ĩ hoc rethe sunt plures tunice in aspectu similes pluribꝰ retibꝰ piscatoꝝ: que. s. vnū sup̄ aliud sunt extēsa vt sanguis mora sui ĩ eis decoq̄tur ⁊ subtilietur: ⁊ ad vētriculos cerebri ꝺcoctꝰ trāseat ⁊ sbtilis. ix. iuuamētoꝝ.

¶ Nucha corpꝰ molle qꝺ egredit̃ a cerebro ꝑ oēs iuncturas spine circūdatur eisdeȝ pelliculis quibꝰ circūdatur cerebrum. ⁊ vna pellicula adheret reliq̄. ⁊ he circūdātur sifach inoluto sup̄ eis ex ꝑte exteriori q̄si tota pellicula forti ⁊ dura de genere nerui vt defendat ipsum fortitudine virtutis ⁊ duritie sua. xiij. iuuamentorum.

¶ Sensus gustus ⁊ tactꝰ in lingua est ab vno neruo tantū ⁊ ē ille q̄ ꝓcedit ex pari tertio nerui cerebri. ⁊ accidit multotiēs ꝙ ledit̃ sensus gustꝰ ⁊ nõ ledit̃ sensus tactꝰ ligue ab ipsa lesiōe. ⁊ cā huiꝰ est. qꝛ sensus gustus eget v̄tutis iuuamine maiori q̄ȝ sensus tactus.

¶ Quicq̄d nuce est ex ꝑte sup̄iori ē meliꝰ ⁊ nobiliꝰ illo qꝺ est ex ꝑte inferiori. quarto scientiaꝝ.

¶ Nobiliꝰ instrumētoꝝ verbi ē lingua. ⁊ nobiliora instr̄a vocis sunt guttur: ⁊ lacertꝰ mouēs ip̄m ⁊ neruꝰ q̄ ad ipsuȝ lacertuȝ v̄tutē a cerebro mittit. q̄rto scientiaꝝ.

¶ Interiꝰ vuee tūice molle ē ⁊ tractabile vt suscipiat hūiditateȝ cristallinā sic̄ hūiditatē spõgia: ⁊ hūiditas sbtilis ⁊ ipsa ē albuginea fuit posita ⁊ diffusa supra hūiditatem cristallinā diuidēs id qꝺ resultat a cornea ⁊ cristallina in foraminibꝰ vuee. Et tunica cornea lucēs tāq̄ȝ speculuȝ est extēsa sup̄ id qꝺ ē exteriꝰ de humiditate cristallina q̄ egreditur vitrea hūiditate. x. iuuamētorum.

¶ Incisio pelliculaꝝ cerebrū circūdātiuȝ ⁊ sil'r icisio alicuius ex corꝑe cerebri nõ nocet aīali in aliquo. sȝ cū ꝑuenit icisio ad vētres eiꝰ amittit tunc aīal volūtarios motꝰ oēs. scꝺo anotomie viuoꝝ. Genera motꝰ in corꝑe aīalis q̄ sensus iuenit sūt duo. s. motꝰ volūtariꝰ ⁊ motus cordis ⁊ arteriaꝝ ⁊ est tertiū genꝰ motus existens in venis nõ pulsatilibus: qꝺ non iuenit sēsus nec ē necesse vt hic de illo mentio fiat. Par. vi. de rigore ⁊ tremore.

¶ Ait Moyses hic motꝰ tertius de quo hic fit mētio ē ille queȝ. G. in tertia ꝓbauit ꝑticula libri sui de virtutibꝰ naturalibꝰ: ⁊ ē qꝛ vene nõ pulsatiles aliq̄n mouent̃ ad attractionē nutrimēti. ⁊ aliq̄n monētur motu ꝯ̄rio ad expulsionē alicuiꝰ: qꝺ est in ipsis per eandē viā. ⁊ ad ꝓbationem hoꝝ se circa hec in ipsa ꝑticula dilatauit.

¶ Quia iuēimꝰ ꝙ matrix vesica ⁊ chistis fellis oēs attrahunt ⁊ expellūt quodlibet ꝑ vnū ꝓpriū colluȝ: nõ ē mirū si nā expellit ad stōm ⁊ vēas sup̄fluitates corꝑis multas. Et accit multotiēs ꝓꝑ longā famē ꝙ stomacꝰ cibum ab epate ad se trahit illis venis q̄bꝰ trāsmittit̃ ab eo ad epar cibꝰ q̄ vene medie sūt iter epar ⁊ ꝑtes stōi vniuersas.

¶ Cuȝ vero ĩ stomaco ⁊ eiꝰ ꝑtibꝰ est cibus multus ip̄ȝ ad epar mittūt. ⁊ cuȝ stomacus inanitus est ⁊ cibo eget attrahit iterum venis ipsis. tertio virtutum.

¶ Gressus ꝑficitur ꝑ motū ⁊ geteȝ ⁊ pedes sunt instrumēta getis ⁊ crura ⁊ cosse sunt instrumēta motus. tertio iuuamentorum.

¶ Pulmo est instr̄m spiritꝰ ⁊ vocis. ⁊ oē aīal quod nõ atrahit aereȝ ꝑ os ⁊ nares caret pulmone ⁊ caret cellula dextra ex cellulis cordis ad locum pulmonis creata. xvi. iuuamentorum.

¶ Forma stōi est rotūda in longū ꝓducta. ⁊ ex ea ꝑte que vicinatur spine ē lata. ⁊ inferior pars eiꝰ in homine est latior sup̄iori. ⁊ epar circūdat ⁊ regit cuȝ suis pēnis. sicut cū aliq̄d regit̃ ⁊ circūdat̃ digitis. Et oppositꝰ ē sibi splen ex ꝑte sinistra. ⁊ fundꝰ stomaci tendit ad partem dextraȝ. ⁊ a ꝑte superiori est spina ⁊ lacertus extensus supra ipsaȝ ⁊ a parte anteriori est siphac quod ipsum cooperit ⁊ calefacit. iiij. iuuamentorum.

¶ Sifac ē cõpositū ex duabꝰ tūicis solidis ⁊ subtilibꝰ vna superposita alteri ⁊ ex arterijs ⁊ venis ⁊ pinguedie ĩ modica. Et in corpore aīalis aliq̄d rarius ⁊ siccius sifac minime inuenitur. quarto iuuamētoꝝ. Supra stomacū est sifac circūdās eius tunicā carneā exteriorem ⁊ sifac colligatur ad spinam. ⁊ ex hoc format̃ cibus. ⁊ ex eo etiā formatur pellicula cooperiens epar colligans ⁊ circundans illud: ⁊ quasi pellis ipsum muniens. ⁊ ex eo etiaȝ formāt̃ pellicule splenis vesice renū et ĩtestinoꝝ. 4.º iuuamētoꝝ.

¶ Stomacꝰ ⁊ intestina ex duobꝰ nutriunt̃. ꝓmū ē cibꝰ qui in eos ingreditur ⁊ digeritur. secundum est id qꝺ ab epate trahunt. quarto iuuamentorum.

¶ Stomacꝰ postq̄ȝ replet̃ cibis ꝺȝ sufficiētē q̄ntitatem ⁊ colligit in suis tunicis eos: qꝺ ex eis meliꝰ ē sibi attrahit: ⁊ expellit a se id qꝺ residuū ē: queādmodū ē fex ꝺm nālez q̄ntitatē. ⁊ sil'e intestinoꝝ quodlibet oꝑat̃. tertio v̄tutū.

¶ Inspice ⁊ cognosce cibatiōis ordines esse tres ꝑ tēpora sui. Primꝰ ē additio corꝑi stomaci ex cibo quousq̄ȝ satiat̃ in descēsu cibi ad stōm ⁊ mora sui in illo ad suscipiēdam digōnem: quo tꝑe ad epar aliq̄d fluit cibi. secūdus ē additio tunicis ĩtestinoꝝ ⁊ substātie epatis ex cibo ĩ transitu cibi ad ĩtestina ĩ q̄bus paꝝ morat̃ et fluxu sui ex inde ad epar ad digōnē ĩ illo suscipiēdā. ⁊ hoc tꝑe id cibi qꝺ prio corꝑori stōaci additū ē ꝯsolidat̃ ⁊ ꝯiūgit̃ sibi. Tertius est cibatio mēbroꝝ oiuȝ cibo cõuerso sil'r mēbris singulis ĩ trāsitu cibi ad ea mēbra ĩ q̄bꝰ suscipit digōnem. ⁊ hoc tꝑe coniūgit̃ ⁊ solidatur intestinis ⁊ epati id cibi quod additum est eis tempore secundo. tertio virtutum.

¶ Digestio q̄ fit in stomaco est quedaȝ spēs de speciebus mutationis ⁊ digō que fit in venis ē spēs de spēbus mutationis. Et eodem mō est digō q̄ fit in quolibet mēbroꝝ: ⁊ post istā tertiā spēm mutatiōis est mutatio quarta que dr̃ sil'itudinaria. ⁊ nomē sil'itudis extra nomē nutrimēti ē: sȝ vnꝰ ē eoꝝ effectus. sexto morborum ⁊ accidentium.

¶ Zirbus est ex mēbris q̄bus nõ idigemꝰ ad ꝯseruationē vite. ⁊ vtilitas eiꝰ in corpore est modica. sed q̄a in eo inueniūtur arterie ⁊ vene oportet nos cauere ne aliq̄d ex eo incidatur. ꝙ si forte egrediatur parum sanguis liget̃ ꝑus supra ipsum ⁊ postea incidatur. vi. ingenij.

¶ Corpus splenis est molle ⁊ cauernosuȝ ad sil'itudinem spongie ĩ quo sunt multe arterie ad calefaciēdum ipsum ⁊ digerendum grossuȝ hūoreȝ quē ipse atrahit ⁊ ad expellendū a se fumosaȝ sup̄fluitateȝ in eo generatā maliciam hūoris in ip̄m decurrētis ⁊ grossitie sui. q̄rto iuuamētoꝝ.

¶ Ren dexter ē eleuatꝰ adeo ꝙ ĩ aliquo aīaliū magnoꝝ supponit sibi renē sinistrū ⁊ vnꝰ ñ ĩpedit reliquū ad attractionē ēt si recta diametro opponant̃. q̄nto iuuamentoꝝ.

¶ Ad vesicā ⁊ cistiȝ fellis accedunt vene q̄ eos nutriunt preter venas q̄bus attrahunt̃ sup̄fluitates. qꝛ sup̄fluitas q̄ ad eos accedit est sola ⁊ pura nullā habens admistiōeȝ

⁊ accedit ad collũ chistis fellis spãliter arteria q̃dam vẽa ⁊ neruus ⁊ q̃libet eoꝝ in corpore chistis fellis per se diuiditur: ⁊ fit silr̃ in vesica quinto iuuamenti membrorum.

¶ Mrix est de genere nerui ⁊ ẽ dura. ⁊ facte sunt i mulierẽ due matrices tẽdentes ad vnũ pnͥcipiũ. ⁊ illd ẽ collũ mrĩcis ⁊ corp⁹ mrĩcis exteri⁹ circũdat̃ pellicula q̃ diũgit ipas duas matrices i loco vno ad quẽ cum puenerit ligat eas. ⁊ facte sũt silr̃ in muliere due mãmille q̃ruz q̃libet deseruit cuilibet pti matricis. Et vnũ de mirabilib⁹ q̃ i creaturis reperiunt̃ ẽ repertio eq̃litatis numeri cellulaꝝ matricis ad numeꝝ cellulaꝝ mãmillaꝝ i q̃libet aĩali ⁊ nũeri mãmillaꝝ ad numeꝝ filioꝝ. xiiij. iuuamẽtoꝝ.

¶ Inter vesicã ⁊ matricẽ nõ ẽ aliq̃ dr̃ia. ſʒ vesica ẽ durior ⁊ est proximior generi nerui: ⁊ iõ eius apata sunt quo ad pulsationẽ matricis apatibus duriora. xvi. pulsuum.

¶ Quattuor membra sũt q̃ habẽt duas tunicas videlicet meri stomac⁹ oĩa itestina ⁊ oẽs arterie exceptis his spãliter q̃ sunt i pulmone. ⁊ sunt q̃ttuor mẽbra habẽtia vnicã tunicã ⁊ sunt chistis fellis vesica matrix ⁊ oẽs vene non pulsatiles exceptis his spãliter que sunt i pulmone. pmo ⁊ scdo virtutum naturalium. ⁊. vi. iuuamenti mẽbrorum.

Procreatio virge ẽ ex ossib⁹ pectinis. s. ex supeminẽtib⁹ queadmodũ sunt ligamẽta: ⁊ differt a ligamẽtis i cõcauitate vt cito repleat̃ tẽdat̃ ⁊ induret̃. deide molliat̃ ⁊ laxetur: ⁊ hic neruus cõcauus si vis potes eũ noĩare neruum. vel alio noĩe. s. virgã. ⁊ ei⁹ plantatio distat ab ano ⁊ meat⁹ spermatis est in eo ex parte inferiori productus in lõguz per medium eius. xv. iuuamentorum.

¶ In pellicula ãboꝝ renũ ẽ q̃dam neruus queadmoduz neruus splenis epatis ⁊ chistis fellis. naz ⁊ ad hec omnia mẽbra accedũt nerui parui cõiuncti pelliculis que sũt super ea extensa. Sed ad vesicã accedũt nerui magni ad hͦ vt sit sensus eius subtilior ⁊ velocior. ⁊ omnia pdicta mẽbra muniũtur pelliculis procedẽtibus a sifac extenso supra ventrem. xv. iuuamentorum.

¶ Hũiditates decurrẽtes ⁊ oppilãtes corpa valde solida gñant dolores magis i eis q̃ȝ i mẽbris his ꝯrys. q2 illa magis tẽdũt̃. ⁊ illã tẽsionẽ seq̃tur augmẽtatio doloꝝ. ⁊ iõ dolores vesice sunt fortiores dolorib⁹ matricis ẽt si ineniãtur ipa duo mẽbra eq̃liter hẽre mãm. xvi. iuuamentoꝝ.

¶ Lacert⁹ manuũ pedũ ⁊ faciei cũ tẽdit̃ fit gibbosus propter duriciẽ ossiuz sub eo existẽtiũ faciẽs supeminẽtiã in medio coadunatiõis sui: ⁊ dum dissoluit̃ ⁊ retrahit̃ explanatur ⁊ accidit lacerto pectoris ⁊ vẽtris. cõtrariũ hui⁹ qd accidit lacerto manuũ ⁊ peduz. s. q cũ hͦ tẽdit̃ explanat̃. q2 reperit sub se corpa mollia: q̃b⁹ cõpressis tpe tensionis abscondit̃ gibbositas i locis ꝯcauis. ⁊ cuz laxatur fit gibbosus. quia apparet eius supereminentia ⁊ egreditur. primo motuum lacertorum.

¶ Motus vniuscuiusq3 lacerti ad sui principiũ ẽ vnus ex motib⁹ lacerti videlicet retractiu⁹ vel coadunatiu⁹ ⁊ motus manuũ vł capitis ñ ẽ vn⁹ mot⁹ lacerti ſʒ plures ⁊ pluriũ lacertorum. quorum quilibet motum suum sine aliq̃ operatur. Eadem particula.

¶ Uirt⁹ q̃ ẽ in spmate cuz ex sanguĩe pducit mãm vtilez ad faciendũ os ⁊ ad faciẽduz neruũ. ⁊ silr̃ ad faciẽduz mẽbra oĩa silẽs ptes habẽtia dicit̃ v̾tus generatiua. quia generat ⁊ pducit mãm que prius non inueniebat̃. ⁊ noĩat̃ ẽt ipsa virtus imutatiua. ⁊ cũ virtus spermatis informat dictã mãm ⁊ ex ea facit os talis quãtitatis ⁊ talis forme: ⁊ silr̃ oĩa mẽbra habẽtia similes ptes dicitur v̾tus informatiua. ⁊ ipsa est q̃ habet pnͥcipiũ intellectuale post principia nãlia. ⁊ v̾tus spermatis q̃ augmẽtat illud os puum vel neruũ puuz donec crescat ⁊ augmentet̃ dicit̃ v̾t⁹ augmentatiua. ⁊ v̾tus spermatis q̃ nutrit mẽbrũ donec augmentat̃ ⁊ reparat id qd dissoluit̃ ex eo dr̃ virt⁹ nutritiua q̃ pficitur q̃ttuor v̾tutib⁹. s. appetitiua retẽtiua imutatiua. ⁊ expulsiua: ⁊ imutatiua q̃ dicit̃ digestiua non pficit̃ nisi actiõe solidatiua ⁊ silitudinaria. prĩo v̾tutũ nãlium.

¶ Donec fet⁹ ẽ i matrice gñatiua ⁊ iformatia dñatur: ⁊ v̾tus nutritiua ⁊ augmentatiua deseruiũt eis. sed post ptũ quousq3 puenit̃ ad statũ iuuẽtutis virtus nutritiua ⁊ v̾t⁹ augmentatiua dñant̃. ⁊ gñatiua ⁊ iformatiua adiuuant ⁊ deseruiũt eis. ⁊ p⁹ statũ iuuẽtutis cessant augmẽtatia ⁊ iformatiua: ⁊ remanet nutritiua vsq3 ad finez vite. primo virtutum naturalium.

¶ Uilli cuiuslibet itestinoꝝ sũt rotũdi ⁊ p latũ i eoꝝ tunicis adiuicẽ iuoluti vt ꝯtentũ itestinoꝝ supra qd inuoluta sunt colligãt. nec sunt reꝝ aliq̃d attractiui. Et villoꝝ stoĩ aliq̃ extẽsi sũt p lõgitudinẽ pp attractionẽ. ⁊ aliq̃ propter expulsionem p latitudinez sunt extensi. tertio virtutum.

¶ Explicit particula prima.

¶ Incipit particula secunda continẽs aphorismos ab humoribus dependentes.

Sanguis est q̃dã massa humoꝝ oĩuz per dispositionẽ naturalem in epate generatã. ⁊ denoĩatur a sanguine ꝑpter suãz abundãtiã sãguinis ⁊ ei⁹ dñiuz sup aliquos humores. ⁊ ẽ id qd euacuatur p flobotomiã ⁊ scarificationẽ. Et cũ dicim⁹ q i corpe sunt hũores q̃ttuor. s. sanguis flr̃a colera citrina ⁊ colera nigra: nõ intelligimus tũc p sanguinẽ ipam massaz humoꝝ q̃ttuor: sed intelligimus illuz q cõprehendit̃ p imaginationẽ ⁊ hũorib⁹ alys nõ est mixt⁹. q̃rto expositiõis ei⁹ in secunda epidimiaꝝ.

¶ Sicut inuenit̃ in lacte hũiditas aquosa quasi lauatura grosse ptis i eo existẽtis ita inuenit̃ in oĩb⁹ hũorib⁹ humiditas aquosa subtilis ineq̃lis qualitatis a q̃litate naturali eius hũoris cui⁹ ẽ aq̃sitas. ⁊ deterior aq̃sitatib⁹ est aq̃sitas colere nigre: ⁊ min⁹ mala ẽ aq̃sitas citrĩe: ⁊ lõge min⁹ mala ea est aq̃sitas flr̃atis. ⁊ calidior ⁊ melior ẽ aquositas sanguinis piguosa. scdo expositiõis ei⁹ i sexto epidimiaꝝ.

¶ Colera citrina clara vel nõ. ⁊ similiter que est caliditatẽ dñantis adeo q est sicut vitelluz oui generatur in venis ⁊ arterys. Sed in ventre aliquando generatur colera viridis sicut color porri ⁊ sicut eris erugo indici coloris subtilis. Particula sexta de colera nigra.

¶ Colera grossa rubea clara est quã q̃dã vocant silẽm vitello ouoꝝ. Et fortasse vides eã plus hũidã ⁊ min⁹ rubeã. ⁊ illa est q̃ noĩatur proprie citrina. ⁊ forte vides ei pmixtuz flegma subtile aut hũiditatẽ aquosã. Et ẽ genus aliđ colere cuius color est color porri. ⁊ multotiens q̃dẽ gñat̃ hec colera i stõ pp cibos nõ recipiẽtes i stomaco digestionez sicut sunt sicla cepe ⁊ porri. ⁊ forte gñat̃ hec colera in venis ꝑpter calorez nãlem. ⁊ effũditur ab his aut ad stomacũ aut ad intestina. Expositõe eius i scda pnosticoꝝ.

¶ Egreditur p vomitũ colera rubea sic calor arsenici rubei. ⁊ dr̃ colera arsenica: ⁊ egredit̃ ipa colera silis arsenico p secessum. prĩa expositiõis eius in. vi. epidimiarum.

¶ Omnẽ hũorẽ frĩdum q est i corpore nos vocam⁹ flr̃a. et hic hũor habet multos modos: quoꝝ vn⁹ ẽ frĩdus valde q gñat dolores fortissimos. ⁊ assimilat̃ p aspectum vitro liq̃facto. ⁊ hic modus vitre⁹ hȝ secuz aliquid saporis acetosi. Et alius modus est q cũ ab humorib⁹ emittitur per excreationẽ ⁊ sputa habet secum dulcedinem sensibilez ⁊ non est pure frigidus ꝑpter sui dulcedinem. Est ⁊ tertius qui sentitur ab eo qui ipsum expuit acidũ. ⁊ hͦ ẽ magis frĩdus q̃ȝ vitreus ⁊ fridior q̃ȝ dulcis. Est ⁊ alius modus salsus qui accidit aut ex cã putrefactiõis sue aut ex causa humiditatis aquose salse sibi cõmixte. scdo febriuz.

¶ Cum decoquitur cibus in epate superfluitas ipsius similis spume supeminẽti in musto dr̃ colera citrina nãlis ⁊ que residet in fundo feci similis dicitur colera nigra. ⁊

hoc ē verū cū corp⁹ ē dispositū dispōne nāli. Cū aūt est ex̄ naturā tūc colera citrina fit silīs vitellis ouorū in colore ⁊ grossitie. hoc ideo qꝛ tūc hui⁹ colera inflāmat̃ ⁊ adurit̃ igneo calore. Et alie oēs spēs colere sunt q̄si medie inter ipsas. secundo virtutum naturalium.

¶ Splen ⁊ fel mūdificāt sanguinez. ⁊ qlibet eoꝝ attrahit a sanguīe ꝺ colera ⁊ melācolia ad se mēsuratā quātitatē, q̄litatē q̄ si irēt per totū corp⁹ nocerēt ei ⁊ remaneret i eo quicqd ex eis ē nimis grossuz ⁊ terreuz. Et in sūma qcqd nō pōt imutari ab epate attrahit sibi splen ⁊ qꝺ remanet postea ex eo ꝑ epate grossitiei ⁊ digōni trāsit ad totū corp⁹ qꝛ sāguis ē necc̄ius mēbris plurib⁹ ob grossitiē. ⁊ ita ē iudicanduz de colera citrina secūdo v̄tutum nālium.

¶ Spērum colere aliq̄ est nālis q̄ ꝓdest aīali: ⁊ aliqua ex̄ naturā q̄ nō ꝓdest. ⁊ ita ē de fl̄ate. Qꝺ eni dulce ex ipso ē ꝓdest aīali qꝛ ē nāle: ⁊ qꝺ ē ex eo acidū vel salsuz ñ ꝓdest acidū v̄o accipit aliqd ex scꝺa digōne q̄ est in epate. Salsuz v̄o ē corruptū: ⁊ qꝺ nō digerit̃ a pria digōe q̄ fit i stōaco hūoꝝ aliqs nō fit naturalis. scꝺo v̄tutū nālium.

¶ In stōaco fortassis colligit̃ chim⁹ fl̄atic⁹ vel coleric⁹ ⁊ flegma est modis pluribus. est. n. aliud acidum aliud salsuz. aliud dulce ⁊ aliud insipidū. ⁊ est ēt aliud molle subtile. ⁊ aliud grossuz viscosuz. ⁊ aliud aptuz ad dissolutionē ⁊ diuisionē. Et eodē modo est de colera rubea ⁊ citrina q̄ crescit ⁊ decrescit in rubedine ⁊ citrinitate: ⁊ similiter est de spēbus colere q̄ in corporibus egrotantiū generātur. primo expositionis libri ciborum.

¶ Colere citrine virt⁹ est calida ⁊ sicca. ⁊ colere nigre virtus frida ē ⁊ sicca. ⁊ fl̄atis frida ⁊ hūida. ⁊ quilibet istorū humorum decurrit quādoqꝫ ad mēbra purus ⁊ sol⁹ sine admixtione aliqua. ⁊ multotiēs decurrūt admixti simul. secundo morborum ⁊ accidentium.

¶ Hoꝝ humoꝝ aliq cōmiscētur adiuicē ⁊ īpossibile est inueniri aliquē istoꝝ puꝝ quin sit admixtus cū aliquo nisi raro. primo morboꝝ ⁊ accidentium.

¶ Nō redit pl'ſus ī aliq̄ febriū ad ſtatū ſuū nālē: ēt ſi īter pmā acceſſionē ⁊ ſecundā ſit magna mora: queadmodū fit ī tertiana ⁊ q̄rtana. in h̄o. n. febrib⁹ ſignū fixū febris n̄ recedit a venis niſi ī febre ephimera: ī q̄ ſignū feb. depit ⁊ diſturbat̄ cū ei⁹ ceſſatiōe. pmo ad Glauconē.

¶ Corrūpit̄ circūſtātia circuit⁹ febris ⁊ variat̄ duabus ex cāis: aut pp ꝯuerſionē hūoꝝ gn̄antiū febrē de nā ī nām: aut pp pctm̄ icidēs ī ꝯſilio: ⁊ putat̄ q̄nqꝫ q febris n̄ hēat exiſtētē circūſtātiā ⁊ ipſa h̄z eā. ⁊ cā h⁹ ē q multi circuit⁹ ꝯpoſiti: quoꝝ medic⁹ ignorat ꝯpōnem. ſcdō febriū.

¶ Jllos paroxiſmos q̄ a pn°. vſqꝫ ad ſui vltimū videntur currere in ipſoꝝ iuaſiōe ante ſui certā horā medici ō ſui ꝯſuetudie nomināt āticipātes: ⁊ q ſunt ꝯrij eos nomināt poſtponētes. anticipātes vō poxiſmi ⁊ poſtponētes nō ſignificāt augmētū egritudis neqꝫ declinatōēz: ſꝫ ea tēpora cognoſcūt̄ poxiſmoꝝ augmēto ⁊ diminutōe. vel augmēto ⁊ diminutōe negtie accñtiū ſui. pmo criſis.

¶ Signa febris tertiãe pure q̃ statiʒ cogñscunt̃ ex his q̃ ac cidũt egrotãti sũt.xi. Primũ est rigor fortis ĩ febris p̃nci pio quo sentit̃ ꝙ cutis aculeis sit plena ꝛ pũgatur ab eis. scd̃m sitis ꝛ iflãmatio q̃ nõ ꝓlõgat̃. ꝛ tertiũ fortitudo pul sus oĩ tp̃e suo. q̃rtũ stat⁹ accessiõis p̃n⁹. ꝓximus. q̃ntũ dif fusio caloris equal'r p totũ corp⁹. sextũ reptio multi calo ris acuti cũ p̃ man⁹ apponit̃ supra corp⁹ q postmodũ debi litat̃ ꝛ vincit̃ a mãu ip̃a. septimũ exit⁹ vaporis calĩ a po ris cũ bibit̃ aq̃. octauũ vomit⁹ colere citrĩe: q̃nq3 fluxus vẽtris colĩcus ꝛ vrĩa supra quã col'a dñat̃: ꝛ q̃n3 hec tria fil'. nonũ sudor vaporosus calĩus ꝛ eq̃lis in corpe toto. de cimuʒ post hec oĩa cessatio ꝛ eradicatio febris ꝯplete. vn decimũ mora paroxismi nõ trãsiẽs.iz. horas. z⁹. crisis.

¶ Signa febris q̃rtãe q̃ ex ip̃a febre cognoscunt̃ ĩ vniuer so sunt q̃tuor: quoꝝ p̃mũ ẽ sublatio oĩum signoꝝ tertiãe pure: imo ipsoꝝ ĩuentio p ꝯ̃riũ multotiẽs ĩ febre ip̃a. scd̃3 hec feb. raro p se ĩcipit: sed tñ accidit post ĩceptõe3 aliaꝝ febriũ. tertiũ pulsus in p̃n⁹ febris ẽt si eger sit adolescẽs est queãdmodũ illius qui est in senio cõstitutus. quartũ eius ĩchoatio cũ rigore debili q postmodũ augmentat̃ in accessiõe qualib3 ꝛ ĩ rigore ip̃o sentit forte frigus ẜm q̃ti tatẽ fortitudine rigoris ĩtantũ ꝙ ex fortitudine ipsa sen tit̃ ꝙ ossa contundantur. secundo crisis.

¶ Signa febris quottidiãe sunt mãifesta ꝛ cognita: ꝛ sũt septẽ: quoꝝ p̃mũ est febris hec nõ ĩcipit in dieb⁹ p̃mis cũ rigore: imo postea: ꝛ nõ accidit h̃nti nisi ĩfrigidatio extre mitatũ ei⁹ ꝛ eius q̃d appet de corpe ipsius: nõ tñ est vt ve rus rigor. scd̃m pulsus ĩequalitas ꝛ corruptio sui ordĩs in p̃n⁹ paroxismoꝝ feb. tertiũ nõ sentit eger iflãmatõe3 vehe mente3: ꝛ est sitis minor in hac febre q̃3 in alijs oĩbus fe brib⁹. quartũ eger forte nõ sudat in p̃mis dieb⁹ cũ ĩdigõ nevrĩe. q̃ntũ fortasse nõ accidit hec febris nisi cũ lesione oris stõi ꝛ epatis. sextũ magnificatio iflãmatõis eius q̃d est sub ypocũdrijs magis eo q̃d erat ẜm nã3. septimũ ap paritio coloris egri inter citrinũ ꝛ album medij etiã sta tu paroxismi ꝑuento iam ad fine3. secundo crisis.

¶ Febriũ ꝯtinuaꝝ mã ꝯprehẽdit̃ iter venas: ꝛ nõ ẽ cũ eis rigor neq3 sudor: ꝛ febris que generat̃ ex ap̃ate sanguĩeo nominato flegmon est bona ꝛ salubris ꝛ magis assimila tur febri die accidenti ex ap̃ate carnis mollis que est in emunctorijs ꝛ alijs locis. secundo crisis.

¶ Cũ coadunant̃ vno tp̃e res multe ĩcipe sanguinẽ ex he re cũ flõmia: deĩde diminue h̃uores ꝛ subtilia eos ꝛ vlti mo emolli q̃d ĩduratũ ẽ ꝛ ap̃i cutẽ depss3. xi. ĩgenij.

¶ In qualib3 sp̃ẽ tertiane cũ apparuerit signa digõnis se cure festina porrigere paꝝ de absinthio: q̃a h3 ĩ se lauda bilem actionẽ multimode. Et etiã hec medicina pre cete ris curat egritudines que in ore stomaci ex mordicatiõe colere generantur. p̃ma ad Glauconem.

¶ Inchoat tertiana cũ rigore forti: quartanã v̓o nullo tẽ pore recolo vidisse incipe cu3 rigore: sed tñ mortificat̃ ri gor in ea ꝛ efficit̃ difficilis p lõgitudinẽ dieꝝ: ꝛ sepius ge nerat̃ ex reliquijs febriũ p̄cedentiu3: ꝛ maxime febris q̃ cõposita nominat̃. p̃ma ad Glauconẽ.

¶ Febris tertiane pure recessus est in septẽ circuitibus: ꝛ cũ hoc p̃ omnib⁹ alijs febribus salubris est ꝛ dubitabilis minus. Cũ v̓o ẽ notha nec est pura ꝯtrariũ. Et ego vidi se mel ꝙ hec febris ĩcepit in quoda3 puero in p̃ncipio autũ ni ꝛ nõ dimisit eũ vsq3 ad ver. p̃ma ad Glauconẽ.

¶ Febris in q̃ accidit coadũatio caloris ꝛ frigoris sil' ꝛ re perit̃ fortis calor cũ rigore frigido causa ẽ flegma vitreũ in corpe multũ: ꝛ h̃uor de genere colere corpi dñantes q mouẽt sensibilia mẽbra ꝛ nõ remãet in eo aliq̃ ꝑticula in q̃ repiat̃ calor tãtũ: s3 sentit̃ tunc in interiorib⁹ corpis ca lor ꝛ friditas sil': q̃a id q̃d calefacit ꝛ ifrigidat in ꝑticulas minimas ẽ disꝑsu3. Particula. 6. de mala ꝯplone.

¶ Rigoris q nõ q̇escit donec ꝑueniat ꝓpe statũ duo sunt modi: quoꝝ vnus ẽ q q̇escit cũ appropiquat status acces siõis feb. ꝛ ẽ debilis ꝛ nõ fortis: ꝛ accidit ex putrefactiõe flegmatis fortis friditatis: q̃d vocat̃ vitreũ: ꝛ ali⁹ modus q nõ q̇escit nisi cũ appropinquat status totius egritudis. nã febris q̃rtane nõ cognoscit̃ ꝑfectio status quousq3 nõ ĩcipit rigor diminui: ꝛ rigor qui ĩcipit cũ maxima fortitu dine ꝛ stati q̇escit añ tp̃s status est in febre tertiana. p̃ma expositionis eius in sexto epidimiaꝝ.

¶ Tertiãe pure lõgior accessio est. iz. horaꝝ. nocte v̓o ꝓ lõgat̃ accessio in horas. zo. vel. z4. ꝛ augmẽtat̃ ei⁹ ꝓlon gatio nimis adeo ꝙ ꝓlõgat̃ eius accessio circa. 4o. horas ꝛ diminuit̃ ei⁹ q̇es vsq3 ad horas. 8. ꝛ hec oĩa ex his q̃ de cãis lõgitudis accessiõis dcã sũt colligunt̃. z⁹. febriũ.

¶ Cum eger duas febres tertianas h3 aut duas q̃rtanas. tũc due tertiãe paroxismũ oĩ die faciũt: ꝛ due febres q̃rtãe faciũt paroxismũ tertianum: ꝛ estimat̃ ꝙ due tertiane sint vna febris: cui⁹ paroxismus fit omni die ꝛ estimat̃ de dua bus q̃rtanis ꝙ ipse sint tertiana vna. scd̃o crisis.

¶ Nõ est posse febres adurẽtes ex retẽtõe colere genera ri: sed ipsaꝝ generatio ẽ ex dominio caloris q est in vasis acuti ꝛ accẽsi calore aeris cibis calidis labore aut moti bus aĩe. iz. expõnis ei⁹ in p̃ma epidimiaꝝ.

¶ Op3 te p̃us ĩspicere nãm febris q̃ cũ ẽ fortis caloris ac cẽsa ꝛ adurẽs crisis eius erit p fluxũ: ꝛ cũ est caloris debi lis similis igni sepulto febrẽ ipsa3 ꝓlõgari nec̃e ẽ: ꝛ p exi turas multotiẽs fit ei⁹ crisis. p̃mo ad Glauconẽ.

¶ Febres adurẽtes fortes fiũt ex cã ep̃is ꝛ stõi: ꝛ fiunt ex cã ap̃atis pulmõis aut ex cã h̃uoꝝ colericoꝝ q putrefiũt ꝛ disꝑgunt̃ p totũ corpus ꝛ ꝑueniũt ꝑꝑ cãm sue putrefa ctiõis ad nimiũ calorẽ similẽ ebuliẽti. 5⁹ scientiaꝝ.

¶ In febre acuta adurẽti decurrit ad stõm superfluitas ca lida ꝛ acuta: q̃ cũ nõ generat siti3 hoc p signĩs malis alijs est signũ malũ: significat. n. ꝙ virt⁹ sensitiua q̃ ẽ in stõ ia3 destructa ẽ ꝛ ꝑempta. p̃ma expõnis ei⁹ ĩ p̃ma epidi.

¶ Ex h̃uore acuto ꝛ adurẽti q febrẽ generat ĩpossibile est ap̃a in aurib⁹ generari: ꝛ ex h̃uore ip̃o valde frido ꝛ gros so ap̃ata ĩ ĩferiorib⁹ corpis generant̃: ꝛ ex h̃uore ip̃o ĩter statum vtrũq3 medio sub auribus ap̃ata generant̃. secũ da expositõis eius in secunda epidimiaꝝ.

¶ Uarietas vomit⁹ q̃ accidit ĩ febre adurẽti significat ꝙ in venis q̃ sunt vnite in ĩtestinis ꝛ lateri ꝯcauo epatis sũt h̃uores crudi. Et vrĩa subtilis q̃ accidit ĩ febre ipsa signi ficat ꝙ ĩ venis exñtibus in gibbositate ep̃is sunt h̃uores crudi ꝛ multi. scd̃a expõnis eius in 3⁹. epidimiaꝝ.

¶ Uera accñtia feb. adurẽtis sunt duo: videlicet sitis ꝯti nua q̃ nõ recedit nec cessat: ꝛ calor accẽsus q cũ tãgit̃ sen sibilẽ h3 ardorẽ. 3ᵃ expõnis eius in 3⁹ epidimiaꝝ.

¶ Cum in febre adurẽti valde forti oẽs tres virtutes for tes sunt ꝛ signa digõnis manifeste apparent da secure ꝛ ꝯfidẽter aquã frigidã patienti. ita tamẽ ꝙ eger nõ sit in senio constitutus. iz. ingenij.

¶ Generatio feb. adurẽtis fit ex putredine colere citrine in stomaco: ꝛ sp̃aliter in ore ei⁹ aut in ꝯcauitate epatis: nõ tamẽ in quolib3 alio mẽbro. Et specialius accñtiũ febris adurentis est aduẽtus eius crisis per fluxũ sanguĩs e na ribus: q̃a sanguis ebulit ꝛ ascẽdit superi⁹ ꝛ disrumpit ve nas. Expõnis eius in p̃ma epidimiaꝝ.

¶ Febres adurentes generant̃ aut ex colera citria aut ex flegmate salso. Expõ eius in 3ᵃ morboꝝ acutoꝝ.

¶ Egrotãs cũ desiderat attractõe3 aeris fridi ꝑꝑ accẽsio nẽ fortẽ quã sentit in ĩteriorib⁹ membris ꝛ regrit mul ta opimẽta ꝑꝑ frigus q̃d ĩ exteriorib⁹ sentit: significat h̃ egritudinẽ ẽe mortalẽ maxĩe cũ in p̃n⁹. accessionũ nõ ac cidit illud. 3⁹ expõnis eius in scd̃o epidimiaꝝ.

¶ Cũ aer ẽ fridus ꝛ egrotãs adurit̃ nimis adustiõe dimi

nue spem tuā de eo: ⁊ si nullo mō apparēt ī eo signa digō/
nis eritq̧ v̄tus eius debilis ē ipoſſe ꝙ euadat. xi. igeny.
¶ Nos clisterizamus cū oleo ⁊ aqua tātū in febrib⁹ adu
rentibus accēsis vt disrūpamus sui calorem adurentem
⁊ accensum. Particula sexta de clisteribus.
¶ In febrib⁹ flegmaticis rigoris causa ē alia q̄ cā febris
ēt causa febris est id qḋ est ex flegmate putrefactū: ⁊ cau
sa rigoris ē residuū flegmatis nō putrefacti: sȝ ī febre ter
tiana colā citria ē cā rigorē generās atq̧ febrē. 2⁹. febriū.
¶ Egritudinū fluctuātium ꝑ circuitū fluctuatōis causa ē
membroꝝ status supfluitates generātium expellētium
attrahētium ⁊ suscipientium putrescentia dictaꝝ super/
fluitatū ⁊ iflāmatio sui. secūdo febrium.
¶ Egritudinū nō hn̄tium circuitū vt febris ꝯtinue nō est
eā egritudo spālis alicuius mēbri de membris corpis: sȝ
sunt hūores q ꝯtinent̄ ī oib⁹ arterys ⁊ venis: ⁊ maxie in
maiorib⁹ eis q calefiūt accēdunt̄ ⁊ ebuliūt: aut putredo
coꝝ aut res alia vt feb. effimera: ⁊ sic generat̄ vna febris
vl'is iclusa a pn̄. egritudis vsq̧ ad finē. 2⁹. febriū.
¶ Quiescit feb. hora sepatōis febris a corpe ab ei⁹ paroxis/
mo ⁊ decliat febris hora tota q̄ ē post statū paroxismi vsq̧
ad pncipiū paroxismi sequentis ipm. pmo crisis.
¶ Curaui quosdā a febre q̄rtana cū potu tyriace. verūtn̄
euacuabā prius eoꝝ corpa: ⁊ postea dabā eis absinthy sic
cū demū istud electuariuȝ. vȝ. tyriacā an̄ tps febris ꝑ du
as horas: ⁊ sic liberabā patientē bibitōe h⁹ medicie bina
vel trina. Particula sexta de tyriaca ad cesarem.
¶ Primū mēbroꝝ qḋ calefit ī febrib⁹ ethicis: quaꝝ cā ē
ab extriseco est cor. ⁊ post ipm calefit epar ⁊ stōus: ⁊ post
stōm mēbra alia q̄ pn̄t cor calefacere calefiūt ⁊ accidit i
de febris etbica. ⁊ appō medicinaꝝ fridaꝝ in pn̄. appari
tiōis signoꝝ febris h⁹ sup mēbro qḋ pmo calefit qḋ ē ac
cēsiuū feb. ē valde vtilis. ⁊ silr etbica febris ꝓueniēs ex
febrib⁹ aduretib⁹ curat̄ reb⁹ fridis opatis iteri⁹ ⁊ appo/
sitis exteri⁹ supra mēbꝝ egrū. Particula 6ª de ptisi.
¶ Spāle signū qḋ nō fallit vniuscuiusq̧ febris ethice est
accēsio caloris corpis ⁊ sui fortificatio absq̧ ipulsiōe sta
tim post receptōeȝ cibi ꝑ horā: ⁊ pulsus magn⁹ atq̧ oīuȝ
febrium ethicaꝝ calor est debilis subtilis equalis ⁊ con
tinuus a pncipio sui inity vsq̧ ad fineȝ eius. Et maius si/
gnum febriū ethicaꝝ est: qa semper iuenies arterias cali
diores venis alys sibi vicinis. pma febrium.
¶ Febris illa dr̄ pestilentialis cū q̄ est assellatio de genere
illoꝝ q̄ liquefiunt: ⁊ hoc accn̄s febrē pestilentialē aliquo
tpe nō dimittit. 3ª expōnis eius ī 3ª epidimiaꝝ.
¶ Febres ethice sepe accidūt cū ꝑ pestis descēdit ad cor.
⁊ post ipȝ ī descensu ipsius ad epar: ⁊ deide ad stōm. acci
dit ēt pp malā ꝯplōnē calam ⁊ siccā dn̄antē in pulmone
vel pectore vel meseraicis: accidit ēt feb. ethica pp pestē
descēdētē ī aliqḋ itestinū vel matricē vel renes ⁊ trāseū
tem ad corp⁹ cordis. Ex peste aūt pma descendēte in dia
fragma febrē ethicā adducēte nūq̄ vidi ethicū ipȝ cura
tū: qa eger morit̄ anq̄ ꝓueniat ad ptisiȝ. io. igeny.
¶ Aliq patiunt̄ febres ethicas ⁊ euadūt: cuȝ febris hec in
carne vel aliquo de gn̄e carnis accidit: ⁊ cū h᷑ feb. accidit
radicalib⁹ mēbris ipoſſe ē ab illa aliquē libari. io. igeny.
¶ Omnes febres ethice sub genere feb. corp⁹ liquefaciē/
tis ꝯtinent̄ ⁊ differūt iter se: qa qḋ liquefit ex carne in fe
bre ethica resoluit̄ ꝑ corpis poros: ⁊ qḋ eliquat̄ ex corpo/
re in dn̄o febris liquefaciētis ī ventreȝ fluit ⁊ decurrit ⁊
egredit̄ per secessum. Et cū hec febris liquefaciens ꝓlō/
gat̄ ⁊ patiens nō moritur icidit in ptisim.
¶ Maior cura q̄ curat̄ feb. inclusa ⁊ potior ē flobotomia
facta ꝺm tenorē v̄tutis: ⁊ potus aque fride post digōnem
cū feb. hec fit ex febrib⁹ accn̄tibus ex putredine. Et vidi
multos aduretes febrē patiētes potu aq̄ fride post ꝯple/
taȝ digōnē hūoꝝ suoꝝ bibitōis tpe esse libatos. 8. igeny.
¶ Curatiōis feb. que dr̄ sinochus tramites oēs cessant ꝑ
emissionē flobotomie ī pn̄. quare medicus ispiēs nō ce
lebrat in patiēte: q suo cōsilio se cōmittit crescitq̧ febris
hec ⁊ auget̄. nā si ichoat cū fridis destruit: qa icludūt po
ros: replōnē retinēt itra corpus ⁊ ꝓhibent resolōnē: ēt si
calorē extinguant ⁊ ꝯplōnē adaptēt. Et si ichoat cuȝ cali
dis calā augēt calorem febris: etiā si euacuēt totū corp⁹.
vnde q pmo ī hac febre neglexerit flōmiam ꝓuenit vlti/
mo ad h⁹ perplexitatem. 9. igeny.
¶ In omnib⁹ spēbus febris sinoce festina minuere ex ve
na cordis: adeo ꝙ patiēs deueniat sincopi vicinus virtu/
te hoc tolerāte: ⁊ si patiēs h⁹ egritudineȝ nō minuat̄ ab
aliqua vena icidit in magnum timorē ⁊ deuenit ad fina/
lem dubitatōeȝ: q q̄nq̧ per multum fluxū sanguis nariū
vel sudorem plm̄ liberatur. 9. ingeny.
¶ Sinochi spēs due sunt: vna accidit ex opilōne frida in
poris corpis ex q̄ nō accidit cū ea putredo hūoꝝ ⁊ hec fe
bris dicta sinochus ē de genere effimere: ⁊ alia accidit ex
humoꝝ putredie cū ipoꝝ opilōne que est de genere feb.
putride: ⁊ q̄libȝ haꝝ duaꝝ spēruȝ ꝑ se durat ꝑ multos di
es. Et ipsaꝝ duaꝝ spērū vna ē cui⁹ accessio decrescit a pn
cipio egritudis vsq̧ ad finē. ⁊ alia que ī eodē statu durat
a pn̄. vsq̧ ad statū declinatōis: ⁊ tertia que augmentat a
pn̄. suo: ⁊ hoc totū accidit ꝺm quātitatē adusti: ⁊ eius qḋ
resoluitur ex adustione. 9. igeny.
¶ Flobotomare venā ⁊ extrahere sanguinē ꝺm v̄tutis teno
rem multitudinē ⁊ paucitatē opilationū ī effimera ꝓue/
niente ex opilatōibus in qua declinatio retardat̄ adeo ꝙ
credit̄ ipsaȝ nō eē effimerā est necesse. Et quanto plures
opilōnes sunt ī illa tāto illa feb. fortior est ⁊ breuior ēt si
signa repletōis nō sint ꝯgregata ī illa. Diminuta v̄o sup/
fluitate fumosa ꝓpter paucitatē humoꝝ postmodū apiā
tur pori. Et post minutōeȝ patiēteȝ cura cū secaniabin ⁊
ciba cū aqua farris ordei: ⁊ die 3⁹. si videris modicū esse
qḋ remāsit ex febre ⁊ nō sunt tibi signa putredis in vriā:
neq̧ ī pulsu fac eū igredi balneū an̄ tps accessiōis ꝑ tres
vel quatuor horas. 8. ingeny.
¶ Febris generat̄ ex fastidio ī quo cib⁹ in fumositatē mu
tatur ⁊ nō ex fastidio ī quo cib⁹ mutat̄ in acetositatē. Cū
v̄o patiēti febrē hāc supuenit assellatio: ⁊ qḋ emittit̄ ē pu
trefactū. tūc patiētem in balneū itroduc post declinatio
neȝ pme accessiōis. ⁊ ciba eū: ⁊ stude ipsius stomacū con
fortare. Et cū vides assellatōeȝ pteritā ⁊ p̄senteȝ augmē
tari adeo ꝙ debilitatur virtus: melius est vt illum cibes
⁊ nō ipsum in balneum itroducas. 8. ingeny.
¶ Febricitantib⁹ ex causa repletōis opilatiōis apostema
tis aut putrefactōis hūoꝝ cib⁹ pre reb⁹ alys est nociuus
etiā in decliatiōe accessiōis sue: ⁊ febricitātib⁹ ex vigilys
cogitatōib⁹ angustia aut alys afflictionibus aīe abstinē/
tia a cibis est plm̄ nociua q cibādi sunt omni hora acces/
sionis ⁊ spāliter in sui declinatōe. io. igeny.
¶ Temp⁹ cibādi egrotātem ꝯueniēs ī febrib⁹ iclusis est
hora qetis: ⁊ est hora in q̄ sentit aliquā alleuiatōeȝ ⁊ spā/
liter hora q̄ cōsueuit cibū sumere tpe sanitatis. xi. igeny.
¶ Purga supfluitates putridas patiētiū febrem iclusam
medicis ꝓuocantib⁹ vrinā vel ꝓuocantib⁹ fluxū vētris
vel sudorē: ⁊ cū supfluitates ipse spōte circa stōm mouen
tur: purga eas cū ꝓuocantibus vomitū: ⁊ cuȝ in stomaco
nō mouent̄ ab ipsis debeas abstinere cautus existēs cir/
ca medicias ipsas qb⁹ itendis facere aliq̄ purgatōem di
ctaꝝ vel nō calefaciāt: aut calefaciāt paꝝ. iz. igeny.
¶ Cū epar ⁊ stōus sunt apati: cibatio an̄ accessionē valde
obest: ⁊ facile iterficit egrotātē ⁊ cū epar aut stōus sūt de
biles absq̧ apate talis cibatio valde ꝓdest. xi. igeny.

¶ Explicit particula. ioª.

¶ Incipit particula.iiª.ɔtinens affoꝛiſmos dependentes a tēpoꝛibus egritudinum ꝛ criſibus.



Gritudinis tēpoꝛa in vniuerſo ſunt q̃tuoꝛ.vʒ. p̄ncipiuʒ augmētū ſtatus ꝛ decliatio:ꝛ vix ꝑuenit ad cognitionē iſtātis tēpoꝛis tp̄s egritudis qḋ ipſoꝝ ſit cū extimatōe vera.p̄mo criſis.

¶ Inuenimus alicuiꝰ egritudis valde foꝛtis: vt appoplexie p̄nm ꝛ receſſum ī bꝛeui hoꝛa.ꝛ ſil'r epilepſie:q̄a nō accidit niſi queādmodū accidit decapitatio alicuiꝰ. ꝛ decapitatio hʒ p̄mū tp̄s ſcðm ꝛ tertiū. Et ſi dixerimus ꝙ acceſſio appoplexie ꝛ epilepſie ſit ſine tp̄e affirmabimꝰ illa eē accn̄tia ſequētia īfirmitates:ꝛ egritudo ex qua hʒ ꝑuenire appoplexia ꝛ epilepſia hʒ ſine dubio ipſa quattuoꝛ tēpoꝛa. Particula.6.de tēpoꝛibus egritudinū.

¶ Tp̄s p̄ncipij eſt a p̄mo pūcto egritudis vſq; ad p̄nm manifeſtatōis digōnis:ꝛ a tp̄e a quo īcipit digō augmētari:ꝛ egritudo ſemꝑ augmētat̄ hoc totū eſt tp̄s augmēti.ꝛ tp̄s in quo ꝑuenit egritudo ad foꝛtioꝛē ſtatū eſt tp̄s ſtatus: ꝛ poſt ſtatū īcipit decliatio q̄ durat donec libet̄ egrotās.

¶ Egritudo cuʒ accidit eſt tp̄s p̄ncipij: ꝛ tp̄s p̄ncipij ꝛ ſil'r tp̄s augmēti ſunt abſcōdita ſenſui ī aliq̄bus egritudibꝰ: ſed tp̄s ſtatus eſt ſcibile in oībꝰ egritudibꝰ. Cū aūt egrotans dʒ libari ab egritudine ſeq̄t̄ iſtud tp̄s declinatio ſcibilis.manifeſtū eſt igit̄ ꝙ ſunt alique egritudīes quaruʒ nō poteſt cognoſci p̄ncipium nec augmentum. Particula ſexta de tempoꝛibus egritudinum.

¶ Coꝛrūpit̄ penetratio cibi nobis ignoꝛātibꝰ illud ex ſcliroſi que q̄n̄q; ī parte cōcaua epatis generat̄: ꝛ durat hoc aliqua tēpoꝛis quātitate noſtro tactui abſconſum. Et cū ꝓlongat̄ tēpus accidit ex illo ydropiſis.ꝛ credit̄ ꝙ tunc ſit p̄ncipiū egritudis ꝛ augmētum:ꝛ plures vidi q̄bus accidit talis ſtatus in tempoꝛibus egritudinū.

¶ Q̄n̄q; p̄ma acceſſio feb. ɔp̄rehēdit p̄nm egritudis augmentū ꝛ ſtatū eiꝰ ita ꝙ p̄nm eius eſt p̄nm egritudis. Deinde eſt augmētū eiꝰ ī eo qḋ ſeq̄t̄ illud de eo:ꝛ deīde eſt ſtatus eius ī poſtremo ipſius:ꝛ poſtmodū apparēt ī paroxiſmo ſcðo ſigna declinatōis manifeſte.p̄mo criſis.

¶ Finis tēpoꝛis p̄ncipij qḋ tp̄s eſt īter p̄nm ꝛ ſtatū egritudinis:eſt pars vna egritudis vocata augmētū cuʒ initio manifeſtatōis ſignoꝝ digōnis ꝛ manifeſtatio ſignoꝝ digeſtionis cōſiſtit īter ſigna abſcondita ꝛ debilia digōnis. ꝛ īter ſigna perfecte digōnis.p̄ma criſis.

¶ Signa digōnis cōplete ſunt euapoꝛare ī vrina:hypoſtaſis reſīdēs alba ɔtīua lenis ꝛ ſigna digōnis occulte ꝛ ōbilis ſunt ꝑmutatio vrīe a coloꝛe aq̄ ad citrinitatē modicā vel ꝑmutatio ſtatꝰ ſubē ipſiꝰ a ſubtilitate ī groſſitiē. ꝛ ſil'r ꝑmutatio ſtatus ſubē vrine a groſſitie ī ſubtilitatē: cū v̊o egritudo ē cū iſtis abſcōſionibꝰ ē p̄nm ſui.p̄ma criſis.

¶ Manifeſta ſigna ſignificātia p̄nm egritudis iaʒ trāſite ſunt cū appʒ nebula alba equalis cōtinua vel dependēs in medio aut natās in ſuꝑficie. Et ſil'r cū apparet nebula cuius coloꝛ eſt rubeꝰ caninus:vel cū apparet ſedimē ſubſidēs coloꝛis rubei canini:vel cū apparet vrīa pulchri coloꝛis cum ſubā equali.p̄mo criſis.

¶ Ceſſatio egritudis furioſe fit cū laboꝛe: ꝛ laboꝛ h̄ eſt illud qḋ ꝓpꝛie nūcupamus criſim:ꝛ nō eſt ꝓpꝛia niſi febribus q̄ generant̄ ex chimis acutis. Deinde poſt hoc febribus q̄ gn̄ant̄ ex ap̄atibꝰ acutis velocis motus:vel ex ap̄atibus q̄ ſunt ī mēbꝛis de q̄bꝰ dubitat̄.2º criſis.

¶ Cū egritudo ē magna ꝛ foꝛtis:eiꝰ ceſſatio erit cuʒ criſi. Et cuʒ eſt parua ꝛ debilis erit eius ceſſatio ſine criſi: ꝛ ex motu egritudis ſcire poteris diē criſis:q̄a criſis fit ſemꝑ ī die paroxiſmi febꝛis ꝛ aduētus criſis in die q̄etis eſt rarus:ꝛ hoc nō vidi accidere niſi ſemel.3º criſis.

¶ Digeſtio ꝑfecta fit tp̄e ſtatꝰ egritudis:ꝛ criſis laudabilioꝛ accidit poſt ſtatum vel paꝝ ante:ꝛ criſis facta omnī tp̄e vicina ſtatui eſt laudabilis magis illa criſi q̄ fit ī tp̄e a ſtatu remoto:ꝛ poſt apparitōeʒ digōnis ꝑfecte impol'e eſt accidere aliquo ipſiꝰ illaudabilē criſim.3º criſis.

¶ Primū.5.ſignoꝝ ſignificātium bonitatē criſis p̄ſentis ꝛ maiꝰ ipſiꝰ eſt digeſtio:ſcðm vt fiat criſis in aliqua dieꝝ criſis.tertiū vt p̄cedat ꝛ īdicet ip̄m dies īdicatōis continuus in v̊tute.quartū vt ſit criſis velox ꝛ lenis. q̄ntuʒ vt euacuatio ſit ſimilis nature ſue.3º criſis.

¶ Sudoꝛ conuenit oībus febꝛibꝰ ꝛ maxime adurētibus vehemētis īflāmatōis:fluxus v̊o narium ap̄atibus cal'is accn̄tibus in eo qḋ eſt ſub ypocūdrijs excepto ap̄ate ɔcaui ep̄is:cui tunc fit criſis per fluxū vētris colericū aut ſudoꝛem : ꝛ q̄n̄q; ꝑ vomituʒ:ꝛ in egritudibus lateris gibbi epātis pectoꝛis ꝛ pulmonis ꝛ alioꝝ que cōſequūt̄ membꝛa ipſa criſis melioꝛ eſt per ſputū:ꝛ in doloꝛibus q̄ accidunt renibus veſice ꝛ omnibus que conſequunt̄ melioꝛ eſt criſis ꝑ plurimam vrinam.3º criſis.

¶ Febꝛis faciētis paroxiſmuʒ omni die criſis fit ꝑ vomitū flegmatis ꝛ egeſtioneʒ eiꝰ:ꝛ quartane ēt fit q̄n̄q; cum ipſis euacuat̄ ex coꝛꝑe res nigra ꝛ res h̄n̄s coloꝛes diuerſos. Et emitritei fit q̄n̄q; cū ea eſt euacuatio colere ꝛ flegmatis ꝛ febꝛis cū ap̄ate frīdo cerebꝛi nominato litargia: ꝛ oīuʒ egritudinū aliaꝝ capitis ꝑ apoſtema fit eueniēs ī radice auris ꝛ omniū febꝛium que ꝓlongant̄ fit criſis in cuius varietate eſt fiducia ꝑ apoſtema ꝛ exituras ī alijs locis coꝛpoꝛis.tertio criſis.

¶ Eſſe criſis male nō eſt certū ꝛ firmū:ꝛ multotiēs nō cōpꝛehendit̄ niſi eſtimatōe: ſed eſſe criſis laudabilis certū eſt ꝛ firmū:ꝛ ɔpꝛehendit̄ ſcīa certa.3º criſis.

¶ Multotiēs accidūt homini vigilie:grauedo capitis:pigricies:diminutio oꝑatōis motꝰ:ꝛ diminutio appetitꝰ:laboꝛ ꝛ doloꝛ capitis ꝛ ſil'ia:ꝛ ipſe incedit iux̄ moꝛē ſolitū ꝛ augmentant̄ accn̄tia hꝰ accn̄tia quouſq; ꝓſternūt ip̄m ꝛ nō ꝑmittūt eū h̄ere q̄etē.ꝛ redit p̄nm egritudis ab eo tp̄e quo manifeſte īcepit febꝛis apparere quo tp̄e patiēs non potuit h̄ere q̄etem.p̄mo de diebus creticis.

¶ Principal'r īter oēs dies creticos foꝛtitudine ꝛ bonitate eſt dies ſeptimus.ꝛ hūc multotiēs denūciat dies q̄rtꝰ ꝑ manifeſtā mutatōeʒ ipſa die accn̄tem:aut in vrina aut ſputo aut aſſellatōe aut appetitu:aut mēte:aut ſenſu aut in ſil'ibus:ꝛ mutatio accn̄tis in ſeptimo ſemꝑ confoꝛmatur ei que accidit ī 4º. Si v̊o mutatio quarti fit ī bonum criſis accn̄s in 7º erit bona.ſi aūt in maluʒ criſis ſeptimī erit mala:ꝛ multotiēs quoꝝ ſtatus mutat̄ in q̄rto in malum moꝛiunt̄ ī ſexto.p̄mo de diebꝰ creticis.

¶ Natura diei decimiquarti eſt ꝓxima nāe ſeptimi.ꝛ ſil'r nonus vndecimus ꝛ vigeſimus ſunt ꝓximi nature decimiquarti.ꝛ poſt iſtos ē quartus ꝛ poſt quartum eſt tertiꝰ q̄ntus ꝛ decimus ſeptimus.p̄mo dieꝝ criſis.

¶ In omnibus diebꝰ creticis poſt vigeſimuʒ diē vſq; ad q̄drageſimū oīs motꝰ creticus ē debilis ꝛ diminuit̄ paulatiʒ paulatī.motus v̊o creticus q̄ fit poſt q̄drageſimū ē valde debilis:ꝛ determīatio egritudis ī eo fit aut ꝑ digōnē aut ꝑ exituras:ꝛ raro fit ꝑ euōnē.p̊ de diebꝰ creticis.

¶ In.12.ꝛ.16.die egritudis nunq̄; vidi alicui accidiſſe criſim.ꝛ ſil'r decimuſoctauus dies ꝛ p̄mus nō ſunt cretici.in ſexto v̊o aliq̄n̄ accidit aliq̄bus egris criſis:ſʒ tn̄ cū dubijs accn̄tibus ꝛ foꝛti dubitatōe:ꝛ talis criſis nō verificat̄ neq; ꝑficit̄:ſed determīat̄ ī malū.p̄mo de diebꝰ creticis.

¶ Criſis que accidit in octauo aut duodecimo ſimilis eſt criſi que fit in ſexto.p̄mo criſis.

¶ Dicit̄ īcompleta criſis illa cuius egritudis poſt criſim accn̄tium reliq̄e alique remāſerūt:ꝛ īcerta criſis dr̄ q̄ recidiuat egritudinē poſt ſe. Et criſis ambigua dr̄ illa q̄ nō eſt ſalua:ꝛ hʒ ſecū praua accn̄tia ꝓꝑ que timet̄ de īfirmo.

Et crisis icognita est que nō hȝ manifestam euonem nec manifestā exiturā. Et crisis subita est illa quā signū pnosticum nō pcedit. pmo de diebus creticis.

Egritudo acuta est q̄ veloci motu mouet̄: ꝛ hȝ i se dubitatōez: ꝛ egritudo pacuta est que determiat̄ in quarto ꝛ q̄ est valde acuta: nō tñ pacuta determiat̄ in septimo. Et q̄ absolute dr̄ acuta est q̄ puenit vsq̄ ad quartūdecimū ꝛ ē vere acuta: sȝ q̄ determiat̄ post decimūquartū diē vsq̄ ad vigesimū dr̄ acuta aliq̄ noie: nec ē acuta nisi noie solo. Uocat̄ ēt acuta q̄ accidit ex recidiuatōe. p de dieb⁹ creti.

Morbi tēpora longa vel breuia his tribus declarant̄. nā egritudis. s. anni tpe: ꝛ eo qđ a corpe exit. nā egritudinis: qa egritudo generata ex colera nigra sicut quartana: ꝛ ex flegmate sicut appoplexia: dolor renū artetica ꝛ siatica declarāt lōgū pn^m ꝛ remotio festinatōez: ꝛ febris adurens pleuresis ꝛ pleripleumōia declarāt breue pn^m ꝛ statum pximū. Et egritudo quanto magis est cū accñtibus acutis tāto magis breue pn^m ꝛ statū pximū declarat tēpore anni: qa egritudo generata in estate breue pn^m ꝛ pximam determiatōez: ꝛ in hyeme generata longum pn^m ꝛ remotā determiatōem declarat. Et eo qđ exit a corpore sicut sputū vria egestio ꝛ sudor: qa si cōtinuo cū egritudine appareant signa digōnis egritudo est breuis: ꝛ si vltimo appareant est longa. pmo crisis.

Crisis icompleta est cū multa decurrit hūiditas i mēbrū paruū adeo q̄ eā nō pōt cape mēbꝝ ipm. ꝛ tūc reuertit̄ supfluitas ipa ad locū suū vel recurrit ad membꝝ nobile ꝛ occidit. pma expōnis eius i 6°. epidimiaꝝ.

Dies cretici p q̄ternariū numeꝝ cōputant̄ vsq̄ ad. 20. ꝛ sunt q̄rtus septimus vndecimus decimusquart⁹ decimusqnt⁹ ꝛ vigesimus: ꝛ post vigesimū p septenariū vsq̄ ad q̄dragita: ꝛ post. 40. ɔputant̄ p vigenariū vsq̄ ad centū vigiti: ꝛ post cētū vigiti cōputant̄ bis p circuit⁹ mēsiū scđm q̄ cōputauisti p circuit⁹ dieꝝ: ꝛ post mēses p circuitus ānoꝝ. 6° expōnis eius i secūda epidimiaꝝ.

In egritudib⁹ trāscēdētib⁹. 40. diē fieri crisim p sudorē vel p aliq̄s spēꝝ euonis est ipōle: sȝ eaꝝ cessatio ē paulati digōnibus aut exituris. expōne ei⁹ i 4°. affor. smoꝝ.

In febrib⁹ ɔtinuis cōputa dies scđm sui cursuȝ successiuum ꝛ i febrib⁹ iterpolatis cōputa poxismos periodicos tantū. Nā qđ opat̄ dies septimus i febrib⁹ ɔtinuis opat̄ paroxismus piodicus septimus i febrib⁹ iterpolatis: decimustertī⁹. s. dies i tertiana pura: ꝛ decimusnonus dies i quartana pura. Expōne eius in 3ª pnosticoꝝ.

Perfecta ꝛ ɔpleta crisis ɔprehēdit̄ p significatōes sex quaꝝ pma est vt sit cum purgatōe post apparitōeȝ signorum coctōis. secūda vt purgatio ipsa non sit cū apate. tertia vt purget chimos nociuos corpi dominantes cāntes morbū. quarta vt sit purgatio ipsa recta ex latere morbi. qnta vt sit in die cretico. 6ª vt sit cuȝ q̄ete ꝛ corporis leuitate. Expō eius in pma affor. smoꝝ. vȝ. ꝛ quoꝝ fit crisis ꝛ quorum facta est ꝛc̄.

Explicit particula. xiª.

Incipit particula. izª. ɔtinens affor. smos depēdētes a purgatōibus corporis per exituȝ sanguis factis.



Flobotomiaȝ fore necessariaȝ hec tria portendunt. vȝ. egritudo magna absentia accidētis magni futuri egritudis ac etatis senilis ꝛ puerilis ꝛ fortitudo vtutis. Particula 6ª de flōmia.

Hoc generale pceptū attēde in oībus quos pponis flobotomare i veris pn°. ꝛ est vt ab eo q̄ flobotomandus est queras si i eius corpe est aliqđ debile mēbꝝ. Et si hȝ aliqđ membꝝ h⁹ declina repletōeȝ sui corporis ad ipȝ mēbrum ꝛ extrahe māṁ ipsius repletōis p locū ipm. Et si i eo nō fuerit aliqđ membꝝ tale flobotoma ipsuȝ ex quocunq̄ loco malueris. Particula sexta de flōmia.

Habētē venas amplas ꝛ grossas ꝛ habitudinē macilētam ꝛ colorē nō albū ꝛ carnē nō lenē ad flobotomandū ppera sine timore. in eo vo cuius status est ɔtrari⁹ flobotomia dubia est ꝛ timorosa. Eadem particula.

Non minuas pueꝝ añ decimūquartū annū: neq̄ senē post septuagesimū. Et nō attēdas tñ nūeꝝ ānoꝝ: sȝ attēdas eoꝝ hītudinē: qa inuenies aliquos sexagēarios flobotomiā nullaten⁹ patiētes ꝛ aliquos septuagenarios q̄ patiunt̄ eā: quoꝝ sanguis mult⁹ ē ꝛ vtus fortis: ꝛ ab eis ő eorū sanguie nō est euandū nisi paꝝ ēt si sanguis eoꝝ sit sic illoꝝ q̄ i iuuētute ɔsistūt. Particula 6ª. de flōmia.

Status ꝛ accñtia in qb⁹ nō es pximādus ad flōmiā ēt si signa sanguis demōstrēt: hec sunt: spasmus āgustia fortis: dolor fortis: tps caloris fortis: tps frigoris fortis: regio valde calia: regio valde frida ꝛ sicca nimis: corp⁹ capitis lenis hūidū ꝛ raꝝ resolutōis facilis: grossities i corpe dñans: macies i corpore dñans: etas puerilis: etas senilis corp⁹ timiduȝ ꝛ isuetū flōmie: corp⁹ cui⁹ os stōi dolet aut est debile ex fastidio aut punctura maloꝝ humoꝝ ꝛ corpus dyaria occupatū: sȝ cū egrotās est replet⁹ repletione multa i aliquo pdictoꝝ statuū ēt si isuetus sit flōmie exhas sibi modicū sanguis cū dubitatōe ꝛ timore. Status aūt hi sunt ex his q̄ defectōi vtutis spūalis ihērēt. Et a pma particula. 6. ad Glauconē hec pcepta collegi.

In corpore qđ crudis humorib⁹ est repletum est dubia flobotomia valde: qa vtuteȝ debilitat ꝛ dissoluit adeo q̄ corp⁹ nō redit ad suum statū quādoq̄ ꝛ maxime cum febris adest. Particula sexta de flōmia.

Corp⁹ i quo ē modicū sanguis boni ꝛ hūores sūt crudi multi moueri cū aliq̄ vel igredi balneū nō oȝ. flōmia. n. expellit sanguinē bonū ipȝ ꝛ attrahit malū i venis pmis epis aggregatū ꝛ ipȝ in totū corp⁹ diffundit: ꝛ medicia solubilis sup dñm h⁹ egritudis iducet tortōeȝ mordicationē ꝛ sincopiȝ ꝛ nō euāt aliqđ qđ sit alicui⁹ q̄titatis: ꝛ humores ipsi pp sui grossitiē pcedunt ꝛ opilant meatus: q̄re hūores ipsi subtiliandi sunt ꝛ icidendi: cū eo qđ calefactōe multa minime calefacit. quarto ɔsily.

Nō semp cuȝ repiunt̄ signa replōnis i sanis ē necia flōmia: sȝ alicui sufficit abstiere a cibis ꝛ alicui dimiuere cibos: ꝛ alicui lenire ventrē: ꝛ alicui hr̄e sellas: aut freq̄ntare balneū: aut exercitati tm̄: aut multū fricare se cuilibȝ scđȝ modū sue replōnis ꝛ fm q̄ pōt sustiere ꝛ fm ɔsuetudinē sui: ꝛ sufficiāt p extōe sanguis ista tibi. 4° igeny.

Flobotomiā mēsurare celeriter te opȝ q̄ hȝ modicum sanguis medicare cum pus vt eius humores boni efficiātur: ꝛ deide flobotoma sibi venā: ꝛ post flobotomiā cibacū: ꝛ iteꝝ si necesse fuerit potes flobotomare eundem: ꝛ hec cura pncipaliter oȝ fieri eis in quoꝝ sanguie est fex vel suba residens grossa. qnto igeny.

Cū acciderit alicui aptio oris venaꝝ aut multitudo mēstrui aut lenitas egestiōis i tēpore quo faciēda est flōmia attēdas hoꝝ fortitudinē ꝛ modū expulsiōis: ꝛ si videris sufficere h⁹ euonem pmitte nām operari ipsaȝ totā euacuatōeȝ: quā si minus sufficientē videris tu ipe euacua p flobotomiam quantū fuerit necesse. 9° igeny.

In eo cui necessaria est flōmia ꝛ supuenit sibi fastidiū opȝ te differre flōmiā quousq̄ cib⁹ digerat ꝛ a corpe supfluitas exeat eius. Et cuȝ est nec̄aria sibi purgatio alia q̄ flōmia postponere ipsaȝ nullaten⁹ te opȝ. 9° igeny.

Cum chimi i corpore equalr̄ dñant̄ sunt purgādi: ꝛ hoc facere itelligit̄ flōmia specialr̄ ꝛ ōis purgatio sanguis q̄litercūq̄ conficiat̄ sicut menstrua emorroyde. ꝛ silr̄ exercitia fricatōes balnea ꝛ ciboꝝ abstinentia per accidēs faciunt idem. Expōne eius quarta affor. smoꝝ.

Non opȝ te phibere flobotomiā vene neq̄ in die neq̄

in nocte cum cognoueris in corpore sanguinē plīn ferue re: sed euacua ipsuz celeriter ꝑusquā ad membroꝝ nobilium aliqđ ipse fluat. Particula sexta de flōmia.

¶ Multotiēs sanguis ad aliqđ mēbroꝝ multuz ⁊ subito defluit: ⁊ anq̄ꝫ putrefiat mortificat mēbꝝ ipm totū ⁊ ꝓhibꝫ actōes eius: ⁊ nocumentū magnū exide generaꝰ sic est appoplexia que generaꝰ ex multo ⁊ subito fluxu sanguis ad cerebrū defluētis. Et tu cum significa multi sanguinis silr̄ cū fortitudie ṽtutū triū aīalis. s. spū alis ⁊ nobilis: ⁊ tūc ad flōmiā ꝓpera sine timore. Eadē ꝑticula.

¶ Cū febris generaꝰ ex multo sanguie fortiter calō ⁊ feruēti q in corpore ꝯtineꝰ festia patiētē flobotomare ⁊ euacua ab eo multā sanguīs q̄ꝫtitatez adeo vt eger deueniat ad sincopim fortitudie ṽtutis ꝑmitus regsita. ⁊ ego recolo 2ᵒ. 3ᵒ. vel 4ᵒ. die īceptōis febris hoc euacuasse fere sanguinis libras quinqꝫ. Eadem particula.

¶ Patiētis ṽtus cū ē debilis ⁊ patiēs idiget vt ab eo multitudo sanguis exhaꝰ ipsuz exhe ꝑ plures vices ꝑmo die. s. secūdo ⁊ tertio: ⁊ post totalē eūonem ipsuz subtili cibo ciba. Et opꝫ te cauere a multa eūone ī hora vna nisi necītas te facere illam cogat. Eadem particula.

¶ Euacuare sanguinē cū ꝓponis cōple eā ī die ꝓpositi: ⁊ cū ꝓponis ipm attrahere ad ꝯriā partē attractōez ipsaz noli cōplere ꝑmo die: sed eā reitera secūdo die ⁊ tertio: ⁊ in vtroqꝫ statu regre fortitudinē patiētis. Eadē ꝑticula.

¶ Regre mutatōez coloris fluxu sanguīs a vēa cū flobotomaꝰ ī eo q patiꝰ apa: ⁊ regre furiositatē sui exitꝰ si cessauit: ⁊ ꝑ oībus his regre statū mutatōis pulsus quē si videris mutatū ī magnitudie aut eq̄litate sui exitū sanguinis fac cessare: ⁊ si ipm mutatū ispexeris ī debilitatez qd ex ide seqꝰ dicere nō est necesse mihi. Eadē particula.

¶ Egritudo cū ē fortis ⁊ difficilis ⁊ ṽtus egri fortis q cunqꝫ exercuit artē medicie ⁊ laborauit circa ipsaz nō dꝫ extractōez sanguīs ꝓhibere nec ab ea cessare ēt si repletionē signa egritudis nō oñdāt: sꝫ tātūmō egritudis fortitudinē ⁊ difficultatē sui. Cū ṽo egritudo fortis ē ⁊ difficilis cū fluxibꝰ vētris vel vomitibꝰ ⁊ ipsoꝝ causa ē multitudo alioꝝ humoꝝ q̄ꝫ sanguis ipos hūores ad ꝯriā ꝑtē ī virtutis reuolutōez attrahere nos debemus. 4ᵒ. igeny.

¶ Exitus sanguis semꝑ idiget ṽtute forti q̄ cōpetat q̄ꝫtitati euacuatōis. nā ī febre adurēti que generaꝰ ex ꝓhibitione resolutōis cū ṽtus est fortis q̄ rebꝰ alys ē nobilior. exitꝰ ꝑ euacuatōez est valde securus ⁊ ab oī dubietate remotꝰ: ⁊ ī relīgs egritudibꝰ euacuatio ē dubitabilis ⁊ patiēs ex ea facile icidit ī multa mala. 9ᵒ. igeny.

¶ Patientē podagrā artetīcā epilepsiā melācoliam antiquū sputū sanguīs ⁊ hñtem ipsaz egritudinē ī hitu: ⁊ illū cui opilō sqnāria piplemonia pleuresis apostema ēpis ⁊ optalmia fortis sepe accidit ī eoꝝ ꝑnᵒ. flobotomaui. ⁊ silr̄ festinaui flōmare eū a quo sanguis fluere ꝯsueuit ex ore venaꝝ q restrictꝰ erat. ⁊ silr̄ mulierē a qua mēstruus sanguis currere cōsueuit q retinebaꝰ. Et silr̄ illū a q̄ sanguis e naribꝰ exire ꝯsueuit ⁊ retiebaꝰ. flōmia. n. ī egritudibus his certe secura ē ⁊ fidelis ṽtute considerata eoꝝ ꝑmitꝰ ⁊ etate. Particula. 6ᵃ. de flobotomia.

¶ Patientes dolorez apostemosum opꝫ te flobotomare vsqꝫ ad sincopiꝫ: dūmodo aliqđ qđ illud ꝓhibeat nō iter sit. illum ṽo ex his quē sentire cognoueris tēsionē ⁊ punctōez ī pectore spina vel renibꝰ flobotoma ī basilica: ⁊ illum q in capite vel collo tēsionē vel punctōez sentit flobotoma ī cephalica. Et illū q sentit dolorē equalr̄ in corpore flobotoma ī mediana. 4ᵒ. consily sanitatis.

¶ A patiēte scissurā nerui ꝑ latitudinez qui est ī dubio de spasmo maxīe cū generaꝰ apostema ī loco scissure sanguinē sine misericordia plus q̄ꝫ ab alys exhere te opꝫ ⁊ ipm postea subtili cibo ciba ⁊ getē impa ei ac neca locuz punctum cum oleo calō. ⁊ silr̄ loca adiacentia sibi vsqꝫ ad rādicē nerui eius ⁊ vsqꝫ ad spinā ⁊ collū. 6. igeny.

¶ Qui minuit sibi ꝑꝑ febrē necē hꝫ hoc facere tꝑe declinatiōis accessiōis sue siue ō die siue de nocte fiat: caueat tñ a minutōe cibo exñte ī stō: ⁊ chilis ī eo ⁊ venis ꝑmis exñtibꝰ idigestis vel nō cōplete digestis: ⁊ q dolorē hꝫ absqꝫ febre penitꝰ meliꝰ tꝑs minutōis sibi ē tꝑs fortis doloris. ⁊ q nō hꝫ dolorē meliꝰ tꝑs minutiōis ē ꝑnᵐ diei postq̄ꝫ a sōno surrexit ꝑ spaciū vniꝰ hore. Parti. 6ᵃ de flōmia.

¶ In minutōe febricitātis cui neēia ē ipa nō attēdas nūerū ꝑteritoꝝ dieꝝ egritudis q̄rti vel qnti: sꝫ qñcūqꝫ egrū minutōe ispexeris idigere ēt si sit dies. 20. ab initio egritudis minuas illū statim cum cognoscas egritudinē magnam esse virtutē egri fortē ⁊ cursum etatis ⁊ tēporis cōdecentem. Particula 6ᵃ de flōmia.

¶ In patiētibꝰ egritudinē aliquā in membris q̄ sunt sub furcula flobotomia est melior ī basilica subasellari: ⁊ in patiētibus eam in membris que sunt supra furculam in vena spatulari. 3ᵒ. magne anathomie.

¶ Opꝫ te facere flōmiā ī egritudibꝰ mēbroꝝ q̄ sūt supra epar ī venis manꝰ: ⁊ ī egritudībꝰ mēbroꝝ q̄ sūt sub epe ī venis genu ⁊ ī saphena. ꝑ expōnis ī 6ᵒ epidimiaꝝ.

¶ Apa cū generaꝰ ī latere pulmone diafragmate splene vel stō flōmia basilice vtilis ē manifeste: ⁊ cū ē apa ī mēbris īferioribꝰ illis queādmodū sunt mēbra ꝯiuncta scie vesice matrici vtilis ē flōmia venaꝝ genu: ⁊ eoꝝ q̄ sūt supra cauillā. Et cū ē apa ī renibꝰ q̄ mēbra media sunt iter mēbra q̄ scripta sunt supiꝰ. vtilis est flōmia venaꝝ manꝰ ꝑꝑ vicinitatē generatōis ipsiꝰ apatis ad manus. ita tñ q corpꝰ totū sanguie sit repletū: ⁊ cū ꝓlongaꝰ apa renum ⁊ veterascit vtilis est flōmia venaꝝ genu ⁊ eaꝝ q̄ supra cauillā sunt. Particula. 6. de flobotomia.

¶ Cū egritudis sciatice cā ē sanguis multus: noli ichoare ab aliq̄ añ sanguis eūonē: nec ēt sis ꝯtentꝰ eūone sanguis a pede: sꝫ ex iterioribus brachy euacua illū. io. miermir.

¶ Extracto sanguine a pede die vno ꝑ minutōez vene saphene vl̄ eiꝰ q̄ ē itra genu scio egritudinē q̄ dr̄ sciatica curatā fuisse. Et hoc sanū ē cū egritudis ipsiꝰ cā ē replō: nō tñ ꝯfert ei scarificatio q̄ fit ibi. Particula 6ᵃ de flōmia.

¶ Cū vis fluxū sanguis q ab ore venaꝝ pueīt retiere flōma venas manuū: ⁊ cū vis sanguinez ab ore ipsaꝝ fluere flōma venas pedū. ⁊ sic sꝑ in ꝓuocatōe mēstruoꝝ flōma eas. Cū ṽo vis sanguinē retinere quē mulier emittit a venis mr̄icis ꝑforatꝭ ex aliq̄ corrosiōe sui vl̄ replōne flōma vēas manuū cū ñ sit ex mēstruis sanguis ille. In flōmia.

¶ In initio apatis epis pectoris ⁊ pulmonis flōma basilicam manꝰ dextre: que si nō appeat mediastinaꝫ: q̄ si non appareat cephalicaꝫ: ⁊ ī initio apatis mēbroꝝ supioꝝ minue cephalicā que si nō appareat mediastinā icide: si nō appareat basilicā: ⁊ ī fine apatis gutturis flobotoma venas que sunt sub lingua. iꝫ. igeny.

¶ Cū egrotauerit splen minue venā q̄ est iter medium ⁊ minimū manus sinistre: ⁊ id qđ itendis euacuare nō euacues subito: sed iter dies duos. In flobotomia.

¶ Cū egritudo est ī occipitio flōma manū vel frontē ⁊ in apatibꝰ renū ⁊ mr̄icis flōma venā q̄ ē ī genu: ⁊ si ibi ꝯmode fieri ñ pōt flōmia fiat ī ea q̄ ē ī cauilla dcā saphena. Et in egritudibꝰ splēis minutiōez fac ī manu sinistra. iꝫ. ige.

¶ Minutio vene ex latere in quo est apa est valde vtilis patiēti ⁊ fcā in latere opposito nō ꝯfert adeo: ⁊ post tempus longū sui vtilitas manifestaꝰ: ⁊ silr̄ flōmia cephalice ex ꝑte egritudis ī fortibꝰ doloribus oculoꝝ mitigat dolorem oculoꝝ ipsa hora ⁊ plurimum confert eis.

¶ In dño fluxus sanguis ⁊ naribꝰ q nō cessat operata flobotomia vene ⁊ apposita sitia ī vētre ad ifrigidatōez capitis recurrere noli: sed appone sitiaꝫ in loco occipity in

parte posteriori capitis vt attrahas ad diuersuz. 5° igeny.
¶ Uene pulsatiles q̄ sunt i tīporib⁹ ⁊ q̄ sūt post aures flō/mīnt in egritudib⁹ capitis ⁊ veterib⁹ egritudib⁹ oculoꝝ cū cā egritudis ē mā calida subtilis: ⁊ spālr cū eger in pā/niculis sentit q̄si pūcturā ⁊ extēsionez doloris: remanetq̄z pūctura i cētro illi⁹ loci: veꝝ qꝛ in flōmia venaꝝ pulsati/liū q̄ modici ē iuuamēti dubitatio magna cadit de fluxu sanguis ꝯtinuo vel gn̄atione apatis i eis fugerūt medici flōmare eas magnas. v5. ⁊ puas. In icisiōe aūt vene pul/sus ꝑ latitudinez i ꝑtes duas nulla dubitatio cadit: qꝛ ꝑs ipsi⁹ q̄lib3 retrahit̄ ad ꝑtē suaz. Particula. 6. de flōmia.

¶ Cū coadunat̄ multus sanguis grosse vel alterius male q̄litatis in venis opȝ te minutōez ꝑmo facere ⁊ secunda/rio dare mām solubilē purgātē hūores in sanguie existē/tes. ꝑmo expōnis eius in sexto epidimiaꝝ.

¶ Signa spālia melācolie melācolice ⁊ egritudinuz simi/liū cū demōstrāt ꝙ sanguis q̄ est in oībus venis effectus est melācolicus minue medianā. Et si sanguis q̄ egredit̄ nō est melācolicus fac ipm̄ cessare stati: ⁊ si videris ipm̄ melācolicū extrahe ex eo q̄ntū putabis sufficere corpi egro/tātis: ⁊ ē ex meliorib⁹ canōib⁹. Particula sciaꝝ hec est.

¶ Dominis quartane in sui ꝑn̄. nō porrigas aliqd de for/tibus medicinis nec euacues ab ipso ꝑncipio eoꝝ corpo/ra: nisi forte videris sanguinē multum supabundare. Et cuȝ flobotomas regre sanguinē quē si videris nigrum ⁊ grossum secure potes euacuare: ⁊ si videris ipsum rubeū subtilē facias ipsum cessare. ꝑma ad Glauconē.

¶ Mulieres q̄b⁹ accidit hydropisis ex retētōe mēstruo/rū. ⁊ silr eū cui accidit hoc ex retentōe sanguis ex ore ve/naꝝ vl' fluxu sanguis e narib⁹ fluere ꝯsueti festia minue/re añq̄z v̄tus deficiat ⁊ anullet̄. 7. expōnis ei⁹ in 6° epidi.

¶ Apponat̄ sicia in occipitio vt attrahat̄ materia existēs ad partē posteriorez que ad oculos descēdit ⁊ flōmet̄ ve/na frontis vt attrahat̄ materia existens in posteriori ꝑte cerebri ad partē anteriorē. ꝑmo humoꝝ.

¶ Eum cuius sanguis melācolicus ē grossus ⁊ mult⁹ mi/nuere ꝑmo melius est: ⁊ postmodū purgare melācoliam ei⁹: eū ꝟo i cui⁹ corpe dominant̄ hūores crudi purga pri/usq̄z generet̄ in eo egritudo: cū cautela tñ: ⁊ cū generat̄ in eo febris nullo⁹ accedas ad purgatōez. In flōmia.

¶ Cū curaueris duriciē splenis ⁊ remanet egritudo scari/fica locū ⁊ appone siciā desuper. Et iter ea q̄ specialr vti/lia sunt duritiei splenis est minutio vene q̄ est supra aurē sinistrā: ⁊ appō de eodē sanguie egresso ⁊ fricatio cum eo dem supra splenē egrotātis. 9. miemir.

¶ Cū gn̄at̄ apa in pectore vel cerebro vel ei⁹ pāniculis nō debemus apponere siciā in ipsius ꝑn̄. ȝ postq̄z ꝓhibue/rimus māe decursus ⁊ purgauerimus totū corpus: ⁊ tūc appō sicie satis ꝯfert. apposita ꝟo sicia corpe repleto sup/fluitatē attrahit a toto corpe ⁊ ducit eā ad cerebrū vl' ad pect⁹ vel ad pulmonē vl' ad ꝑtē aliā i q̄ ē egritudo. xi. ige.

¶ Cū causa efficiēs tensionis est sanguis multitudo quē/admodū accidit i mēbris apatis stati patiētē minuere te opȝ: qui si timuerit minutōez: eritq̄z eius virt⁹ debilis at/trahe sanguinē ꝑ tractū mutantē. iz. igeny.

¶ Explicit particula. iz^a.

¶ Incipit particula. i3^a. cōtinens affoꝛismos depēdētes a purgatōib⁹ corporis ꝑ medicinas solubiles.



Omnes medicine solubiles nocent stō ⁊ ori ei⁹ specialr qđ ē sensibile ma/gis. ⁊ iō necesse est medicīs solubilibus aliq̄s medicinas aromaticas āmisceri. Expositiōe eius in secūdo morboꝝ acutoꝝ.

¶ Corrumpit̄ potio medicinalis cū cōponit̄ ex vna q̄ sol/uit statim cū descēdit in corp⁹: ⁊ ex alia q̄ post longaȝ mo/ram. Expōne eius in secundo morboꝝ acutoꝝ.

¶ Ait moyses lacticinia ⁊ scamonea soluūt statiȝ cū repe/riunt̄: ⁊ gūme solubiles post moraȝ ⁊ sunt oppoponacum galbanū serapinū assa fetida ⁊ armoniacum.

¶ Semia aromatica frāgūt nocumētum medicie solubi/lis: nec ꝓhibēt ei⁹ opatōez: ȝ adiuuāt eā: qa eoꝝ v̄t⁹ sub/tiliat ⁊ diuidit hūores grossos ⁊ apit vias ⁊ ꝑparat ipsas ad fluxuȝ. Expōne eius in scđo morboꝝ acutoꝝ.

¶ Medicia solubilis cū trāsit ꝑ meri ⁊ os stōi i eis ipsius aliqđ iuiscat̄: ⁊ forte aliqđ ei⁹ in stō remāet qđ magnū ge/nerat nocumētū. Et iō post assumptōez ei⁹ membra hec lauari nece ē cū aq̄ ordei ⁊ farre ei⁹. z° acutoꝝ.

¶ Ait moyses nece ē ꝙ hꝫ mēbra lauent̄ post opatōez me/dicine: añ cibū cuȝ iure galli ad hoc vt cib⁹ nō admisceat̄ illi residuo qđ remāsit in villis stōi ex medicia. Et oȝ vt lauatio fiat cuȝ aliquo viscoso mūdificato ⁊ mollificato. Et iō Hypo. ⁊ Gal'. elegere in hoc far ordei ⁊ viderūt esse vtile ad vsuȝ ꝑdictū vt de eo modicū porrigat̄ qđ sit suf/ficiēs ad lauādū tantū: ⁊ si aliq̄s nostrū hoc faceret: stati euomeret̄ medicia tota sil'. vñ melius mihi videt̄ ꝙ reci/piat̄ modicū de iuleb cal'o. ⁊ similr receptio farris ordei post medicie opatōez est paꝝ vsitata i regiōib⁹ oibus q̄s circuiui ⁊ ē abhomiabilis. nā stōus cito deuenit ad abho/minatōez post purgatōez. Et melius mihi vr̄ vt porrigat̄ modicū aq̄ cal'e in q̄ bulita sint radix altee ⁊ semē ei⁹ cuȝ aniso vel dorsino ⁊ silib⁹ ad hoc vt sil' colligā viscositatē mūdificatōez aromaticitatē ⁊ saporositatē: q̄ colet̄ supra zuccaꝝ: ⁊ si addat̄ semē myrthi ꝯiungit̄ viscositas ⁊ aro/maticitas: ⁊ ē de medicīs cordis: ⁊ cū ℞ egredit̄ a stō offe/rat̄ ius galli. ⁊ si patiat̄ siti pōat̄ loco semis mirthi psiliū.

¶ Euacuatio ꝑ medicias solubiles vel vomicas nō semꝑ est vtilis: qꝛ hꝫ eua[c]uatōe nō indiget nisi ille cui ipsa ē ne/cessaria valde: ⁊ ipsa fiat per longa temporis interualla. Expōne eius in quarto affoꝛismoꝛuȝ.

¶ Euacuare corp⁹ medicia solubili vel vomica cū itēdis ꝓxima te ad subtiliatiōem humoꝝ grossoꝝ ⁊ viscosoꝝ ⁊ diuisionē eoꝝ ⁊ poroꝝ aperitōez q̄b⁹ curādi sunt humo/res ipsi: ⁊ cū vis eos ducere ꝑ secessuȝ mollifica vētrē ꝯti/nue: ⁊ cū ꝑ vomitū vis ducere illos vomitū icitare prius multotiēs te opȝ. Expōne ei⁹ i z° affoꝛismoꝝ.

¶ Purgare coleram citrinaȝ est facile ⁊ purgare flegma: ⁊ specialr grossum ⁊ viscosum. ⁊ similiter coleram nigrā est difficile. vltima affoꝛismoꝛum.

¶ Omnes hūores crudi sunt tardi mot⁹ ꝑp eoꝝ grossitiē ⁊ friditatē: ⁊ cū mouent̄ a medicina precedūt ⁊ claudūt oēs meatus strictos. ⁊ iō humorib⁹ crudis exn̄tib⁹ nō de/bēt ipsi a medicia solubili icitari. 4° ꝯsily.

¶ Ad purgatōez colere nigre est necessaria medicina for/tior ea: q̄ necia est ad purgatiōez colere citrie ꝑp grauita/tem ⁊ fortitudinē sui. Expōnis ei⁹ in 4°. affoꝛismoꝝ.

¶ Aliq̄ hoīum sunt ꝯtenti purgatōe corporis semel in an/no i veris ꝑn̄. ⁊ aliq̄ idigēt scđa purgatione i autūno. Cū aūt in corpore coadunati sunt humores mali purga ipos cum medicinis purgantibus humorem dominantez. Et cū in eo est humoꝝ multa quantitas adunata purga eos per minutionem. 6. consily sanitatis.

¶ Ad purgatōez corpis ab his q̄ sunt ibi hūoribus: ⁊ pur/gationē capitis simul ab eo q̄ est ibi fluxo necia est medi/cina cōposita ex medicīs diuersaꝝ virtutū: quēadmodū sunt pillule q̄s nos cōpilauimus ex aloe scamonea collo/q̄ntida agarico bdellio ⁊ gūmi arabico q̄ expellunt mul/tas spēs ex spēbus supfluitatū: ⁊ si postmodū indigueris medicīs extrahentibus melācoliā opare eas. 5° igeny.

¶ Corpori accidit ꝯplexio mala ⁊ venaꝝ debilitas ex ali/quo humoꝝ singulariter cum purgat̄: ⁊ ventris fluxus q̄ sponte fit his casibus tribus constat. ꝑma ipsaruȝ est de/bilitas virtutis. secunda operatio oris venarū. tertia hu/

morum punctura. tertio medicinarum.

¶ Cum ꝑpinabis medicinā solubilē pmūʒ qḋ egredit̄ est illud ad cuius exitū itendisti: deide v̄tute medicine effrenitāte subtilioꝛ de hūoꝛibꝰ q remāserūt egreditur: deide grossioꝛ ⁊ vltimo sanguis. Et subtilioꝛ iter hūoꝛes est colera ⁊ post eā flegma. Et melācolia ē grossioꝛ iter humores. sanguis v̄o nō emittit̄ nisi vltimo postq̄ medicia vicit nām ⁊ debilitauit eius v̄tutes. 3ᵒ medicinaꝝ.

¶ Uirtꝰ medicīe effremitat cū in oꝛe venaꝝ ad stōm tendentiū ipsiꝰ remanet multa v̄tus que pūgit dilatat commouet ⁊ cōpellit eas cōmotione ꝯtinua ad expulsionem eiꝰ qḋ ē i eis: ⁊ ipsoꝝ v̄tutē defectat. 3ᵒ medicinaꝝ.

¶ Medicinaꝝ solubiliū assumptaꝝ ⁊ nō opantiuʒ actōes suas aliqua opat̄ malū ⁊ aliq̄ ꝯuertit̄ i cibū. tūc v̄o opat̄ malū cū a coꝛpe v̄tutē quādā recipit q̄ attrahit ⁊ solōnē augmētat sui ⁊ soluit: ac si ꝑpa v̄tute solueret: ⁊ cū ipa nō expellit tūc in cibū ꝯuertit̄ medicīa. 3ᵒ medicīaꝝ.

¶ Quidā medici famosi quos noui cū dederūt medicīas solubiles ⁊ medicīe ipse eaꝝ v̄tute nō soluebāt stupefacti sunt ⁊ nesciebāt qd facere deberēt: ⁊ cū vocatꝰ fui aliquē illoꝝ q medicias sumpserāt mādaui balneare se intra balneū. aliquē flōmaui. alicui vomitū ꝑuocaui: ⁊ alicui medicias stipticas dedi: ⁊ cū h̄ feci q̄ vētres ipoꝝ statim soluti sunt. Particula 6ᵃ de examinatōe medici.

¶ Necessariū ē balneū añ receptōeʒ potōis p vnuʒ duos vel tres cōtinuos: q2 balneū liquefacit humoꝛes ⁊ locuʒ coꝛpis si qs īduratus est ⁊ tēsus mollificat ⁊ relaxat qbꝰ parat̄ coꝛpus: vt quod debʒ per ipsum fluere cito fluat. 5. expositionis eius in 6ᵃ epidimiarum.

¶ Egritudo q̄ est i colera vel flegmate multotiens curat̄ vnica potōe ea qdē que accidit ex melancolia quēadmodū cancer ⁊ lepra nō curat̄ p vnā potōeʒ: sed idiget. 2ᵃ 3ᵃ 4ᵃ ⁊ 5ᵃ. Expōne eius in p̄ma affoꝛismoꝝ.

¶ Melācolia cū i coꝛpoꝛe dn̄at̄ eius purgatio melioꝛ est ꝯtinuis vicibꝰ ⁊ cōtinuis diebus p iferius tpe sanitatis ⁊ tpe ifirmitatis. 3ᵃ expōne eius i secūda epidimiaꝝ.

¶ Medicīe solubilis assumptio ⁊ minutionis celebratio nō valde confert ei q in consilio suo ioꝛdinate ꝑcedit copiose potū sumēdo: q2 ex malo suo consilio multi humoꝛes cito i eius coꝛpoꝛe aggregant̄. ⁊ ideo ad curā eiꝰ ꝑximare medicū nō opʒ. Particula. 6. de flōmia.

¶ Non oporteret te cū venter soluit̄ ad cessatōeʒ fluxus añ hoꝛā congruā icedere: nec etiaʒ si sponte cessauit ante hoꝛam ipsam constrictiōeʒ sui aliquatenus tolerare: sed opʒ te īspicere ⁊ videre qualitateʒ ⁊ quātitatē status humorum coꝛpoꝛum omnium: q2 si quod ipsoꝛum residuū remanet duram egritudinem generat ⁊ molestam. p̄mo expositionis eius in 6ᵃ epidimiarū.

¶ Cognoscit̄ q̄ medicia solubilis quā dedisti alicui cōtulit ⁊ q̄ coꝛpꝰ est mūdificatū ab hūoꝛe quē euacuare itendebas si illud qḋ emittit̄ īspexeris mutatū esse: dūmodo mutatio ipsa nō sit rasura itestinoꝝ: aut aliqd de genere sanguis vel aliqḋ fetidū: aut aliqḋ puꝝ. Naʒ egressio humoꝝ puroꝝ fit ex multitudīe caloꝛis extra nāʒ ⁊ fetidū ex putrefactiōe: ⁊ egressus melācolie que nō egredit̄ per medicinā fit ex dominio adustiōis. Eadē expōne.

¶ Sunt aliq ad purgandū difficiles ⁊ aliq q multuʒ purgant̄ ex debili medicia: ⁊ cum egrotās non patit̄ febrem foꝛtem ⁊ noueris eius naturam: da sibi subtilem medicinaʒ. Expōne eius i scd̄a moꝛboꝝ acutoꝝ.

¶ Uirtꝰ coꝛpoꝛis cū purgat̄ redit debilis. ⁊ iō nō pōt cibū multū tolerare nec imutare ipsum. Cibus igit̄ post purgationē est diminuēdus ⁊ gradatim postea est augēdus. ⁊ sit cibꝰ q facile digerat̄. Expōne eiꝰ i 2ᵃ acutoꝝ.

¶ Cum accidit febris valde foꝛtis caue tibi a ꝓpinatōe medicine solubilis ex purgatōe p minutionē specialiter: q2 in purgatione que fit per minutionem aliqd dubiū cadit. Expōne eius secūda moꝛboꝝ acutoꝛum.

¶ Noli itendere ad cessatōeʒ fluxus q alicui confert nec per cibū hn̄tem virtutē restrictiuā debilē: nec per medicinam etiā restrictiuā: q2 si humoꝛ malus restrictus ē sursuʒ ascēdit: ⁊ multotiēs generat febrē seu apā i epate vel in aliis mēbꝛis. 2ᵃ expōnis eius i. 6. epidimiaꝝ.

¶ Opoꝛtet te timere cum ꝓposueris dare medicinā solubilē foꝛtitudinē tempoꝝ accessus: aut dieꝝ crisium: q2 virtus medicine coꝛrumpit̄ cū hūoꝛes tendunt ad supioꝛa coꝛpis ⁊ ad ꝯtrariā partem eius per quā dʒ euacuare. secundo expositionis humorum.

¶ Nō possuʒ numerare quot ytericos liberaui p fluxuʒ ventris tantū. ⁊ sīlr quot leprosos ⁊ patiētes longas ⁊ antiquas egritudines liberaui tātummodo fluxu ipo. Particula sexta de examinatiōe medici boni.

¶ Plures letantur cum multū purgant̄ tempoꝛe bꝛeui: ⁊ iuxta quātitateʒ eius quod euacuatū est ab ipsoꝝ coꝛpoꝛibus die p̄mo sequentibus diebus constringitur egestio coꝝ. quinto consilii sanitatis.

¶ Galienus ī secūda ciboꝝ de cortice citri dixit hec verba propria. Cum operatur via medicine est vtilis habenti indigestionem sicut ei sunt vtilia alia plura habentia qualitatem calidam ⁊ acutam. ⁊ in. vij. medicinarum simpliciū dixit hec propria verba. Cortex citri nō est frigidus īmo tēperatus vel a tēperamento parum remotus. Et locus dubij est q2 primis verbis dicit ipsum esse calidum ⁊ acutū. ⁊ verbis vltimis dicit eum esse temperatum.

¶ Galienus in vltima medicinarū vbi locutus de melle ⁊ locutus ē de colera cuiꝰ color ē citrinus ⁊ de illa cuius color est rubeus. que colera citrina habet species alias duas p̄ter istas dixit hec verba propria. Species alias oēs nos videmus dū purganť a corꝑe absq; colera porrea nisi qn̄ egritudo ē fortis. sed colera rubea colera citrina ⁊ colera porrea sepe exeunt cum vomitu ⁊ assellatiōibus sine egritudine. ⁊ hoc ē ꝓpriū sanū ex libris antiquoꝝ. ⁊ locus dubij ē hic. q2 pepigit in colera porrea que nō exit nisi ī egritudinibus fortibus. ⁊ postea dixit ꝙ porrea exit absq; egritudine. Et si inspexerimus ꝑ dictū eius ꝙ in egritudīe forti nō inueniť colera porrea nec exit nec apparet erit Ꝥ cauillosius in redditiōe sue cause. ⁊ in sūma iste est locus dubij. In quo debet inspici.

¶ Galienus in decimasexta iuuamēti mēbroꝝ dixit. Non cōiungitur cuti aliquis singularis neruꝰ spāl'r sibi veniēs sed cōiūgiť sibi a mēbris sub ea existētibꝰ minime ꝑticule particulaꝝ nerui q ipsis cōiungitur vt ligent cutē cū eis q̄ sibi subsistūt mēbris ⁊ fiat sibi status instrumēti ⁊ sentiat per eum. hec sunt proprie verba eius. Et in vltima sciētiarum dixit. Medici ignorāt ꝙ ex neruo elongato ⁊ diuiso in cutem manus totā sensus venit ad ipsam: ⁊ in ipsa radicem habet. ⁊ lacertus qui mouet lacertū manus hꝫ radicem aliam preter illā. hec sūt ꝓꝑe verba eiꝰ. ⁊ locus dubij est plurimū māifestus. q2 ī iuuamēto mēbroꝝ dixit. Neruus cutis est neruus qui diuidiť ex lacerto mouente manum. vellem scire si hoc est proprium manui inter mēbra omnia quare nō dixit illud.

¶ Ait Moyses. Ego habeo sanū qđ dixit in iuuamēto mēbroꝝ. s. extremitatis cutis cessat sensus: ⁊ motus eius non cessat. ⁊ cā huius nō ē neruus diuisus in lacertū illius mēbri oꝑantis motū. sꝫ particule minime nerui eiusdē. sicut dixit in iuuamēto ad cuius particulas minimas ⁊ subtiles diuisas in cutē pestis descēdit. Et ideo cessat sensus cutis ⁊ nō cessat virtus eius. q2 pestis nō ē propter neruum veniētem ad lacertum. Et hec causa currit supra radices quas nos docuit Galienus: ⁊ est. cessatio rami nō nocet radici. ⁊ cessatio radicis ramū cessare facit.

¶ Galienus in prima morboꝝ ⁊ accidētiū dixit. Ex humoribus aliqui cōmiscētur adinuicē. ⁊ impossibile ē inueniri aliquē ipsoꝝ quin sit cū alio nisi raro. hec sunt proprie verba sua. Et ī secūdo morboꝝ ⁊ accidētiū dixit. Quorūlibet horū humorū aliqui multotiens fluūt in mēbra puri proprij ⁊ nō mixti ⁊ possibile ē ꝙ fluunt mixti. Ita sunt ꝓprie verba eius ibi. ⁊ locus dubij ē notus. q2 in prima dicit hūorum aliquis purus ⁊ proprius raro inuenitur. ⁊ in secūda dixit. Multotiēs inuenitur purus in fluxione sui. ⁊ possibile est ꝙ fluit mixtus. ⁊ illud quod semꝑ inuenimus ē sicut dixit in prima. Debet hoc inspici.

¶ Galienus in particula de colera nigra dixit. Multotiēs egrediunť cū vomitu vel egestione chimi nigri quo egressio qn̄q; significat bonū. sed colera nigra cū egrediť cum vomitu vel egestione significat periculum. hec sunt ꝓpria verba eius ibi. ⁊ ostēdit dictū suū demōstratōe plurima: ꝙ apparitio huius humoris ē signū perniciosū. Et medici insipientes credūt ꝙ exitus huius humoris mali sit iuuatiua res: ⁊ nō ē ita. Et expositōe sua supra quarta afforismi dixit. Colera nigra ⁊ q̄libet humor niger malus m̄ltotiēs significāt bonū maxime cū appet nā superfluitates egritudinis expellēte. hec sunt propria verba eius: ⁊ locus dubij ē cognitꝰ: quoniā pepigit verbis vltimis ꝙ appitio colere

nigre expulse p nãm quãdo supfluitates egritudis expellunt̃ significat laudabilitatẽ. Et primis verbis dedit sententiã generalẽ ꝙ colera nigra cũ exit significat destructionẽ: ⁊ videt̃ mihi ꝙ illud quod dixit in libro suo de colera nigra est sanũ. Et quod dixit in expositione affoꝛismoꝝ. sanũ est in humoribus nigris omnibus ⁊ nõ in colera nigra Hoc inspiciendum est plurimum.

¶ Galienus in secũdo ꝯplexionũ dixit. Humoꝛib⁹ ꝯueniẽtioꝛ ⁊ laudabilioꝛ naturaliter ẽ sanguis: ⁊ colera nigra est sicut amurca ⁊ sicut fex sanguis: ⁊ ideo redit frigidioꝛ ⁊ grossioꝛ sanguĩe. ⁊ colera citrina ẽ satis calidioꝛ ⁊ sicioꝛ sanguĩe. et flegma ẽ frigidius ⁊ humidius omnibus q̃ sunt i coꝛpoꝛe aĩalis. ⁊ cã agnitiõis huius ẽ sensus tactus. hec sunt ꝑprie verba sua. Et in secũda moꝛboꝝ ⁊ accidẽtiũ dixit. Res q̃ fluit sine dubio demõstrat caliditatẽ ⁊ humiditatẽ penit⁹ excepto ꝙ oꝫ eẽ humida potentialiter. Et medici antiq ⁊ philosophi fecerũt mentionẽ de virtute humiditatiua: q̃rũ virtus ẽ hui⁹ status: ⁊ ꝓbauim⁹ cãꝫ huius virtutis in libro in quo nominauimus causas medicinarum. ⁊ in alijs libris ⁊ q̃ necessaria sunt in libro suo in quo sumus noĩauimus ibi. Et sunt ꝙ colere citrine virtus ẽ calã ⁊ sicca ⁊ colera nigra frigida ⁊ sicca. ⁊ colera sanguĩea calida ⁊ humida. ⁊ flegmatica frigida ⁊ humida. Hec sunt ꝑprie verba eius ⁊ locus dubij est agnitus. q: in secũda ꝯplexionum dicit colera citrina ẽ calida ⁊ sicca effectiue. ⁊ in moꝛbis ⁊ accidentibus dicit ꝙ calida est ⁊ sicca potential'r. Et simile de ceteris humoꝛibus quattuoꝛ cognoscitur sicut de colera citrina. Debet hoc inspici.

¶ Galienus in expositiõe ꝑticule Ipocratis de humana nã dixit hec verba propria. Ego ostẽdi in libro cõplexionũ ꝙ ver ẽ tempatũ. ⁊ hypocras dicit hic ꝙ ẽ calidũ ⁊ humidũ. ⁊ res ẽ sicut Ipocras dicit. Et Galie. in expositione prime ꝑticule Ipocratis de vẽtis terris ⁊ aq̃s dicit ꝙ ver est calidũ ⁊ humidũ ⁊ hoc ẽ sanũ. ⁊ est tẽpatũ cõiunctione sui ad coꝛpus humanũ. Ait Moyses vtrũq3 dictũ qd̃ supius dixit est sanum. sed vltimũ confirmauit.

¶ Galie. in. vij. ingenij vbi incepit loq de statu viri cui⁹ stõꝫ medici desiccarũt ⁊ reduxerũt ipm virum ad ptisiꝫ dixit Medici vidẽtes q: stomachus illius nullo tẽpoꝛe digerebat dabãt ei bibere sucũ sumac ⁊ apponebãt stõ suo exterius medicinas oẽs quas antea noĩaui ⁊ reduxerũt ipꝫ ad statũ illius cui⁹ totalis humiditas coꝛpis ẽ amissa itantuꝫ ꝙ sicut moꝛtuus redijt. Ego vero cũ icepi curare ipꝫ dedi ei p omnẽ viaꝫ omnia humida. hec sunt proprie verba sua Et cũ incepit dicere cõsiliũ huius viri dixit. Nos curam⁹ virum hunc queꝫ medici desiccarãt q: via caloꝛis ⁊ frigoꝛis liber erat ⁊ nullum hoꝛum duoꝛum eius coꝛpoꝛi dominabatur totaliter nec stomacho suo: ⁊ siccitatem ⁊ subtilitatẽ multã in coꝛpe ipse habebat. Hec sunt ꝑpe verba sua ibi. ⁊ locus dubij ẽ valde manifestus. q: primis verbis dixit ꝙ erat desiccat⁹ multũ ⁊ redactus vt moꝛtu⁹. ⁊ in vltimis dicit ꝙ ẽ tẽperatus inter caliditatẽ ⁊ frigiditatẽ. imo coꝛp⁹ eius ẽ oĩo fridũ. q: i eo caloꝛis nãlis mã ẽ amissa. Et in eadẽ ꝑticula de isto viro dixit. Impossibile est ꝙ remaneat siccitas in statu suo vno ⁊ caloꝛ ⁊ frigus abscõsi sint. ⁊ ꝙ ipsoꝝ actio minime eẽ possit. q: mẽbra cũ nõ nutriũt̃ cito infrigidant̃. hec sunt ꝑpria dicta eius ibi. ⁊ hoc sanũ ẽ ⁊ post verba ista q̃ dixit de viro isto videlicet ꝙ erat a caliditate ⁊ frigiditate liber adiunxit verbis ipsis dicta ista. Nos curam⁹ siccitatẽ in isto tantũmodo dominãtẽ ex caliditate sola diu durãte excepto ꝙ ipaꝫ siccitatem frigoꝛis quãtitas nullaten⁹ ẽ secuta moratura cũ illa. Et h̃ vltimũ verboꝝ suoꝝ ibi ẽ qd̃ dubiũ plĩmũ augmẽtauit. Quõ põt eẽ vt iste q est desiccatus ⁊ redactus vt moꝛtuus frigiditateꝫ nõ habeat manifestã: ⁊ vt siccitatẽ ipsi⁹ frigiditas penitus nõ sequat̃: ⁊ q redijt in cinerẽ sit viuus. Insup ex dicto suo mirabilius isto ĩsurgit. q: ipse redactus in siccitatẽ plurimã ex amissione cibi nõ nutritur: ⁊ membra cum nõ nutriuntur breui tempoꝛe infrigidãtur. ⁊ in sũma ista verba galieni vltima sunt sana.

¶ Galienus in ꝑticula ꝑma de pulsib⁹ dixit. Pestis magna facit pulsuꝫ inequalẽ imparẽ. hec sunt verba ꝑpria eius. Et in. xiiij. parte magne de pulsib⁹ dixit. Pulsus inequalis impar significat ꝙ cã ĩequalitatis eius ẽ egritudis ĩcerta mutatio. vl'. n. egritudo mutat̃ ad mẽbꝝ ignobile ⁊ patiẽs liberat̃ vel mutat̃ ad mẽbrũ nobile ⁊ moꝛit̃ eger. Pulsus igitur inequalis impar nõ significat aliqd̃ certũ nũc. Hoc ẽ ꝑpriũ verboꝝ suoꝝ. ⁊ locus dubij ẽ manifestus. q: in primis verbis indicauit ꝙ pulsus inequalis impar significat magnã pestẽ: ⁊ i verbis vltimis dicit neq3 significat bonũ neq3 significat malũ ⁊ hoc dictũ soluit̃. Pulsus inequalis impar significat ꝙ pestis nũc ĩuẽta magna nescit̃ ad queꝫ dictoꝝ statũ reducatur. Debet hoc inspici.

¶ Galienus in ꝑticula de tẽpoꝛib⁹ egritudinuꝫ vbi incepit ostendere ꝙ oĩs egritudo a qua q̃s ꝯualescit q̃tuoꝛ hꝫ tp̃a. s. ꝑncipiũ augmẽtũ statũ ⁊ declinationẽ. ⁊ ꝙ aliquaꝝ egritudinũ nã ẽ principiũ ꝑpter sui ꝑuitatẽ sicut credit̃: tñ sin̄ dubio principiũ habent quod est breuissimuꝫ. Dixit inuenimus egritudinẽ valde foꝛtem vt est apoplexia cuius ꝑncipium ⁊ augmentum est in minimo tẽpoꝛis. ⁊ sil'r est epilepsia. hec sunt ꝑpria eius verba ⁊ nulla dubitatio est ĩ eis Et in prima de crisi vbi incepit ostendere ꝙ nature egritudinũ significant longitudinẽ vel breuitatẽ tẽpoꝛũ egritudinũ dixit secunduꝫ hũc statũ oꝫ te significare in oĩbus egritudinibus tempoꝛa ipsaꝝ. quia febris adurens apostema lateris ⁊ apostema pulmonis ꝑncipiũ eaꝝ ẽ breue. Et epilepsia: doloꝛ mulieris: doloꝛ iuncturaꝝ: ⁊ doloꝛ renuꝫ: ipsaꝝ ꝑncipiũ ẽ longũ. hec sunt eius ꝑpria verba ibi: ⁊ locus dubij ẽ. q: in vltimis verbis dicit epilepsiã habere lõgum principiũ si voluerit vt p hoc dictũ ĩtelligat̃ ꝑncipiũ accessionis epilepsie breuius tẽpus illo scibile nequaquaꝫ eẽ põt: sicut ipse dixit in libro predicto de tẽpoꝛib⁹ egritudinũ. Et si voluerit vt ꝑncipiũ illud intelligat̃ cã q̃ generat epilepsiã hoc dictũ nullo mõ ẽ sanũ in statu tempoꝛuꝫ egritudinũ. Ego vero dico ꝙ in epilepsia de qua fit mẽtio in crisi scriptoꝛ qui librũ scripsit in radice peccauit.

¶ Galie. in quarta medicinaꝝ simpliciũ dixit. Medicine solubiles ferro ⁊ lapidi igne candẽti ⁊ similib⁹ sibi sũt ille mediciẽ q̃ recipiũt illud quod attrahit ex coꝛruptiõe quã expellit caloꝛ existẽs ĩ cõpe sicut ẽ terra frãcigena vitreolum viride: ⁊ vitreolũ rubeũ: ⁊ argentũ viuũ: ⁊ oẽs hꝰ medicine sunt grosse cũ virtute calida que stõm comburũt ⁊ quod est circa ventrẽ. hoc ẽ ꝑpriuꝫ eius ibi. Et dixit in. ix. ipsius ꝑticule cũ locutus est de argento viuo: nescio p discussiones quas feci his ⁊ ꝓbationẽ. Si accidit cuꝫ bibit̃ ⁊ nescio q̃d opatur dũ apponit̃ exterius supra coꝛpus. hoc ẽ ꝑpriũ eius in argento viuo vellẽ scire rõnẽ q̃ iustificat argentum viuum in quarto gradu. q: occidit cũ adustiõe sicut species vitreoli ⁊ his similia.

¶ Galie. dixit in. xi. ĩgenij hec verba ꝑpria. Melius qd̃ dixi ẽ vt flõmet̃ vena nõ in febrib⁹ acutis tantũ: ſꝫ in oĩbus febribus accidentib⁹ ex putredine humoꝛum.

¶ Ait Moyses. dubitat q̃s in opatiõe sua facere mĩoratiõnẽ in oĩb⁹ febrib⁹ putridis. q: Gal'. inhibuit in particula de flõmia ⁊ alibi minutiõeꝫ in febre flãtica pura in q̃ humores sunt crudi ⁊ ĩdigesti: ⁊ sil'r inhibuit minutionẽ in febre quartana pura nisi accidat ex dominio sanguinis. Et sicut mihi videt̃ dissolutio hui⁹ dubij ẽ. q: ĩtellexit p dc̃ꝫ suũ in oĩb⁹ febrib⁹ putridis. i. in qualibet febre putrida: cuius nõ humoꝛ singularis ſꝫ multiplex ẽ eruptus ⁊ redit res: ⁊ i q̃libet febre ex putrediẽ sanguinis accidente: quia cuꝫ flegma vel melancolia putrefit cũ sanguĩe vtilis ẽ flobotõia.

Et cũ putrefit flegma vel melãcolia tantũ flobotomia est prohibenda. Quare oportuit eum dicere hoc proprium. ⁊ in omnibus febribus accidentibus ex quibuslibet humoribus putridis.

¶ Galienus in sexto medicinarum simpliciũ vbi loquitur de origine vrtice ⁊ de iuuamẽtis seminis hui⁹ herbe dixit. Et habẽt cũ hoc virtutem inflatiuã ratione cuius redacte sunt prouocatiue appetitus coitus ⁊ maxime cũ bibitur semẽ hui⁹ herbe cũ sapa hec sunt ꝓpria verba eius. Et cũ incepit loqui de virtutibus herbe huius dixit. Inflatio quã diximus eam generare oritur ex adextris cũ stomacho cũ digerit̃, hec sunt ꝓpria verba eius. ⁊ ideo nõ effectiue sed potẽtialiter īflatiua. ¶ Ait Moyses. Nõ video penit⁹ dictum hoc aut qd intelligi aliter ꝑ dictũ ipm. Et cauillatio hec sicut mihi videt̃ ẽ ad illũ q librũ trãstulit reducenda Locus duby ẽ qꝛ ex dicto suo fecit vrticã inflatiuã potẽtialiter ⁊ nõ actualiter. ⁊ omne inflatiuũ ẽ inflatiuũ potentialiter ⁊ nõ actualiter. ⁊ verba hec ⁊ oĩa alia aliter nõ sũt ⁊ ideo nulla medicĩa põt actualiter dici inflatiua. Et Gal. probauit alibi oẽ quod medicina dicit̃ nõ nominatur medicina nisi a calido vel frigido potẽtia ⁊ nõ a calido vl' frigido actu. ⁊ calor nostri corpis potẽtialiter exit ⁊ manifestatur per actũ. Debet hoc inspici.

¶ Galienus in expositione supra particulã ꝑthimei ꝓbauit ꝙ epar solũ cibũ in sanguinẽ mutat ⁊ nõ corpora a sanguine circũdata. ⁊ dixit ꝙ mẽbroꝝ nostri corporis quodlibet cibat̃ sanguine quez cibum conuertit in similitudinẽ corporis sui etiam si nullo tẽpore inueniatur in eo sanguis vt est os cartillago neruus ligamẽtum chorda ⁊ pellicula ⁊ membra ipsa conuertunt sanguinẽ in sui naturam qualiter potest esse vt corpus nerui quod est albũ ⁊ ex speciebus pellicule generet sanguinẽ ⁊ nõ cibetur donec cibũ in naturam suam mutat ⁊ dixerat. Sufficit ꝙ epar soluz est quod cibum in sanguinez mutat. Et verba sua ꝓpria sana sunt vsq͡ȝ nunc. ⁊ cum in particula illa dictum suum exquisiui non inuenitur complementum dictorum verborum in suo originali.

¶ Galie. in tertio sciẽtiaꝝ vbi loquit̃ de dolore emigraneo dixit. Cum generatio eius est ex ventositate sentit patiẽs dolorẽ extensiuũ: ⁊ cũ ex multitudine humoꝝ: sentit cum ipso grauedinẽ: ⁊ dixit in particula de flõmia verba ista ꝓpria. Signũ ꝓpriũ spẽi repletionis: que est quo ad virtutẽ ẽ grauedo: ⁊ alterius spẽi repletionis q̃ ẽ quo ad vasa ẽ extensio. Et ẽ hic locus duby: qꝛ dixit in p̃mis verbis sensus grauedĩs cũ dolore emigraneo significat humorũ multitudinẽ. ⁊ in verbis vltimis dixit. extensio significat repletionẽ quo ad vasa: ⁊ hec repletio accidit ex multitudĩe humorũ sine dubio. Et illud qđ videt̃ mihi in hoc ẽ ꝙ significatio: quã dixit in libro suo de flõia supra duas spẽs repletiõis: ẽ cũ sentit aliq̃s grauedinẽ vel extẽsionẽ absq͡ȝ dolore: q ẽ aut ĩ mẽbro vno aut in toto corpe: Sȝ in uo mẽbro sentit̃ dolor fortis. sicut ẽ emigran. tũc ẽ doloris sensus cũ grauedĩe: ⁊ significat m'ltitudinẽ humoꝝ nõ malitiã iporũ tãtũ sed ⁊ cãs malitie corũdẽ: ⁊ hoc ẽ qđ nocet mẽbro adeo ꝙ mutat illud ⁊ nõ multũ. Et si aliq̃s dixerit ꝙ hoc ẽ ꝓpriũ capiti qđ ꝓbat̃ ex dictis Gal. in secunda miermir q̃ verba ꝓpria sũt ista. Ex multitudĩe hũoꝝ accidit grauedo in capite nõ soda nisi accidat ex eis opilatio. ⁊ ẽ valde molesta hui⁹ rõnis assignatio. Quia ex dominio multitudinis humorũ tantũ: que repletio ẽ quo ad vasa accidit grauedo capiti ⁊ cuilibet mẽbro: ⁊ toti corpori extẽsio ⁊ ñ grauedo tantum. Debet hoc inspici.

¶ Galie. in. v. ingeny cũ incepit ostendere sicut curat̃ q expuit sanguinẽ a pulmõe dixit. Precipim⁹ vt eger nõ inspiret forti inspiratiõe: sed vtat̃ sessione ⁊ ocio cõtinue: ⁊ fiat sibi flobotomia ex vena genu: hec sũt ꝓpria verba sua: Et dixit in expositiõe sua in prima humoꝝ verba ista ꝓpria. Nõ oꝫ illuȝ a cuius meri sanguis exit: vel pulmõe. vel pectore. vel canna pulmõis: clamare: vel inspirare: ⁊ expirare fortiter. Motus vero manuũ nõ ẽ ei nociuus. Utilior tũ ẽ ei motus pedũ motu tẽperato: ex quo nõ accidat constrictio spiritui: ⁊ locus duby ẽ manifestus: qꝛ in p̃mis verbis precipit vt eger sedeat: ⁊ in ocio ꝯtinuo ꝑsistat ⁊ in verbis sequẽtib⁹ precipit vt moueatur eger motu temperato.

¶ Gali. in secunda medicinaꝝ vbi loquit̃ de psilio dixit. Semen in hoc terre nascẽte ẽ melius ⁊ est frigidũ in secundo gradu ⁊ mediũ iter humiditatẽ ⁊ siccitatẽ ⁊ tẽperatũ: hec sunt ꝓpria verba sua ibi. Et in. y. ad glaucones vbi loquit̃ de formica comestiua dixit ꝓ̃e ista v̄ba. Caue tibi opari ĩ hac egritudine lactucas. virgaȝ pastoris. lenticulas aque nenufar. psiliũ. portulacã. sempuiuam. ⁊ his similia q̃ sũt frigida ⁊ humida. Et locus duby ẽ. qꝛ dixit in vltimis verbis psilium ẽe frigidũ ⁊ humidũ: ⁊ numerauit ipsuȝ cũ lactucis. portulacis lenticulis aque nenufaris quoꝝ statum omniuȝ dixit esse frigidum ⁊ humidum: ⁊ in primis verbis dixit ipsum esse temperatum inter humiditatem ⁊ siccitatem. Debet hoc inspici.

¶ Gal. in. xiy. ingeny vbi loquitur de curationibus apostematum splenis ⁊ epatis mẽsurauit medicinas mẽbroruȝ ipsoruȝ verbis proprys: ⁊ sunt hec: Duo membra indigent medicinis similibus sibi adinuicem in specie: quaruȝ vna ꝑmutat fortiter ⁊ alia ꝑmutat debiliter. Splen vero eger fortioribus medicinis quantitate superfluitatis grosse: q̃ nutritur supra cibũ epatis: hec sunt proprie verba sua ibi. Et dixit in quarto iuuamentorum. Cognosce a me sũmaȝ ciborum quos dicam tibi horum trium membrorum ⁊ ẽ. Epar cibat̃ sanguine rubeo grosso: Splen sanguine nigro subtili: ⁊ pulmo sanguine digesto plurimuȝ claro ⁊ subtili ꝓximo nature spiritus. Ista sũt proprie verba sua: ⁊ locus duby est: quia in ingenio curationis dixit. Cibus splenis ẽ grossior cibo epatis: ⁊ in iuuamento membroruȝ dixit. Cibus splenis est subtilior cibo epatis. Et illud quod nobis probauit in iuuamento membrorum est sanum: Mensurauit enim ibi inter cibum subtilem epatis splenis ⁊ pulmonis: dicẽs. Cibus epatis est grossus rõne substãtie sue. Et cibus pulmonis est subtilis: ⁊ cibus splenis medius est inter vtrũq͡ȝ subtilior isto cibo epatis: ⁊ grossior pulmonis cibo. Et postmodum mensurauit colorem sanguinis q cibus est horum trium membrorum: dicens.

¶ Sanguis quo cibat̃ pulmo ẽ rubeus clarus. ⁊ sanguis q̃ cibat̃ splẽ ẽ niger. ⁊ sanguis quo cibat̃ epar ẽ medius inter vtrũq͡ȝ: min⁹ rube⁹ sanguie pulmõis: ⁊ min⁹ niger sanguine splenis. ⁊ vt mihi videt̃ galie. ħ totũ discussit vt obliuioni minime traderet̃. In ingenio ãt cibũ largo mõ accepit sic accipit̃ a populo. ⁊ sicut ipse dixit ꝙ panis ⁊ sicla sunt cibi. ⁊ nõ est dubiũ ꝙ illud qđ primo splen sibi attrahit mutat ⁊ eo cibat̃: ⁊ illud quo cibat̃ ẽ grossius illo qđ ad se attrahit corpus epatis: ⁊ quo cibat̃. ⁊ hec ẽ intẽtio galieni in ingenys. Debet hoc inspici.

¶ Galienus dixit in secunda megapulsus verba hec ꝓpria Ligua grecoꝝ ẽ dulcior: suauior: docibilior: apertior: ⁊ aptior generi humano q̃ȝ lingue alie oẽs. Cognitis. n. liguis alys gentiũ cognosces veraciter ꝙ ipsaꝝ aliqua ẽ sĩlĩs clamori porcoꝝ: aliqua vocib⁹ ranaꝝ: ⁊ aliqua vocib⁹ gracculorũ q̃ turpes inueniunt̃ cũ proferunt̃ motu lingue labiorũ ⁊ toti⁹ oris. aliqui. n. ex ipsis cũ loquunt̃ emittũt voceȝ multotiẽs ab intrinsecis a corpe gutturis: sicut ẽ vox stertentiũ: ⁊ aliq torquẽt os ⁊ sibilant: aliq mugiũt ⁊ clamãt cũ tota voce: ⁊ aliq nõ emittũt vocẽ oĩo: ⁊ aliqui aperiunt os apertione forti cum emissione lingue exterius: ⁊ aliqui nequaquã aperiũt os apertõe forti quoꝝ lingua ad motũ tarda videtur ac si esset grauata ⁊ ligata.

Ait moyses. Sunt verba hec Galieni de lingua grecorū quā appropriauit humano generi pre linguis alijs oibus. Rab. ⁊ alij dubitarūt ⁊ conati sunt ostēdere ꝙ oēs lingue sūt pacifice: ⁊ qlibet ipsaꝝ ignorāti eā ⁊ nō cito in ea ē grauis ⁊ seruilis. ⁊ ad hoc itēderūt oēs q visi sūt obuiare verbis predictis. Et sicut mihi videt̄ sanū ē quod dixit de lingua grecoꝝ: quoniā prolatio elemētorum ⁊ motus instrorū verboꝝ sequit̄ naturā climatū habitatoruꝫ formam ⁊ quātitatē mēbroꝝ inhabitantium ea tam interius ꝙ̄ exterius. Et Ebunasar alfarabij dixit hoc dictū in libro elemētoruꝫ. Sicut homines clymatis medij cōpletiores sūt sensu forma ⁊ figura pre alijs omnibus hominibus. s. meliori forma ⁊ figura. Meliori compositione mēbroꝝ ⁊ temperatiori cōplexione ꝙ̄ homines aliorum climatum in vltimis positorū. vt eoꝝ qui sunt in vltimo septētrionis ⁊ meridiei. ita prolatio elementoꝝ ab hominibꝰ dicti clymatis medij. ⁊ motus instrumentoꝝ verborum suoꝝ dū loquūtur sunt temperatiores ⁊ lingue humane proximiores ꝙ̄ prolatio elementoꝝ ⁊ motus instrumentorum verboruꝫ hominū positorum in clymatum vltimo a medio elongatorum. ⁊ per linguam grecam quam nominauit Galienus intellexit ipse nō solum grecoruꝫ linguaꝫ sed ipsam ⁊ sibi similem: quemadmodum sunt lingua greca: lingua arabica: hebrea: chaldea: ⁊ persica: que lingue sunt hominū clymatum complexionem temperatam habentiū. Et quicūqꝫ nouit linguam arabicam ⁊ hebreaꝫ cognoscit ꝙ vtraqꝫ est vna sine dubio. ⁊ lingua chaldea est ꝓxima ipsis proximitate qua sunt proximi: ⁊ greca est proxima chaldee sed aliquātulo differūt. s. tribus elemētis vel qttuor: ⁊ lingua persica est remota ab eis: ⁊ prolatio silr̄ elemētoꝝ multa remotōe. ⁊ nō faciat te errare loquela hominū in climate medio hodie cū loquela turpi valde loquentiū. qꝛ mutati sūt ad ea loca a locis vltimis. ⁊ ē sicut iueniret̄ aliqs hebreus vel arabs in septētrione aut meridie ⁊ loqueret̄ ibi cū lingua sua qua nutritus fuit in terra sua.

Ait moyses scitur ex dictis philosophoruꝫ ꝙ aīe accidit sanitas et egritudo sic̄ corpi ⁊ egritudo aīe ⁊ sanitas de qbus agitur habēt fieri ex credētia ⁊ moribus sine dubio q̄ ꝓprie sunt hominū. Dico igit̄ insanas credentias ⁊ mores prauos plurima mutatiōe specieꝝ suarū egritudines humanas: ex sūma quaꝝ egritudinū ē egritudo quedaꝫ cōis a qua nullus eripit̄ nisi aliquibus temporibus longis: que egritudo variatur in hominibus augmento ⁊ diminutiōe sicut variantur omnes egritudies corporales ⁊ aīales. Et hec egritudo de qua in presenti loquor est ꝙ quilibet hō credit animam suam esse doctaꝫ plusꝙ̄ sit ⁊ vult ⁊ desiderat omnia que credit cōplere absqꝫ studio ⁊ labore. Et iuenio hanc egritudinē cōmunē apprehendisse aliquos ex vigilantibus ⁊ scientibus aliquā scientiā phisicā: vel aliquā artem mecanicā. aut scientiaꝫ ex scientijs positiuis: e qbꝰ aliquis loquit̄ ex scientia quā nouit. ⁊ ex scientijs alijs de qbus nihil scit aut paꝝ expertus ē in eis. ⁊ dicit verba sua supra illas scientias sicut supra scientiā quā nouit ⁊ maxīe si superuenerit sibi aliqua felicitas ex felicitatibus reputatis. Uñ factus ē dñs dux. aut alius magnus. Uerba dixerit: ⁊ audita fuerīt: ⁊ nullus īpugnauerit sibi: ⁊ quātūcūqꝫ auget̄ hec felicitas ⁊ fortificat̄: Intātū augetur egritudo ipa quousqꝫ perueniat ad lacertos: ⁊ redit ⁊ icedit ipē cū tpe ⁊ rōe sui status predicti: qḋ sibi placet dicere dicit: ⁊ ad qstiones obiectas sibi rñdet cū rebꝰ quas vult: ⁊ nō vult ꝯfiteri ꝙ sunt res quas ignorat: ⁊ iā egritudo hec domiata ē in aliqbꝰ: q nō ꝯtēti statu hoꝫ icipiunt dicere ⁊ ꝓbare ꝙ scientie quas ignorāt sūt inutiles: nec alicui discere eas ē necesse: ⁊ nō ē sciētia qua vti debeat aliquis toto tpe suo: nisi scientia quā ipsi sciunt: ⁊ nō alia: siue phisica siue positiua sit. Et plures ꝯpilauerūt ꝯtraria supra sciētias quas ignorant. Et in sūma egritudo hꝫ accidēs amplū satis: ⁊ cuꝫ rationabilr̄ īspicis in dictis hoꝫ apparebit tibi quātitas egritudinis sue: ⁊ si ꝓximus ē casui vel saluti. Et Galieno medico applicuit aliqd egritudinis huiꝰ: sicut applicuit hominibꝰ ignaris scientie sue: q quideꝫ sciuit in medicia satis: ⁊ magis ꝙ̄ aliqs aliꝰ de qbꝰ famā audiuimꝰ aut dcā vidimꝰ ⁊ iuenit inuentionē magnā in anotomia: ⁊ de operatiōibꝰ mēbroꝝ: iuuamēto ⁊ creatione eoꝝ: illud apparuit sibi qḋ nō alij: ⁊ de statu pulsus ꝓbauit rem q̄ ꝓbata nō fuit tpe Arist. absqꝫ dubio ⁊ in medicina cui totalr̄ apposuit mentem suam sanius dixit ꝙ̄ Arist. in libris suis. Et hoc nō est dubiū scientibus veritateꝫ: ⁊ sicut sciuit sciētiam medicie credidit scire alias scientias physicas omnes in quibus paruus fuit: ⁊ inuitauit se ad dicēdū in Logica Physica ⁊ Methaphisica quedaꝫ dicta hominibus huius temporis impugnantia Aristotelem: sicut etiam illud satis plene apparet in libris quos ꝯpilauit de motus tempore possibilis ⁊ motore p̄mo: ⁊ de opinione ypocratis ⁊ platonis: ⁊ de spmate: ⁊ in libro de ꝓbatione: cuius sciaꝫ plurimū ꝯmēdauit: ⁊ sine ea in medicina nullū credidit eē perfectū: in quo libro modos possibiles ⁊ cōtingētes valde vtiles ⁊ necessarios medicine: ⁊ fere sciētijs omnibꝰ ad ꝓbationē diminuit: ⁊ cassauit: asserens eos eē inutiles ⁊ nō necessarios ad ꝓbationē ⁊ modos manifestos: ⁊ sunt q iueniunt̄ ad ꝓbatiōeꝫ nō necessarios tantū retinuit cogitans ipsos ad ꝓbatiōeꝫ necessarios eē: ⁊ dixit ꝙ exercitatio Arist. ⁊ alioꝝ cuꝫ modis possibilibꝰ ⁊ ꝯtingentibꝰ fuit amissio tēporis: hoc totuꝫ euigilauit ebunasar alfarabij: ⁊ vidi supra hoc ꝙ ꝓpriuꝫ ē ebunasar dicētis in expositiōe modi magni cū cepit exponere planiciē quā explanauit ꝺ modis possibilibꝰ: nō ē res sic̄ credit Gal. medicꝰ q dixit in libro suo quē noīauit librū ꝓbatōis. Inspectio ad possibile ⁊ modos possibiles cātos ꝑ illud ē supflua: ⁊ cōueniētior īspectio hoibꝰ ē ad modos possibiles ⁊ maxime in medicia: ⁊ Gal. dicit oꝫ medicum studere tēpore longo supra librū suū intitulatū de ꝓbatione credēs ꝙ cōpilatio dicti libri sit satis vtilis medico circa particulas tractādas artis sue. Et modi qbus operatur medicus in scia egritudinū ⁊ cāꝝ vniuscuiusqꝫ ipsaꝝ sunt illi: qbꝰ oꝫ medicū curare: ⁊ sūt modi possibiles: ⁊ nulla formarū modoꝝ alioꝝ ē necessaria: nisi raro: ⁊ sūt fere proxime extra artē medicine. Et ideo nō oportuit ipm loqui in predicto libro: nisi de formis modoꝝ possibiliuꝫ tantum: quas cassauit in eodē libro: ⁊ nō de formis inuētorū: quas retinuit ad ꝓbationē: qꝛ forme que inueniunt̄ nō sunt ad probandū parate: quoniā ꝓbationes nō fiunt ex hꝫ materia: sed fiunt ex formis possibilibus tantum. Expleta sunt verba ebunasar: ⁊ ideo vbi Arist. cepit ꝓbare modos contingētes possibiles ⁊ manifestos: dixit ebunasar in expositiōe verboꝝ illoꝝ verba hec ꝓpria. Huius porta ē magni iuuamīs satis magisꝙ̄ possibile puꝝ: quoniā oēs artes mecanice operant̄ cū porta hac: ⁊ maxime circa ꝯtractationē singularium futuroꝝ: si sint vel nō sint in mediciali arte: laboratoria: marinaria: cōsilijs ciuitatū: eloquētijs ⁊ silibꝰ illis: qbꝰ necesse ē vt sint scia ⁊ libri ꝯueniētes his: ⁊ totū hoc spectat ad modos. Expleta sūt vba ebunasar. Cogita itaqꝫ ⁊ admirare in verbis Gal. sic̄ nixus ē laudare logicā in omnibus libris suis ⁊ ostendit cām pestis medicorum tpe suo fuisse puitatem ⁊ diminutionem eoꝝ in sciētia logice ⁊ cām sapientie sue fuisse suū exercitiuꝫ in logica: qbꝰ medicus ad sciendū logicam necessario inuitatur. Ac ipse Gal. cōpilato libro de ꝓbatione retinuit oīo formas generaliter ⁊ specialiter modoꝝ possibiliū ⁊ cōtingentiū vtiliū tantū arti medicine: īmo vilipēdit eū qui operat̄ hoc plurimū. Et dicit ꝙ hoc nō ē necessariū penitus. ⁊ nullus dubitat ꝙ Gal. legerit libros Aristo. in logica. ⁊ ꝙ sciuerit logicā plusꝙ̄ alius q minor fuit eo ī sciētia. sed rōe egritudi-

nis cōis de qua locutus fui credidit ipse Gal. ꝙ nouerit artē logice ⁊ oēs alias artes sicut nouit artē medicīe ⁊ inuitauit se ad ea que se īuitauit ⁊ nō ꝑmansit in illo statu. sed ex dulcedine saporis quē saporauit ex aliqb⁹ iuuamētis mēbroꝝ īuitauit se ad ꝓphetiā dicēs. Uenit ad me dei nūci⁹ q docuit me sic ⁊ ꝑcepit mihi sic: vtinā fuisset isto gradu cōtentus: ⁊ tenuisset se in nūero philosophorū salus domini sup ipsos: ⁊ nō oblocut⁹ fuisset supra illos: sꝫ nō fecit hoc immo insipiētia sua ꝑduxit animā suā ad illō qȯ mēsurauit corpus suū cū corpe Moy. attribuēs eidē īscipiētiā ⁊ suo corpori ꝯplemētū. Exaltet̄ deus a dictis īscipiētiū exaltatione p̄rima. Et videt̄ mihi bonū vt audire te faciā dictū Gal. ꝓpriū. Nā q noīat heresim nō ē hereticus. Dico aūt ꝯtra Gal. q inuitauit se ad hȯ altissimū nō habens Moy. sicut nos tenētes legem habemus. Et ostēdam hac demōstratiōe ꝙ īsipiētia quā attribuit Moysi erat attribuēda ipsi Galieno vere ⁊ nō ei. ⁊ ponā dictū meū inter eos sicut inter duos sapiētes: vnū cōpilatiorē alio: ⁊ diffiniā verba prophete magni ⁊ hoīs medici verbis ꝓprys. B. n. spectat ad mediatorē. Dico igit̄ ꝙ Gal. cū incepit probare in. xi. iuuamentoꝝ vtilitatē status piloꝝ supcilioꝝ ⁊ palpebrarū q nō elōgant̄ nec extendunt̄ vt capilli capitis dixit verba ista ꝓpria. Nam creator q exaltet̄ ꝑcepit pilis istis vt maneāt in statu vno nec elongent̄ tpe aliquo: ⁊ pili receperūt hoc mandatū ⁊ ꝯsentiētes ei steterūt nō preuaricātes ei⁹ mandatū eis factū. Et hoc fecerūt vel sui timore amicitia vel reuerētia: aut qꝛ ipsi pili sciunt ꝙ status hꝰ nō elongatiōis vt capilli capitis est eis res vtilis digna ⁊ pulchra in opatiōib⁹ suis. Sed ꝯsiliū Moy. in re nālī qȯ ē laudabilius ⁊ dignius tenet̄ a me magis q̄ ꝯsilium hereticoꝝ qȯ ē melius ⁊ salubri⁹ reliquo ⁊ ē hoc. Deus est pricipiū ⁊ creator oīum creaturaꝝ sicut dixit moyses ⁊ inuentor p̄ncipy idest cāe mālis ex qua res creatur. ⁊ creator qui nos creauit opatus ē pilos in palpebris ⁊ supercilys status nō elongationis vt capilli capitis qui status vtilis ē eis. ⁊ sciens B operatus ē sub pilis palpebraꝝ pellem durā silr̄em cartilagini extensam in longitudine palpebre. ⁊ silr̄ posuit sub pilis superciliorū quandā pellem durā cartilaginosam inuiscatam ipsis pilis vt remanerēt in prima lōgitudinis quātitate. Et voluit creator eos sic eē sicut voluntatis sue eēt opari subito aliquē hoīeꝫ ex lapide bono statu lapidis nō mutato ⁊ B ē impossibile. ⁊ differētia hac differt credētia Moy. a credētia platonis ⁊ nostri oīuꝫ grecoꝝ. Et Moy. credidit. Sufficit volūtas dei circa māꝫ adornādā ⁊ ꝑparandā. q̄ statiꝫ vt vult adornat̄ ⁊ ꝑparat̄. Credidit etiā ꝙ oē est possibile apud deū q si vellet creare ex cinere equū vel thaurū subito crearet ipm. Et ipse Gal. dicit hoc i medicina ꝙ ex rebus sunt res ꝓprie impossibiles. ⁊ sunt ille quas deus nō vult eē penitus. imo vult ꝙ sint res possibiles ⁊ ex possibili nō eligit nisi meliora ⁊ vtiliora ⁊ p̄ncipaliora. ⁊ qꝛ meli⁹ ⁊ p̄ncipalius ē pilis palpebraꝝ ⁊ supcilioꝝ remanere in quātitate longitudīs sue: ⁊ numero qb⁹ sunt semp: creator volēs pilos eē sicut sunt statim factū est vt deus voluit. Et si voluisset istos pilos eē in statu quo sunt ⁊ nō posuisset ipsoꝝ plātationē in corpe duro ⁊ eorū creatio eēt ex pelle humida nullo modo esse posset hoc penit⁹ etiā si voluisset hoc millesies milies. imo status eoꝝ mutaretur: nec erecti nec firmi essent. ⁊ qꝛ ita est dicit deuꝫ in opere suo duplam habere electioneꝫ. Una ipsaꝝ ē electio melioris status vtilioris ⁊ ꝯueiētioris ad opationē. ⁊ alia est electio māe ꝯuenientis ad illud. vnde postq̄ melius ⁊ vtilius ē vt pili palpebraꝝ sint erecti ⁊ firmi ⁊ sint semp in vno statu quātitatis longitudīs sue ⁊ nūero fecit plātationē ⁊ ꝯfirmationeꝫ piloꝝ ipsorum in corpore duro. Et si plātauisset in corpore humido ipsos insipientior fuisset q̄ Moy. ⁊ insipiētior q̄ dux exercitus īsipiēs q edificat fundamēta muroꝝ ciuitatis sue ⁊ castri sui supra terrā īstabilem fundatā in aqua. ⁊ hec ē cā ꝑseuerantie pilorum ipsorum in statu vno. ⁊ hoc totum causatur ex electione sui in materia. Expleta sunt verba Galieni.

¶ Ait moyses. cū in verbis his aliquis philosophus īspicit fundamentū legis apparentis tēpore nostro sciens manifestabitur sibi cauillatio predicti viri. qꝛ verba nō sunt in vnum aggregata vt cōsilia legis doctoꝝ ⁊ philosophoruꝫ quorum duorum status a Galieno repulsus ē ⁊ vtiq; ignoratur. sed loquitur in rebus ex quibus sibi simplices sunt radices sicut nunc probo. Galienus opposuit moysi q̄tuor consilia predictis verbis: quorum vnum est consiliū moy. ⁊ alia tria nō sunt consilia moysi. sed Galieni cum modica scīa sua ī omnibus que loquitur extra medicinam: credidit ꝙ ipsa cōsilia quattuor essent vnum consilum. Et dico ꝙ illud vnū consiliū quod est moy. sicut dicit Galie. est ramus sequens radicē legis eius ⁊ fundamentū suū: ⁊ fūdamentū radicis Abrae aui sui: salus domini supra ipsos: nō cōtrariatur credētie eoꝝ sed rami sequuntur radicē suaꝫ. ⁊ hec dicta omnia que dicit hic galie. per se. s. ꝙ credentia nostra hec nō oꝫ credi a nobis sed ab alys sunt verba contraria adinuiceꝫ ⁊ nō sunt rami radicibus iuncti. Et nunc incipio exponere illa quattuor cōsilia moy. a gal. Moysi opposita. Primū est. Deus precepit pilis superciliorum vt nō elongentur quod mandatum pili obseruarunt dicens ꝙ hoc consilium est moysis in rebus naturalibus. ⁊ illud nō est consiliuꝫ moysi. quia nō precepit deus nec inhibuit moysi nisi id quod credit. Et secundum consilium ē quod moyses credit ꝙ omnia sint possibilia apud deum. ⁊ hoc nō est Moy. consilium simpliciter sed est consilium Gal. quia nō numeratur deus cum potētia supra impossibilia Sed Galienus cum pluria euitatione sua nō euigilauit se in loco cauillationis. quia est aliquid sicut dicit Moyses quod ē de re possibili: quod ⁊ alius dicit esse de re īpossibili. Ramus cauillatiōis huius rei cadit in radices eius. Et Galienus nō consentit alicui istorum nec ea sciuit sed vadit cauillando se tantū. Et consiliū tertium est sui. Moy. credit ꝙ si deus vellet creare ex cinere equum vel thaurum subito crearet ipsum: quod sanum est ⁊ est consilium moy. ⁊ est ramus radici credētie sue conueniens vt ꝓbo. Et quartum consilium sui est. Moyses credit ꝙ deus nō eligit nisi materiam bonam in omni re futura. sicut exemplificauit ⁊ dixit. Eligit corpus cartilaginosum ⁊ supposuit illud pilis. cui dicto nō obuiat moyses. Et postq̄ moyses licentiauit ꝙ deus nō operatur aliquid absq; vtilitate nec sicut accidit imo omnia que creauit sunt bona valde. ⁊ ea cū rōne ⁊ mensura creauit sicut probaui in dictis meis in radicibus legis: ⁊ nouisti horum oīuꝫ sūmā. qꝛ oculus fuit pforatus in tunica vuea propter visuꝫ ⁊ ossa fuerūt dura ⁊ sicca ꝓpter onus desup ferendū. ⁊ simili modo fuerunt oīa que inueniunt̄ in corporibus aīalis. ⁊ ꝓphete qui fuerunt post moy. assenserunt ꝙ omnia que deus creauit sapienter fecit. Et Galienus sciens quoddā consiliū moysis ⁊ est operatio rei subito absq; via naturali sicut versio virge in serpentem ⁊ terre in pediculos putauit ꝙ deus pōt creare ex cinere equū vel thaurū subito. ⁊ hoc ē cōsilium moy. Et omnia ista sunt rami sequentes radicem credentie moysis. Et est ꝙ mundus nouus est ⁊ origo mundi est per deū senem fortem solum absq; alio facientē munduꝫ post nullitatē purā celū ⁊ omnia que sunt in celo ⁊ īueniētem primā materiā sine celo ex qua fecit terram aquā aerem ⁊ ignem. ⁊ sigillantem hunc planetaꝫ supra ista circulis inequalibus. ⁊ ista elemēta ⁊ omnia ex his composita sigillantē istius naturis quas videm⁹: dando eis formā q̄ eis redyt in naturā. ⁊ omnia ea prout voluit facienteꝫ. Et radicem hanc credit moyses. ⁊ cū prima materia sit adeo

inuēta post nullitatē ⁊ sigillata sit sic̃ sigillata ē: possibile ē ipsi inuētori suo ipsam mām ꝑdere ⁊ mutare silr̃ naturā oīum q̃ ex ipsa ꝯposita sunt: ⁊ facere eis nām instabilē subito sicut eam subito adinuenit. Et iō mox credit oēs naturas generatiōis ⁊ corruptiōis ⁊ mutationē eaꝝ a statu suo esse ex porta possibili: ⁊ credit numerari deū cum potentia supra oīa que fecit. Et ad eū spectat voluntas. ꝗ si voluerit dimittere mundi statū vt est in perpetuū hoc facere potest. ⁊ si voluerit destruere totū ⁊ remanere solus ꝗ exaltet̃: possibile esset sibi eo potēte supra oīa ista. Et si voluerit mundū elemēta ⁊ singularia oīa dimittere in natura sua: aut mutare generationē aliquā singulariū suorum absq̧ cursu naturali erit possibile sibi: ⁊ oīa miracula sunt vt hꝫ: ⁊ depēdēt a porta nouitatis mūdi. Et dico miraculū ē illō: cuiꝰ gnãtio est ꝯ nāz ⁊ ꝯsuetudinē. cuiꝰ spēs sunt due. vna ē ꝑ gradus spāles ⁊ statꝰ spāles sꝑ sine statibꝰ ꝯsuetis: ⁊ alia est per diuersificationem rei subito in rem aliaꝫ: sicut versio virge in serpentē terre in pediculos: aque in sanguinem: aeris in ignem: ⁊ manus benedicte in manum leprosam: que omnia facta sunt subito. ⁊ forte nā huius que accidit aliquo tꝑe non inuenitur in hac inuentione quieta sic̃ manna que cum dura erat molebatur: ⁊ fiebat inde panis cum calefacta erat a sole: dissoluebat̃ ⁊ fluebat. ⁊ oīa que inueniunt̃ ī bibliotheca similia māne virtutibus sunt ex porta possibili inuenta possibilia origine mundi. Et ex ꝯsilio dicētis mūdū eē veterē oīaq̧ credunt̃ a nobis possibilia. ⁊ dicit ꝙ mūdus cū singularibꝰ suis a deo creatꝰ est vt est: ⁊ stetit statu suo cū deo ſm inuentionē sui ꝓut deus voluit: sicut egrotās cū egritudie q̃ nō recedit ab egrotante. ⁊ vt dies cū ascensu solis: ⁊ vmbra cū pñtia surgentis ⁊ similia illis. Et dicit dñs ꝯsilij huius ꝙ motus est sine generatiōe ⁊ corruptiōe. ⁊ iō celū dicit vetꝰ ⁊ mām primā ex q̃ creatio fit esse sine generatiōe ⁊ corruptiōe ⁊ impmutabile. Dicit ēt ꝙ oīa mutantia nām hanc reꝝ generabilium ⁊ corruptibiliū cuiuscūq̧ spēi sunt īpossibilia. ⁊ iō qđ fit subito est īpossibile sibi: qꝛ nō inuenitur ī natura vt aliquid subito fiat: nec futuꝝ aliquod in natura huius materie inuenit̃: nec permutat̃ status eius ad statꝰ alios. ⁊ hoc ꝓbatum est: ⁊ ꝗ intelligit ea que spectāt ad ꝯsiliū hoc. ⁊ nō credit ꝙ deꝰ hēat volūtatē nouā: ⁊ electionē in inuētis possibilibus a quibꝰ dependet potentia sua: vt possit nobis dare aliquotiens pluuiam: aut eam aliquotiens retinere ſm velle suū. Sed dicit ꝙ descensus pluuie in hac natura gesta sequit̃ preparationē fumositatū aque ⁊ aeris q̃ operāt̃ inuētionē ⁊ retētionē sui: que oīa sequunt̃ ꝑparationē materie ī qua potentiā deus hꝫ. ⁊ sic difficilia in mā ipse de facili facere nō potest. ⁊ que ꝓhibent eoꝝ inuentionē nō pōt facere inueniri materia nō existente creata. ⁊ sic eius ē inuentio conueniens sibi ī ꝑpetuū ⁊ in seculū seculi. Jā manifesta est tibi rō consilij credentis mūdū esse veterem ⁊ ratio eius qui credit mundū nouū. Sed hic Galienꝰ extra artē medicine nesciens veritatem insipiens ⁊ verbosus dicit ⁊ clamat multotiens: ⁊ dubius est ī hoc statu nouitatis mundi: ⁊ īscius vtrum sit vetus vel nouus: vtinā sentirem qualiter fuit dubius ī radice hac ponēs totā inuētionem sui in eloquio suo supra palpebrarum pilos ⁊ superciliorum radice vetustatis mundi: ⁊ nescit si est vetꝰ vel nouus dicens ꝙ oīa que sunt difficilia in mā sunt impossibilia deo cuꝫ potētia minime numerato. ⁊ si vellet deus hec oīa millesies milies. Et dixit ꝙ nō est volūtas sufficiēs nisi que cōuenit materie: ⁊ ꝙ deus ē ꝑncipiū creatiōis ⁊ oīꝫ creaturaꝝ: sicut ait Moy. ⁊ dñs ꝑncipij .i. cause materiał: ex qua creatio fit. hoc dictū ē Gał. igit̃ credit vetustatem materie cum senectute dei: ⁊ ipsa sunt principia creatiōis oīum que creauit. ⁊ hoc dictū spectat ad vetustatē mūdi qđ credit Gał. ⁊ res hꝫ dubia est ī eo. Et oportebat ipꝫ dubitare si creatio equi ex cinere subito esset possibilis sicut Moyses credit: aut impossibilis sicut dicit ille ꝗ ꝯfirmauit sñiam vetustatis mundi: ⁊ qꝛ dubitauit ī radice ⁊ tulit sententiā ī ramo: est signū manifestū supra insipientiā suam conueniētia status rami ad radicē: ⁊ taliter est dictum suum ꝙ sunt ex rebus res ꝓprie impossibiles apud deum: ⁊ dictum hoc est de vetustate materie.

¶ Et mirabile ē dictū suū ꝙ deus sciuit ꝙ piloꝝ supciloꝝ nō elōgatio erat res apta pilis ipsis: ⁊ ex dicto suo ē ꝙ deꝰ vult vt sit res possibilis: ⁊ ex possibili nō eligit nisi meliꝰ. Utinā sentirē huiꝰ scientiā voluntatē ⁊ electionē: q̄s ipse asserit esse ī deo: ⁊ fecit ī inuento res possibiles apud deum: ⁊ super hec duo fundamēta edificauit dictū suū hoc: ⁊ dedit sñiam ī ipso ex ꝯsilio vetustatis ⁊ nouitatis mūdi cōsilio. Et iā ꝓbaui tibi ꝙ rōne ꝯsilij eius qui credit vetustatē mundi nō remanet deo volūtas: nec electio nec cōplet in inuentis possibile futuꝝ vt eligat vel remoueat. ſꝫ spectat dictū suū verbis hꝫ ad ꝯsiliū nouitatis mūdi: ⁊ essentiam māe noue. Et attēde sicut miscuit verbis suis res spectantes ad ꝯsilium nouitatis mūdi cū rebꝰ spectātibꝰ ad consilium vetustatis mundi. ⁊ putauit oīa hec esse credentiam vnā: ⁊ ꝯsiliū vnū: ⁊ si mūdus ē vetꝰ aut nouꝰ: sibi ē dubiū. Et oīa q̃ dixit ī verbis hꝫ cauillata aperta sunt ei. ⁊ est credentia spālis: ⁊ tulit sñiam ī ipso: ⁊ hoc est signū supra insipientiā suam in radicibus ⁊ ramis verborum suorum: ⁊ supra negligentiā inspectionis eius quod dixit: ⁊ hec fuit voluntas mea tantū in istis afforismis: ⁊ nō alia: nec inuitaui me repugnare ei qui credit vetustatē mundi vel dubitat supra ipm: aut īfamare eū. Sed stimulauit me ad volūtatem hanc numerus verboꝝ ꝯplentiū regem.

¶ Ait Moy. iam dixi ī ꝓximo afforismo egritudines hūanas. Jn hoc tū afforismo volūtatis mee est ostendere tibi bonam ostēsionē ī inspectiōe ⁊ credentia tua: ⁊ est ꝙ ꝗcūq̧ dicit se vidisse sensibiliter illud qđ asserit ad ꝯfirmationem cōsilij sui sper ans se illud visurum: ēt si ipse hēat̃ hō perfecte legalitatis: veritatis: firme loqutionis: ⁊ bonoꝝ moruꝫ: attēde ea que tibi dicit: ⁊ si vult vt credas opinionem ⁊ credentiā quā credit pone dubitationē ī rebꝰ quas dixit tibi se vidisse: ⁊ nō turbes mentē tuam cum nouis q̃ dicit: sed īspice ī ipsa opinione ⁊ credentia: sicut īspiciēduꝫ est absq̧ īclinatiōe tui ad ea q̃ dicit se vidisse oculis ꝓprijs: siue referēs sit singularis ꝑsona: siue populus ex gētibꝰ dicti consilij: qꝛ voluntas ducit hominē ad operandū malum: ⁊ maxime tꝑe rixe: ⁊ hoc prohemiū proposui vt euigiles in dictis Galieni huiusmodi sapientis ⁊ principis: cuiꝰ consilium in membris principalibus sciui ꝙ sūt tria. s. cor: cerebrum: ⁊ epar: que tria sunt inceptiua: ⁊ aliquod ex eis virtutem aliquā nō recipit a membro alio aliquatenus. ⁊ credētia Aristo. ⁊ sequentiū ipm est sicut sciuisti ꝙ mēbꝝ principale tantū est cor: ⁊ cor mittit virtutē vnicuiq̧ mēbroꝝ corꝑis cū q̃ virtute operat̃ membrū oꝑationē suam specialē. ⁊ iō cor ſm Aristo. mittit virtutē cerebro: ⁊ cum virtute ipsa operatur cerebrū operationē suā specialē. dādo membris omnibus sensum ⁊ motuꝫ. ⁊ operādo adhuc imaginationē rōnem ⁊ memoriā: que operatiōes inueniuntur in cerebro cū dicta virtute quā a corde recipit. Et silr̃ membꝝ quodlibet corporis operat̃ oꝑationē suā spālē cū dicta virtute quā recipit a corde. Et opīo hec Arist. ē sana qñ aīali viuo exñte vita ꝯpleta oꝑatiōes ipse a membris sicut dictū ē operāt̃. Et iā aliquis loquutꝰ ē ī hoc ꝑter me illud quod erat sufficiens. Et Galie. cuius consilium est ꝙ virtutis sensibilis ⁊ motiue: ⁊ similiter imaginationis rōnis ⁊ memorie primū ꝑncipiū est cerebrū: ⁊ ꝙ cerebꝝ nō habet societatē aliquā cuꝫ corde virtute sibi trāsmissa ab eodē vt ꝑ ipsam virtutē sentiat ⁊ moueat festinus ad rixā cum Aristo. supra ꝯsiliuꝫ ad confirmationē dicti ꝯsilij sui

dixit ĩ secũda particula libri sui supra expositionẽ Ipocratis ꝛ platonis dictuȝ hꝯ possibile est cor constringi findi et euelli totaliter absq̧ pforatiõe ↄcauitatis ex ↄcauitatibꝰ pectoris: ꝑut moris est fieri hoc multotiens ĩ sacrificio: ꝛ aĩal ĩspirat clamat fortiter: ꝛ fugit: ꝛ nõ morit̃ quousq̧ sanguis fluat multus: ꝛ hoc ẽ ꝓpriũ dictum eius. O viri sapiẽtes ĩ inspectiõe admiremini q̃liter possumus tenere eum veridicum ĩ hꝯ nouis. ipse. n. dixit in quita scientiarũ. verba hec que vera sunt: ꝛ sunt. Nõ potest esse penitus gn͛ accidat cordi pestis cum adest tempus mortis: ꝛ mors seq̃t malã ↄplõnem cordis: ꝛ oĩum membroꝝ corporis cõplexionẽ malam quantitate magna: ꝛ maxime membrorum consimilium nõ sequitur mors subito: ꝛ illã que specialis est membris organicis sequitur mors subito.

¶ Et Galienus vult a nobis vt credamus sibi in his dictis duobꝰ: quoꝝ primum est. ꝙ mã male ↄplõnis fluit ad cordis substantiã: qð est membꝝ organicũ: ꝛ imutat eiꝰ complexionẽ naturalẽ: ꝛ cum apostemat illud aĩal subito moriat̃. Et illud qð est vltimũ vt ex ↄstrictiõe cordis scissiõe vel euulsiõe: ꝛ iactus sui ad locũ aliũ: aĩal viuit: clamat: currit: ꝛ inspirat: ꝛ nõ moritur quousq̧ sanguis exitꝰ multus sequitur. Ego vero dico postq̃ mors sequitur exitum sanguinis multi. si stricta tenerent̃ capita venaꝝ e quibus sanguis exit manibus per longaȝ horã esset possibile aĩal remanere viuum absq̧ corde: ꝛ est mirabile hoc.

¶ O hõ attende qð accĩt viro q̃ nititur fouere credentiam suam ĩ eo qð est necessariũ tibi euigila supra illud: ꝛ si illð qð dixit Gal. sanum est ꝛ est ĩ eo cã q̃ corrumpat iuste consilium Aris. dicentis. principium sensus ꝛ motꝰ esse ꝛ venire a corde. Ego ṽo dico supra hoc ꝙ corrupta radice a qua virtus aliqua procedit alicui ipsa virtus trãsmissa põt remanere ĩ eo aliquo tpe: ꝛ cessat cessante illo qð illam extẽdit: sicut fonte aque subito obturato aqua trãsmissa a fonte remanet in riuo suo que satiat ꝛ emollit qð est iuxta se posituȝ donec cessat aqua. Insuper tu vides aliq̃s ex mortuis: quoꝝ corpus remanet calidũ quadã hora ꝭm caliditatẽ viuoꝝ: ẽt si cessauerint corda ipsoꝝ: q2 caliditas quã receperant a corde erat ante cessationẽ cordis que cessat postea: ꝛ dissoluitur cessante illo qð iam extendit. Et simili mõ mouent̃ aliqua ex membris aĩalis post incisionẽ capitis sui rõe virtutis in neruo ĩcluse quousq̧ cessat penitꝰ. Et sic dico ꝙ ꝑncipiũ qð mandauit cor cerebro remansit ĩ cerebro q̃dã hora modica post extractionẽ cordis quousq̧ exit virtus ipsa. ꝛ nõ ꝓuidimꝰ supra hoc dictũ nisi ꝓpter infamiam que est a veritate remota ꝛ nõ alia de cã. Et q̃liter extrahatur cor ꝛ nõ perforat̃ aliqua pars pectoris ẽ ꝙ finditur locꝰ aĩalis ĩ vltimo colli. ꝛ ingeniat̃ hõ ĩ eo. Et extrahit corpus cordis a sua capsula cõiuncta cum pectore ꝛ dorso: quã dimittit: ꝛ hoc opari est valde difficile post mortẽ aĩalis: ꝛ viuente aĩali sicut dixit Gali. est res valde remota a veritate: imo est preceptum factum ad consilium suum fouendum: ꝛ aliud non est.

¶ Expliciunt affo͛rismi rabi Moysi.

¶ Incipiunt affo͛rismi Joannis damasceni.



Iberet te deus fili amantissime a deuio erroris: ꝛ ĩ via cõseruet ꝓsperitatis atq̧ meũ velle de te mihi dignet̃ posse ↄcedere: teq̧ in eodẽ agilẽ facere: sic desideriũ tuũ iunctũ meo ↄpleat ĩ te. Nouerit dilectio tua fili mi: q2 petitionẽ tuã de affo͛rismis medicine scribendis ꝓpter nihil aliud prolongaui: nisi q2 verebar ne aliq̃n fastidires tui desiderij meã lõganimitatẽ velle tentare: ꝛ considerando cognoscere: iam nunc vero quantũ inde cognoueriȝ sufficere videatur. ¶ Quia cũ maiores nostros peritissimos viros queq̧ fastidiosum noueris sepe arguisse nõ egre tibi ferẽdũ est. Ceteꝝ ipse presentisse potes me semꝑ vtilitatem tuã quesiuisse: ꝛ nunq̃ te deserendo plus alium coluisse. Deus omnipotens dirigat mentẽ tuam in bene placito suo ad vtilitatẽ seruorum tuorum. Ecce iam affo͛rismos quos me scribere rogasti tue dilectioni mãdo.

¶ Certe ĩ medicina imẽsa profunditas est. ¶ Operari ãt ꝭm libros absq̧ perfecta rõne ꝛ solerti ĩgenio molestuȝ ẽ.

¶ Ingeniũ autẽ naturale adiuuat artẽ ꝛ nãm regentem. ↄriũ aũt ↄria. ¶ Abundãter aũt libros peritoꝝ veteꝝ relegere: ꝛ secreta eoꝝ diligẽter discutere iuuat oẽȝ sapiẽtẽ ꝛc.

¶ Uita breuis est ad cognoscendum vires omnium terre nascentium. Tu autẽ ea que palam sunt: ꝛ ĩ quibꝰ oẽs conueniunt ꝛ maxĩe q̃ probasti tene. Que ṽo ĩ dubio sunt ꝛ in quibus dissentiunt omitte. ¶ Illud ṽo nõ debet nos cõmouere qð in sapientum dictis habetur.

¶ Quedã sunt que non videtur nobis ad plenũ rõ attestari. sed potius credulos habere. Illud quippe quo medicamur subtilis substãtia est. neq̧ eniȝ humana natura erroris periculum incurrere nõ põt: ꝑsertim in subtilibus.

¶ Qui deditus oĩo secularibꝰ negocijs. alias. delitijs: negligit fundamentũ medicine philosophie: ꝛ artiũ doctrinam nõ ei fides adhibenda est: ꝛ maxime ĩ ea vbi Gal. ꝛ Arist. ↄcordant: vbi discordant difficile verum inuenit̃.

¶ Animal secũdũ frigidũ ꝛ humidũ nutrit̃ ꝭm calidum ꝛ humidũ viuit. virtus siue virtutes naturales uel sp̃uales varia noĩa habentes vna eadẽ que est. s. virtus. Sed scðȝ diuersa ĩ subiectis mẽbris officia diuersis vocabulis nuncupantur. ¶ Complexio naturalis ꝭm vicinitatẽ quideȝ est separabilis: actu tñ est inseparabilis. Queãdmodũ taȝ vicia aĩ q̃ figure corporis ab auis ꝛ a parentibus cadit. et hereditatur: ita quoq̧ morbus diuturnꝰ: ꝛ maxime si fuerit in principali membro.

¶ Medicina que temperamẽto vicia est ꝛ odorifera si cibus quoq̧ fieri possit optimuȝ est. Colligatio corpis ꝛ aĩe ꝭm ordis naturalis ↄsonãtiã facta est vt subsistat. ¶ Unde cauendũ est ne des ei fortẽ medicinã que fortiter mutet eam: vt ea q̃ est ĩ tertia pte. ¶ Complexio corpis aĩati ad figurã nerui cõsona est. Nõ igit̃ temerarius sis ĩ medicina forti que eã dissoluat: ꝛ aperiendo corpus in aliam complexionem mutet.

¶ Medicina stiptica ꝛ odorifera: ꝛ temperamẽto propinqua custodit ꝛ ↄfortat principalia membra: ꝛ virtutẽ naturalẽ. hꝯ tibi sit semper vtendum vt cõfortes naturam. Si. n. naturã confortaueris morbũ medicando iuuat curari. Si vero eam neglexeris: ꝛ neglectam deficere permiseris: nihil prodest.

¶ Epar ꝛ stõus sunt posita inter efficacia nãe vt nutriãt sicut instrumẽta: ꝙ si accidenti aliquo amiserint cõplexioneȝ ꝛ minuũt cursũ nature. ¶ Calidi morbi plus frigidis sunt mortiferi ꝓpter ignei motus velocitatem. ¶ Quando corpori aliq̃d acciderit: nõ ei dandũ est qð noceat ꝑncipalibus mẽbris. qð si feceris inde nociuus eris: magnũ iuuare nõ videris. ¶ Uitiũ aĩ sequitur complexionẽ corporis: cum igitur corpus patitur: ꝛ maxĩe principalia mẽbra. medicinam maxĩe aĩe exhibere minime negligas. vñ. vȝ. gaudeat vt odoratu visu: auditu: qð nõnulla medicĩe ps ẽ.

¶ Medicinaꝝ. q̃dam ꝛ maxime que faciunt in sũmo capitis post cenã: ꝛ q̃n itur dormitũ dande sũt vt nã ad iteriora intẽta ab altissimis mẽbris attrahẽdo sensus alleuiet. Silr̃ aũt vbi morbus iã preualuerit ꝛ maxĩe in principalibus mẽbris. Nulli medicine mẽbrũ cõmittendũ est aliquod nisi ei que ad cõplexionẽ eius aut ex parte aut ex toto: pertineat ad silr̃tudinẽ medicine nutrientis membruȝ que medicina si nutribilis quoq̧ fuerit vtilis est.

¶ Medicina ↄria ad cõtrariũ deponendũ est: ꝛ nõ ꝭm complexionẽ eandeȝ. ¶ Infirmis defectis nulla medicia aut

cibaria danda sūt nisi ea que facile possit natura pati: ꝛ ꝓprie temperamentū ī quātitate ꝛ qualitate sit.

¶ Medicamīa pauca tibi teneda sunt nisi quoꝝ iuuamēto sepius exptus ꝯfidere possis: totius.n. multitudis notitia icomprehēsibilis est. Ne cū ꝑ singula volueris inquirēdo discurrere multiplici diuersitate sensuum distractus ī nullo poteris fidē habere. ¶ Rerum proprietas dubia ē Eam nanqꝫ multi olim experiētes arbitrati sunt facere a proprietate qđ pleriqꝫ faciebāt natura. ¶ Unde vidēdū est ī ꝓprietatis purgatiōe negligat naturā que notior est.

É farmacijs aũt cãe nõ vt extimanť sũt: eadẽ.n. farmacia purganť: ẽ qm̃ alia purgat quã q̃ consueuit purgare: ẽ aũt qð suppurgauit. ẽ qð z cõuenientia facit: q̃re nõ vt contingit farmacie debent dari. Arbitrari.n.oz z cibos nutrientes nos farmacias esse minus autem illis. Homines.n.hos recte quidẽ appetentes sani sunt: nõ recte vo laborant sũpdãtur aut purgantur sicut a puris medicinis. manifestum igitur est z hos farmacias minus z tardius puris farmacijs. Verũ hi tardiores z cõsueti nobis sunt quottidie intrantes in corpus. Vane aũt z negligenter traditi ibi perturbant hoĩes z egrotare faciunt quodã modo z puras z acutas si absqz passiõe z absqz causa tradat aliquis non debet operari aliquid cõferens. Oportet igitur p̃muz tradere colericis gdem qð coleram purget. flegmaticis aũt qð flegma: hydropicis qð aquam: melãcolicis vo qð nigrã colerã. Si vo extra huius purgaueris ↄueniẽtia vo nõ purgas: q̃ vero nõ ↄueniunt purgas: quare ad vtraqz peccare est. Qñ igiť debes alicui medicinam tradere superiꝰ siue iferius iterrogare ipm̃ oz si vtiqz bibit medicinã: z vtrũ venter in inferiorib' farmacijs acutus ẽ: z obedit cito aut durus: z si acutꝰ z bñ solubilis fuerit: mollioribꝰ z minoribꝰ farmacijs idiget: si vo durus fuerit fortioribꝰ eget. Idem aũt modus z ad superiora: si vero nunq̃ dicat: neqz superius neqz iferius purgatũ fuisse: aut potasse farmaciã: scire oz si ad ingrediẽtia sano existẽti bñ solubilis erat venter ad iferiora: aut bñ vomens ad supiora: z si ad repletionẽ quandaz factus diaria supuenit ipsi: huiꝰ oĩa oz inquiri qũo possis recte cõsulere: malũ.n.est accidens tradentez farmaciã homini iterficere. Quicũqz gdem igitur a febribus vehementibus occupať neqz oz his medicinas purgatiuas tradere: ẽ vtiqz post febrez: si vero nõ in quattuor z decẽ dies: colere.n.carnes existẽtes ipõrũ z vẽtres accipiũt farmaciã z nil purgat z febris fit maior z color mutať z yeterici fiũt: mota.n.corpa z nõ purgata neqz comedere volũt neqz bibere sz oĩa horrẽt: z vt frequenter pereũt. Si vo accipiať farmacia z ante meridiez nil purgat: a meridie vo purgans subtilis fit z finit. Si vo hũc diẽ circũ fiat z silꝰ purgatõe post febrẽ sanus fit. Si vo feb. iterz occupet ipm̃ destruiť: nõ ↄuenit fortibus passionibꝰ farmacias purgatiuas offerre: sed si quẽ oz clisteriçare ↄgruit quotiẽscũqz volueris vti: periculosũ.n.ẽ. Secũduz aũt eandẽ rõez z in estiuo tpe a canis ortu dies. 50. obseruare oz ñ tradere farmaciã sz clisterijs vti. idẽ.n.piculũ.

¶ Zacharie Barbaro Venetorum oratori Andreas. B. P. S. D.



Emini mirz videri oz çacharia barbare si apud Syxtũ Pon. Max. gra z auctoritate plĩmũ potes. Qm̃ nõ taz tenuibꝰ fortune adminiculis: q̃z firmis vtutũ p̃sidijs clarus es z illustris. Quis.n.ẽ q tantũ tuũ in opibꝰ modũ: in potestate cõtinentiã in vrbanitate grauitatẽ: oĩa deniqz tua prudẽter dicta: sapiẽter acta: acute respõsa nõ admireť: Nẽpe sicut de attico legimꝰ: Romã hũanitatis cognomẽ deportasti: z tua gdez: nõ vt ille: aliena patria. Nimirz in te oĩa Frãcisci Barbari patris vtutũ lumĩa elucescũt. cui certe multũ latina lingua oz tot tantisqz ab eo libris ptim cõpositis: ptim ↄuersis. A quo minime degenerat Hermolaus filiꝰ te tãto patre nõ idignus: in q̃ tãq̃ ppagine deducta: auitate paterneqz sapiẽtie fructus florẽt z crescũt. Quẽ Todorus Haça: sicut iuuenis equales supasset: ita senẽ senes superaturũ eẽ iudicabat. Quod mihi videť iã asseq etiã non senex. p̃sertimqz edito Themistio a se trãslato. qð meo gdẽ iudicio cui vis seni q̃z doctissimo nõ in postreĩs laudibꝰ poneret. qs ob res tu tãti filij pr: tãti p̃ris filiꝰ oĩbus tã corporis z fortune q̃z animi bõis ornatissimus: merito appelaris fortunatus z sapiens.

¶ Syxto. pont. max. andreas Brentius patauinus. S. D.



Epe atqz mltũ Syxte Pont. max. inter philosophos p̃sertiqz stoicos z peripateticos disputatũ est: an verã aliquã futurarũ rez presensionẽ nobis somnia afferre possẽt: nec ne. Nã Epicuri hac de re: sicut de plerisqz alijs sẽtẽtia iamdudũ explosa ẽ: Qui cũ nihil oĩo somnijs credi oportere dicat: id tñ nullo argumẽto nulla rõne probet. Sũt ẽt nõnulli alij q aiunt ex insomnijs quedã vera cadere posse z ea gdẽ potius casu ac fortuito cõtingere q̃z illa cur ita euenerint: vlla rõne explicari posse. Quoruz opinio sane pbabilior esset: si magis rõne niti q̃z ad libidinez loq viderenť. Quapp magis cũ Hipocrate Socrate: Platone z Aristotele sentiẽdũ esse arbitror: q vt philosophorũ p̃ncipes ac optimi humanaz diuinarũqz rez oscriptores: cũ exẽplis z longa rei experiẽtia: tum etiã argumẽtis z rõne demõstrant: atqz cõfirmãt posse animuz a societate z cõtagione corpis sõno seuocatũ presentia cernere z futura puidere. Hominis nãqz animi eã partẽ que sensu: que motu: que appetitu p̃dita ẽ: nõ esse oĩo ab actione corporis seiugatã. Jacere.n.corpus dormiẽtis: vigere aũt z vigilare animũ atqz in mediũ sese maxime colligere: q duz corpori vigilãti inseruit plures in ptes diuisus apud se cõstare nõ videť: quippe q sensuz cuiqz auditui. s. visui tactui itineri partẽ ac totã deniqz intelligentiam suam corporis actionibꝰ attribuat. Cũ vo corpus quiescit z nihil sentit: tũ ipsuz moueri sentire: tũ in oẽs corporis partes serpẽdo eiꝰ sedez z domiciliũ disponere: eius oĩa subinde munera trãsigere. Intueť nãqz visibilia audit audibilia: incedit tãgit dolet: letatur. Quot porro corporis administrationes sint: breui cõspicit atqz dijudicat sibiqz oĩa p cuiusqz sui ptis nã atqz affectu: ↄspectui subijciunť. Qm̃ ea animi pars: q̃ appetitũ z feritatem quandã atqz agrestem ĩmanitatẽ in se hẽt a philosophis nostri tẽporis cõcupiscibilis appellata si nimio potu z immoderato pastu obstupefacta fuerit: stupra: incestus nefarios z detestabiles cũ cognatis z beluis etiã cõcubitus videt. Silr etiaz altera q̃ trito nomine nunc irascibilis pars nuncupatur in qua existit irarum ardor: si vt superior affecta fuerit: trucidare cedere cruentari multaqz facere impie tetre cuz dementia z crudelitate videť. At vero tertia illa pars que mentis z rationis particeps est, pptereaqz ab eisdẽ philosophis intellectiua dicta: si homo quidem sanus z habitu integer moderatoqz victu se quieti tradiderit: tranqllas res atqz veraces in somnijs maxime perspicit. Quãdoquidez aĩus noster sensibus liber z ab oĩ curaz impeditione vacuus: iacẽte corpe: dei cognatione tenetur. Ideoqz siue per se siue infusus et celitus missus futura prenoscere existimať. Nam quidaz etiam insignes philosophi aerem animorum ĩmortalium plenũ esse testanť. Ex eo q̃ spiritus corpora nostra intrantes nobis diuinationẽ quãdã prebere longa assertiõe approbatiõeqz ostendunt. Cuius opinionis longe ante fuisse Homerũ puto verissimũ rez auctorem: qui ec dios idest e Joue z celo to onar esse dixerit. At q an hec vera sint nec ne ipsi inter se disseruerit. Neqz enim nostrũ est velle tantorum virorum opinionibus iudiciuz interponere. Inter omnes tamẽ constat: antiquitus q somnia occulta z ab ipsa natura ĩuoluta nõ nisi post euẽtũ cognoscerenť. Atqz id si manifesto nõ appuisset: falsa putarenť: iccirco exortos eẽ

coniectores somniorum: qui coniectura persequerent̃ ea ⁊ explanarent. Qđ hominum genus apud antiquos i magno precio erat: existimabaturq; non mediocrem sapientie partem tenere q̃ somnia maximum in rebus agendis momentum habere opinio esset. Que q̃ multis olim bona vel mala casura significarint: non opus est in presentia historiarum exempla in medium afferre: que pene innumera sunt: ⁊ plura q̃ presens nostra hec parua lucubratio exigat. Satis enim veterum auctoritate ⁊ antiquorũ monumentis comprobatum est: q̃plurimos ex somnijs monitos vel preclara facinora gessisse vel magna impendentia mala vitasse. De visiõib⁹ ãt siue admonitiõib⁹ ⁊ oracul' q̃ a grecis chrematismi appellant̃: q̃ ꝫ quietẽ dari videt̃: cum antiquoꝝ: tum etiã virorum nostre etatis sapiẽtum neminem ambigere cognoui. Si quidez ⁊ sacre nostre religionis viris sanctis ⁊ beatis visiones semper vere apparuerunt. Et ad hodiernũ tempus vt apparent: ita ꝯsequũtur atq; recomprobantur: qđ a rõne alienum nõ est. Naz quos deus propter eorũ probitatẽ diligit: ⁊ a quibus se castissime ac integerrime coli animaduerterit: his se loco et tempore secreto: qm̃ id numinis nõ oĩb⁹ sicut impuris aut sceleratis manifestũ esse vult: ostẽdit: preterita memorat: presentia docet: futura aperit: secreta ⁊ arcana demõstrat atq; explicat. Qđ nõ credere est deum deiq; sacrosanctaz religionẽ aspernari. Sed eniz hec que celitus quodã modo ac diuïo ĩstinctu afflatuq; per quietem cognoscuntur: nullã, ne minimã quidez preceptiõis partẽ habere possũt: quippe cum raro appareant: atq; nõ nisi certissima consequant̃: vt nulla indigeant explanatione. Somnia autem qm̃ certa animi concitatione ac soluto liberoq; motu fiunt: neq; eorum cause aut exitus satis euidenti ratione probantur: eo coniectura potius q̃ obseruatiõe ⁊ notatis signis explicant̃. Cum alijs alio tẽpore: alio loco: alio modo eueniant: ac semper varient̃ diuersis obiecta veri cernẽdi difficultatibus: vt incertis certa dare precepta arduum ⁊ difficillimũ sit. Que ṽo ĩsomnia a grecis enypnia siue phantasmata que a nostris visa appellantur que ꝑ sensuum motum fiũt valẽte corpore aut egrotãte aut aliquibus corporis partibus vel inopia affectis aut satietate effluenti: quorum vterq; modus animi ac corporis bonum habitum ledere solẽt: hec vnde cur hoc magis q̃ illo modo proficiscantur: ratio reddi potest. q; istoruz effect⁹ causas probant: ⁊ a causis vicissim euenta cognoscuntur. Atq; igitur hec cum ad naturã cuiusq; atq; affectum reuocant̃ ⁊ coniectura ⁊ obseruatione percipiuntur: cum vero rõne explicari possunt: videntur certe posse merito artis preceptionem exigere. Cui⁹ explanatio ⁊ scientia ad nullos magis pertinet q̃ medicos: quibus multe possunt dari ex insomnijs bone aut male valitudinis significatiões nequaq̃ obscuritate ĩuolute nature. sed e quibus facile aut corporis integritas: aut morborum vel varietas vel aduent⁹ vel discessus intelligat̃. Hanc igit̃ insomnioruz cognitionem diuinus ⁊ singularis vir Hypocrates ac omniũ medicorum facile prestantissimus: qđ arti sue maxime necessariaz esse arbitraretur: instituit eam sicut reliqua medẽdi facultatis ꝓcepta magna ex parte adinuenerit adinuẽta excoluerit atq; perfecerit: nequaq̃ intactam omittere. Itaq; insomniorum indicia ⁊ signa: quibus vel boni habitus cognoscerentur aut istantes egrotationes. Item que malis futuris cauendis remedia essent: queq; valitudini ꝯseruande precepta forent: omnia ipse paucis complexus est. ⁊ in hunc libellũ contulit: qui de insomnijs scribit̃. In quo cum multa meo quidem iudicio continerent̃ ⁊ cognitione digna ⁊ ad valitudinẽ cuiq; maxime cõducentia: volui eum exercendi ingenij cã ꝯuertere: ⁊ tibi Pont. Max. mittere: vt illum iudices: qui naturaliuz rerum ⁊ supercelestium scientia es: ⁊ haberis excellentissimus. Simul ẽt vt debito meo satisfaciã. Nam cum hoc e bibliotheca tua sumpserim omnium celeberrima: que litteratis omnibus ⁊ doctis viris sũmo solatio ac studiorũ incremento est: ⁊ i quam a curis tanq̃ in portum me conferre sepius: ⁊ totos deniq; dies partim legendo partim scribendo consumere soleo. iccirco videbar mihi esse aĩ ingrati ⁊ ĩmemoris nisi queãdmodũ villicus delectabile quid e villa ⁊ hortis domino res vrbanas fastidienti affert. ita ego tibi animuz a negocijs ⁊ imperij admĩstratione relaxanti aliqđ e bibliotheca excerptum offerrem tuo studio: tuo docto ocio ⁊ singulari sapientia dignũ. Nam licet nobis nulla facultas sit tibi pro meritis gratie referẽde: tamẽ delectat nos quandoq; tibi his mediocribus exercitationibus aĩ nostri gratitudinem ostendere.

¶ Hypocrates de insomnijs.



Ex insomnijs ea nobis bona sũt que ad vltimaz noctis partem intelligẽtie representant res eo quo interdiu agebant̃ modo: aut de illis deliberationes atq; consilia. Sanitatem enim signant. q; diurnis in consilijs animus permanet nulla impletiõe: nulla exinatiõe nulla alia deniq; re externa aut aduentitia superat⁹. Que ṽo his contraria ac inter se repugnantia sunt: si vehementer: vehementẽ: si modice: infirmã in corpore ꝑturbatõez esse testant̃. An igit̃ a negocijs abstineri oporteat necne: iudicium nõ fero. Uerũ tamẽ corpus ideo purgandum esse consulo: q̃ ex materia quapiã superante contigit secretio animũ ⁊ intelligentiã perturbans. Et si vehemẽter discrepent: prodest vomitũ mouere: ⁊ in quintũ diem modicos ⁊ leues cibos sumere. Exin cum deambulationib⁹ multis ⁊ acribus: tum mediocribus exercitationibus vtendum. Sin minus: vomitus: ocium: ⁊ tertia pars cibis demẽda. Rursusq; eadẽ victus ratione quintum vsq; diem vtere: adiecta deambulatiõis ⁊ vocis exercitatione. Deinde postea dijs ĩmortalibus supplicandũ. Sol luna celum stelle ex consuetudine pure lucide splẽdide cõspectui subiecte i bonis sunt: indicãtes quippe omni ex parte corpus bũ valere. Quare hic habitus presenti victu conseruandus est. Si quid ṽo contra apparuerit: morbum corpori a validis validiorẽ: ab infirmis leuiorẽ istare manifestissimũ ẽ. Atq; si stellaꝝ externus circuitus: solis medius: lune: q̃ causis adiacet: extingui quid aut ledi aut occultari aut omnino impediri visus fuerit: eidem circuit⁹ parti morbũ superuenire: tenuiorẽ quidem: si ab aere vel nube stellarũ aliq̃ afficiat̃: si ab aqua seu grandine: vehemẽtiorẽ. Signo nãq; est humiditatis ⁊ pituite excretionẽ in interioreȝ circũferentiam icidisse. Huic igit̃ expedit i vestimentis sudoris q̃maxime euocãdi cã. primo quidem sensim. deinde vehemẽter currere: post ṽo exercitationẽ multis subinde deambulationib⁹ vti: prandio ĩtermittendo. Ac tertia demũ cibis ablata parte: in quintũ diem paruz assumere. tũ si maior offensa apparet: fouere. Siquidẽ ea de re corpus per superficiẽ expurgari cõfert: q; in exteriore circũferentia detrimẽtũ inest. Preterea cibis siccis: acrib⁹: austeris: meracis: ⁊ exercitationibus maxĩe siccis vti. At vero siqđ eiuscemodi pati luna videatur: intus euulsionem fieri: ꝓdest ab acribus: salsis: lenibusq; cibis vomitum excitare: magna vi currere: vocem exercere: prandium intermittere. vtiq; cibi detractione ⁊ victus moderatiõe habita. Deinde vomitu iterũ facto in quintũ diem modicũ cibũ adhibere. Ubi aũt sereno celo circuitus a siccitate affligi laborare supari videt̃: egrotatiõis periculum est. Igit̃ opus est laboribus demere victu humidiore leni: balneis: maiore quiete: somno multo: donec cõsistat vti. Si igneũ qđ ⁊ incensum stellis illis repugnans cõspicit̃: bilis excretõis

nota est. Si victe demū occultentur: periculū ē ex egrotatione mori. Si in fugam aut vertuntur: aut verse celeriter fugiunt alijs deinceps insequentibus: future nisi homo curetur: isanie metus est. His itaq; omnibus veratro in primis euinci: victum moderari conuenit: aliter victū ab aqua repeti nō alienum est: vinum nequaq; gustare p̄terq; tenuissimum lene dilutum. Item ab acribus siccantibus: salsis calefacientibus abstinere: necnō exercitationibus naturalibus & cursibus in vestimento vti q̄plurimis absit frictio: lucta: saltatio: & vehemēs exagitatio: molliter cubet: desideat preter q̄ a naturalib⁹ laborib⁹. Post cenam deambulet. Bonum etiam est foueri scd̄m fomenta subinde vomere. Ad trigesimum diem ne impleat̄. Impletus bis in mense vomitum a dulcibus humidis & lenibus prouocet. Que aliūde alio nulla necessitate aut vi vrgente vagantur: animum sollicitudine & cura affici docēt. Huic nempe prodest ex toto conquiescere: & animum ad spectacula risum precipue mouentia vertere. Si min⁹ ad id saltē qḋ per biduum aut triduum spectando mens exhilaretur. Post sistet. si id non proderit: egrotationē esse metuendā. Omnino stelle que e circūferentia pure & splēdide delabi ac orientis partem petere videntur: bone valitudinis testimonia sunt: propterea q̄ quicquid vel ī corpore est separatū vel in aluo excretum: vel in carne pullulans: id probe omne ab occidui circuitu: cui recte adheret excidit. Que vero ex illis nigre & obscure siue ad occiduū siue in mare siue in terram siue paulo supra deferri videntur morbos denunciant. Que supra grauedines: que ī mare: malos alui habitus: que in terrā: tubercula in carne maxime nascentia. His confert tertiam portionem cibis demere: excitatoq; vomitu in quintum diem victum temperare. alio deinceps quinto die cuiuslibet generis cibū adhibere. Tum iterum facto vomitu ad eundem superiorem victum redire. His deniq; celestibus insidere quicquid tibi videbitur purum & humidum: bonam valitudinem ostendit. Quoniam id ab ethere descendisse in hominem. Tale autem animo representari: quale hominē intrauerit. Econtrario nigrum quodlibet impurum & minime illustre: mali morbi: nō ab impletione certe aut exinanitione: sed ab externa causa instantis indicium habetur. Huic ergo conducit multa vi currere: vt q̄minima corporis liquefactiōe: ac spiritu spississimo vsus aduentitiū malum propellat: protinusq; s̄m cursum acribus deambulationibus vtendum: victus autem in quartum diem mollis & leuis adhibeatur. Quodlibet tibi adeo purum dari visum: secunde valitudinis signū est q̄ ingredientia corpus pura sint. Cuiuscūq; horum contrarij inspectio extiterit: non est bonum. Morbum enim corpus inuasisse constat. Ideoq; hunc sicut priorem curari opus est. Aquam lenem sereno celo sine vehementi quidē madefactione aut graui tempestate pluere videri bonum: temperatum nā q; & purum e celo spiritum intrasse demonstrat. Econtrario magnā impure aque vim cū procella & grandine pluere: morbū ab aduentitio spiritu notat. Similiterq; hūc tenui victu & cibis omni mō perq̄ paucis vti oportere. Sic qui celestium astrorum signa cognoscendi indicio predit⁹ fuerit: debebit ex illis cum sibi suiq; valitudini victus genere prospicere: tum etiā dijs supplicare. Pro bonis quidem. Soli ioui celesti: ioui terrestri: Minerue terrestri. Mercurio: apollini. Pro contrarijs autem. Dijs malorū auersoribus terre & heroibus: vt omnia grauia & aduersa a nobis auertant. Insuper etiam ex somno propinquā qd acriter intueri: aut audire: tuto incedere: secure & sine vlla formidine currere. Item terram planam beneq; cultam arbores florentes & fructuosos & mites: fluuios pro more aqua limpida: nequaq; iusto pleniores minoresue fluētes fontes itidē & puteos in somno ante oculos obuersari. his omnibus indicijs cum corpus bene habere: tum v̄o omēs circuitus & victus atq; excrementa pro natura esse cognoscuntur. Quicquid istorum contrarium apparet: mali detrimenti est. Nam auditum ledi: circa caput esse noxam docet. Igitur matutine. quinetiam s̄m cenam aptissime erunt deambulationes addito superioris victus genere. Crurum offensa vomitu conuellenda est: pleniore lucta vtendum: seruata eadem in cibis ratione. Aspera corpus impurum esse dicit. res amat plures post exercitationem deambulationes. Arborum sterilitate humāi corporis p̄nicies ostendit̄. Siquidē sine folijs arbores: ab humidis & frigidis detrimentum: cum folijs autem: sed sine fructu a calidis & siccis: vtiliter victus ratione hec refrigerantur & humefiunt: illa siccantur & calefiunt. Fluuij nō pro natura fluentes sanguinis circuitum signant: largius quippe excessum: minus defectum. Commodum igitur est victu hoc implere: illud tenuare. Si impuri fluūt: perturbationem significant. purgantur autem a cursibus & deambulationibus multo spiritu citati. Nocturne fontium & puteorum imagines: ventos circa vesicam esse indicio sunt. Res igitur vrinam mouentes ad purgationē aptissime sunt. Mare turbatum: aluis malū subesse testimonio est. Auxilio sunt res aluū soluētes leues & molles. Terra vel domus mouens: sano aduersam valitudinem. Egro sanitatem & instantis mutationem pollicetur. Valēti ideo victum mutare perutile est: q̄ totum a presenti corpus afficitur. Egrotanti autem in eodem persistendū: quia ab instante corpus mutatur. Terrā vel a mari vel ab alia quapiam aquarum multitudine inundari. egrotationem multe: que in corpore inest: humiditatis expectandam esse testatur. Quare vomitus: prandij intermissio exercitatiōes sicci victus pernecessarij sunt. Deinde ex modicis & parū assumendo: ad consuetudinem reuertendū. Vtiq; nec id in bonis est in somno terram nigram aut crematā videre. Quandoquidem in vehementem & mortiferum morbū incidere periculosissimum est. Siccitatis enim exuperātiam carni instantem deprehendit. Laboribus ergo. Itē cibis quicquid sicci calidi acris & vrinā mouētis: demendum. victus esse debet ptisane decoctū ius: res deniq; omnes molles leues & modice quidem: potui vinum dilutū album copiosius dandum est. Balneo frequentiore & calido vtendū. Sed vero minime ieiuno: emolliatur: congescat: frigus: solem caueat. Telluri mercurio heroibus diuinam rem faciat. In palude siue mari siue fluminib⁹ natare videri: non bonum. Quia humidi excessum testatur. oportet hunc imperare victui & se exercere: febricitāti autem bonum qḋ calidū ab humidis extinguitur. Quicqd neq; maius minusue: sed ex consuetudine & pro sui natura esse apparuerit: pro bono valitudinis habetur. Vestē candidam siue pulcherrimos calceos indui: bonū. Qḋ ex mēbris maius: nō bonum. vtiq; qḋ minus: oportet victus ratione hoc augeri: illud minui. Nigra omnia morbida atq; periculosa sunt. Vtiliter emolliuntur & humefiūt. Noua mutationem predicunt. Puros & in albis vestimentis mortuos videre: bonū. Item ab illis aliquid puri accipere in bonis est. Nam & corporis & rerum ingredientiū integritatem declarant. Ex mortuis quippe nutrimenta incrementa & semina proficiscuntur: proptereaq; hec si pura in corpus serpunt: sanitatis sunt. Rursum nudatos vel pullatos vel sordidos vel e domo quid capientes auferētesue conspici: non aptum. Morbū ideo arguit: quia res corpus ingredientes noxie sunt. Confugiendum ergo ad cursus atq; deambulationes: ac vomitu facto: alimentum molle & leue adhibendum. Corpora quecunq; in somnijs deformia in conspectum veniunt: homineq; terrent: inso-

liti cibi satietatem: excrementum: choleram: denique morbum periculosum exponunt. Necesse itaque erit vomitum mouere: et in quintum diem cibis quam leuissimis et modicis minimeque acribus siccisue aut calidis: presertimque laboribus naturalibus: preterquam secundum cenam deambulationibus. Item balneis: sed vero calidis ac quiete vti: a sole preterea et frigore cauendum est. In somno videri quid assueti potus aut cibi sumere: alimenti inopiam ac animi languorem probat. atque carnes validissime quidem maximi excessus: infirmissime autem minoris. Ut enim quod assumitur bonum: ita est quod apparet. Cibis ideo demendum est quod alimenti exuperantie id testimonium sit. Similiter etiam panes caseo et melle confecti in somno edi si videantur: eiusdem signi sunt. Aqua pura epota: bonum: relique vero omnes noxie. quicquid assueti homo spectare videtur: animi desiderium testatur. Quodcunque vero fugit perterritus: sanguinem a siccitate infestantem detegit. Utilissime ergo corpus refrigeratur et humefit. Pugnare: vulnerari: cruentari: vinciri: corpori secretionem circuitus inimicam contigisse signo sunt. Optimum igitur est attenuare: deambulare: cibis facilibus vti. Tum secundum vomitum intra quinque dies sibi temperandum. Quinetiam ex visis errores: vagationes: ascensus mali et graues contingunt. Fluuiorum traiectus: armati hostes: diuersi generis monstra: egrotationis siue insanie argumenta sunt. Pernecessarij igitur sic errantibus sunt cibi modici leues et molles. Tum porro permulte: preterque post cenam: exercitationes. Necnon ad quintum diem cum vomitu victus paulatim temperatus sit. Insuper a calidis balneis: desidia: frigore: sole cauendum: Hec qui seruare voluerit: prout victus ratio dictat: a nobis quantum per hominem deo iuuante fieri potuit: excogitata inuentaque: is semper in vita bene valere poterit.

¶ Andreas. B. P. Ni. Supalatino. S. D.



Habes iam Supalatine Ypocratem de insomnijs a me expressum. Quam quidem prouinciam vt susciperem. non prius adduci potui quam tua: Aloisijque podocathari viri optimi et vtriusque nostrum amicissimi motus adhortatione atque auctoritate. Quapropter ita me deus amet si me vobis non plurimum debere fateor: qui me semper ad virtutem et laudis studia adhortari incitareque non desistitis. Atqui sic vobis promitto et in me suscipio: studebo quidem semper et pro viribus laborabo quantulecunque vestri de me opinioni suscepte respondere. optimisque consilijs vestris et admonitionibus parere. Siquidem me a vobis non secus atque parentibus diligi et amari iandiu perspexi atque expertus sum. Ut autem mi Supalatine: quid animi mei erat: intelligas: institueram more grecorum paucis hunc libellum interpretari: quod scribendi genus illi paraphrasin appellant. Sed cum res postea videretur magni esse negocij: multe doctrine: et longioris temporis: malui parue eruditioni mee consulere ac amicorum voluntati satisfacere librum iam efflagitantium. Hoc igitur negocium vobis doctioribus permitto: qui medendi artem cum scientia: tum etiam vsu et exercitatione instructa habetis consumatissimam: que cum alijs scientijs instructa esse debet: tum precipue astronomie cognitione: quemadmodum hoc in libello Hipocrates demonstrare videtur et testari. Cum internas corporis partes lune: medias soli: externas stellis tribuat: non sine magna profecto astrorum nature scientia et peritia. Quandoquidem lune sidus cum inter omnia nobis proximum sit: maxime in corpora nostra dominari censetur. Unde prudenter ea a vobis in medendo tantopere obseruatur. Sol autem quo magis a luna distat: eo minus nobis obesse valet. Quod enim vi exuperat: id intercapedine minuitur. Similiter etiam stelle quoniam a nobis longissime absunt: aut multum corpora infestare possunt: quibus tamen omnibus astris presertimque elementis que in deorum nominibus inclusa sunt: multum Hipocrates mea quidem sententia tribuere videtur: cum iubeat supplicare soli ioui celesti: ioui terrestri: minerue terrestri: mercurio: apollini: terre: heroibus: que omnia si contemplari licet ac aliquantum remouere sensus ab imperiti et ignari vulgi opinionibus: reperientur habere in se naturalem rationem certe non indignam: sed vero medico et philosopho maxime conuenientem. Nam sol pro mundo accipi potest: qui cum sidera solem lunam ignem aera aquam terram: tum comunem omnium naturam rerumque vniuersitatem in se continet. Or autem purus candidusque et ab omni reliquorum quatuor corporum colluuione vacuus est: a poetis olympus appellatur: quod totus lampi idest splendet. Deinde a nonnullis philosophis quintum elementum esse videatur: ab eisdemque quod eius ardor nequaquam agitaretur ab alio neque externo pulsu: sed per se ipse ac sua sponte semper et continenter moueretur: entelechia appellatur: estque et habetur illorum opinione omnium rerum que natura administrantur: seminator et sator et parens atque educator et altor. Ioui celesti vel benigne et temperate eius stelle. que grece pheton dicitur: que inter saturni horridum sidus et martis ardens media existit: illustris ac splendida. vel etheri quod idem celum vocatur vltima et altissima ac extrema hora et determinatio mundi omnia cingit circumplectitur et coercet: ex quo solis stellarum omniumque siderum naturales flamme existunt. Cuius quidem calidum et igneum: qua natura est bilis: quamdiu in corpore scitur et agitur motu suo: aliturque et crescit: tandiu sensus et vita remanet. Ioui terrestri siue orco: eidemque Diti nominato Iouis fratri cui terrena vis dedicata est: qui grece Pluton dicitur: quod omnia recidant in terras et oriantur e terris: Siue Neptuno eiusdem fratri: Aquarum elemento cuius humore et vaporibus magna quoque ex parte tam stelle natura flammee quam humana corpora aluntur et nutriuntur. Hic igitur si deesset: cum sibi propter nature similitudinem pituitam vendicet: a grecis flegma appellatam que corpori magno nutrimento est: noster quoque spiritus igneus simul discederet: necesse esset. Minerue terrestri. idest aeri terre et aque proximo vel lune que a sole illuminata ysdem quibus ipse spacijs cum vagetur circaque terram voluatur grauiditates et partus affert maturitatesque gignendi: natis etiam incrementum et vbertatem: atque propter varia eius officia et potestates: diuersis vtpote Diana Luna Lucina vocatur nominibus. Mercurio Mercurij stelle: que infra martis Pyroida accensam temperatiorem dicitur que a grecis Stilbon. vel aeri sublimiori etherique vitio cuius tenuitate et calore temperatus vitalem et salutarem spiritum prebet animantibus: sine cuius aspiratione nemo posset viuere. ipse nanque vna cum animantibus viuit vna audit vna sonat vna dormit. Aer deniquee: vt verbum ex quo declinatur: significare videtur. Ao enim spiro et aelle flatus dicuntur: tota est ista nostra animalis spirabilisque natura. Neque enim vllus in corpore humor est qui magis vitalis sit quam sanguis propterea quod moderatam aeris caliditatem humiditatemque sibi attrahit: vt non inmerito cum liquor princeps habeatur. primam ex corporis partibus sedem cor. s. sibi vendicauerit: in quo vita sensus et intelligentia existit nonnullorum philosophantium sententia. Preterea enim aeris temperatione reliqua elementa. duo enim sine tertio medio et tanquam nodo vinculoque difficulter coherent: inter se emolliuntur: depositaque quodque vehementi sue nature vi: tanquam tenacissimo glutino iunguntur. Sicque omnia gignunt procreant que videntur in hoc mirabili mundo tam speciosa tam pulchra tamque necessaria. Is igitur cum inter hec medius sit et tanquam precipua causa et au-

ctor vt ad procreandū copulentur cōstringantur: q̄a poetis nuncius deorum .i. elementorum sub Mercurij quasi medij currentis nomine habetur. Nostrum .n. nō ē in presentia astronomorum rationes referre. Apollini .i. soli cui id nominis inditum est autore platone ꝙ circuꝫ celū vertatur ⁊ terraꝫ modo accedens modo recedens: qui quidē efficit vt frigida calefiant: mortua reuiuiscant: omnia floreant ⁊ in suo queqꝫ genere pubescant: maturent ⁊ perficiantur. Terre .i. animantium matri ⁊ altrici: quippe que grauidata seminibus omnia pariat ⁊ feta alat ⁊ augeat: ꝑsertimqꝫ omnia aīantibus prouida ad victum suppeditet necessaria. eandem opem appellant: ꝙ ope fiat melior: ꝓserpinam ꝙ ex ea proserpant fruges: vestā qꝺ vestiat herbis. Heroibus .i. animis siue spiritibus qui antiquorū opinione huic aeri terre vicino iminentes putarent non paruam in nobis potestatem habere. ijdem a veteribus religiosis demones dicebantur: qui medij essent inter deos q summum locum tenent ⁊ homines qui infimum. Ex his igitur quantum pro tenui ingenio meo iudicare possum: videtur mihi Hipocrates vnum tantū deum sentire: eūqꝫ diuersis nominibus appellare. Qꝺ Platonem similiter ⁊ Xenophontem ac stoicos sensisse legimus qui dicebant ⁊ mundum deum esse ⁊ celuꝫ ⁊ astra ⁊ terraꝫ ⁊ animos: nec referre eundem esse iouem eundem Martē eundē Vulcanum. Atqꝫ propter causas potestatesqꝫ diuersas: multa dari cognomina: non tamen propter tot res etiam tot deos eum esse cogere. Quid enim attinere: cū vna sit forma: plura esse nomina. Seduero rebus naturalibus deorum figuras tribui ob vtilitatum magnitudinem que ab illis in res concretas ⁊ creatas redundare videbantur: omnia tamen principi deo vt autori ⁊ datori debere referri accepta. Quam quidem vnicam cām ac primā notioneꝫ multo ante Homerus intellexisse iudicatur. Cum appellauerit Jouem dominatorem rerum ⁊ omnia motu regenteꝫ presentem prepotentemqꝫ patrem diuum hominūqꝫ. Qꝺ idē Ualerius soranus autore Uarrone his versib⁹ testat.

Jupiter omnipotens regum rex ipse deusqꝫ.

Progenitor genitrixqꝫ deum deus vnus ⁊ omnis. Ex quo merito ortum est vt dicantur Jouis omnia plena. Quēadmodum vero a commentitijs ⁊ fictis deis ratio traheret ad physicas res bene atqꝫ vtiliter inuentas. me certe docuerunt greci doctores in Homerum scribentes qui vt sapientissimi ac rerum naturalium doctissimi physicas rationes que in fabulis non inelegantes insunt: prudenter exponunt docte enodant: ornate enucleāt: ꝙ si qui fuerit: quos non paucos fore cēseo qui existimauerint Hipocratem ꝭm communem vulgi opinionem locutum esse: sciāt modo isti doctissimos illos viros m̄lta quādoqꝫ voce exprimere cum eorum animus ⁊ mens longe rectius sentiat ⁊ iudicet: qꝺ si fecisset Socrates nō epoto veneno mortuus esset. Neqꝫ protagoras similiter: si id seruasset: i exilium ab atheniensibus eiectus fuisset: vt auteꝫ aliquid etiam ijs qui sic opinantur: concedatur. sol in celo dicitur: qꝛ solus ex omnibus sideribus est tantus: vt cum exortus sit obscuratis omnibus solus appareat: vel ꝙ solus vnus sit ⁊ non plures. Apollines in terris coluntur: quorum cum vnus vulcani filius: alter corybantis natus in creta. tertius Joue natus ⁊ latona sit. quartus in arcadia. Cūqꝫ omnes alius alijs in locis diuersa ob munera colantur: ita diuersis appellantur nominib⁹ vtpote medicus delphicus delius Tirynthius Daphneus Nomius vel vt alij putāt nomino: ꝙ archades ab eo nomus hoc est leges accepissēt Nec prohibet quicqꝫ Jouem celestem Jouem terrestreꝫ dici. Cum plures ioues fuerint: ex quibus alter patre celo alter ethere patre natus: tertius cretensis Saturni filius cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. qui igitur i terris natus: terrestris: qui in celo ⁊ parentibus imortalibus celestis merito nuncupetur. Item Mineruc ⁊ Mercurij plures fuerunt: qui similiter pro locis officijs. ac opinionibus que de illorum ortu inualuerunt: vocantur ⁊ colunt. Terra terre dea tellus est: que a nōnullis ceres quasi geres dicitur. Heroes viri excellentes qui immortalitatem consecuti sunt: ac inter deos asciti ob ipsorum merita erga humanū genus: sicut Hercules Castor ⁊ Polux ⁊ Esculapius: qui cum mortales fuissent: mortalium curam habere ac pro eis apud reliqua numina intercedere putabātur. Hec ⁊ multa alia de dijs ignarū ⁊ superstitiosum vulgus opinatur ⁊ fingit: que non modo in illa maiestate ac beatitudine esse sentire nephas haberetur: sed etiam audire aures abhorrerent. Sunt enim ista omnia imperite plebis deliramenta ac anicularum fabelle: a quibus si nō verbis at animo ⁊ sententia Hipocratem diligentem nature preuestigatorem vehementer dissentire atqꝫ discrepare censeo: qui vt philosophus reruꝫ autor ⁊ non fabularum vnum solum primum deum eumqꝫ primam causam huicqꝫ omnia tā celestia q̄ꝫ humana subiecta esse arbitrari videtur. Reliqua enim omnia cum explicantur ad rationēqꝫ reuocantur rerum magis q̄ꝫ deorum fictorum natura cognoscitur. Qꝛ quideꝫ eo verisimilius videtur: quo magis religioni nostre accedit que deum vnum optimuꝫ maximum Christum omnium rectorem ⁊ dominatorem sentit colit ⁊ sapit. Sed quoniam cepi secus agere q̄ꝫ initio dixeram. Negaram enim exponere: reliqua vobis interpretanda relinquo. Ego vero quantuꝫ potui: vobis studui hunc libellum latinum q̄ꝫ emendatissimū tradere. In quo siquid fortasse claudicare videbitur: id tribue Demetrij Carcocandilis atheniēsis preceptoris nostri absentie qui eius acri ⁊ diligēti iudicio grecis in [illegible] propter locorum interuallum vti nequco. Qui [illegible] Demosthenes fuisset Theodori gaçe iudicio: [illegible] idē opinionis Bessarionem cardinalem nicenū fu[illegible] senex ille doctissimus mihi iucunde narrare solebat. si ci ciuitatis sue athenarum fortuna ⁊ imperio florentis tempore nasci cōtigisset. Qꝛ autem possumus: id vobis libenter damus. plura tamen in posterum si nobis vita suppetat ⁊ ocium supsit: daturi vt vobis amicis: omnibusqꝫ huius facultatis studiosis nequaq̄ꝫ opera nostra ⁊ industria vnq̄ꝫ defuisse visa fuerit. Ctesium interpretatus sum terrestrem: quia id congrue deriuari posse censui a po cthonos mutatis crassis in tenues more ionum quoruꝫ lingua vtitur Hipocrates. Deinde ꝙ cum insomnia partim celestia partim terrestria videantur. cumqꝫ ioui celesti dicat sacrificandum esse: merito vtiqꝫ sacrificanduꝫ foret deo qui terre dominatur: qui a poetis iupiter infernus ⁊ stygius appellatur idemqꝫ terrestris. De quo cū itelligeret Hipocrates mea quidem opinione distinguendi causa Jouem superum appellauit celestem: inferum vero Ctesium. Alias enim id epitheton superfluum esset. Cum vni tantuꝫ Joui cognomina illa tribuantur: pater rex Policus philius Hetere⁹ Homogni⁹ Hicesius Phixius Xenius Ctesius ⁊ Epicarpius: vt refert Dion Chrysostomus. Qꝛ si hoc non placet Ctesius dicatur opitulus ꝙ opes ⁊ diuitias ⁊ possessiones prebeat: que tamen in terris sunt ⁊ ex terris proficiscuntur: que Joui inferno hoc est diti dicate sunt. Minerua itidē Ctesia que a me accipitur pro lūa ꝙ sub terris apud inferos Proserpia dicitur que fructus ⁊ fruges alit ⁊ prebet: si physica ratio non placet: nominetur opitula: ꝙ diuitias: vt fabule tradunt: nendi suendiqꝫ industria prestet.

¶ Expliciunt insomnia Hipocratis.

¶ Libellus Zoar de curatione lapidis.



Anon quem scripsit alguaçir abualeçor filius abmeleth fily çor. imperatori sarracenorum haly filio iosephi fily tesiphin. de curatiõe lapidis accidentis a quibus cõuenientius est cauere & a quorum narratiõe cautela ē adhibēda timorē qui est in eis debilior nãq3 eorum prosternit virtutem & soluit iter homīes & suas salutes. Et ipsi quidem nō sunt sicut accidentia in quorum curatiõe interueñit latitudo. Et ego quidē multotiēs eo presente dixi qd accidens hoc est sicut inimicus. Et oz lz det inducias: vt abscidatur in ipsis suis inducys propter suam debilitatē in resistēdo. Non ergo sit contētus ī debilitando ipsum: & cum eo illud quod acquirit ei mĩos acquirit preparationez. Et cañ. cõferens ī aggregatiõe esse huius accidētis: per cuius assiduationē cõfido q securabit ab eo est iste: duz temp9 qd estatis perseuerat vsq3 quo pertranseat temporis plurimū autūni: & descēdat pluuia multa: tūc acceptio vncie vni9 & .5. d sirupo acetoso facto cū aceto q expressiõis vue pure & medietas. ʒ. d sirupo violato cū qnq3 vncys aq cuz qua bulliēt cortic. radic. fenicli. ʒ. i. & .5. & cubebe cõtrite. ʒ. i. donec cõsumpta fuerit aque pars quinta & collata ē conuenientius: sumat hoc duob9 diebus in oībus quindecim diebus: & acceptio aque ciceris fm q dixi bona est: & bñdicta. Et si inueniat in aqua ciceris acuitas in cõplõne propter calorem aeris interpolet eam: & misceat cuz ea in decoctione eius acetū qd destruat eius caliditatē & roboret ipsius incisionē & eius abstersionē: & ad vltimū qñ iuenit ī acuitate cōplõnis q requirat studium in frigidando. Sumat hūc sirupū sine medicinis decoctis in qua quas narraui. Et vtat sirupo acetoso: & sirupo endiuie: & sirupo nenufaris: & ponat ī omnibus temporibus aqua cibariorum factoz ei aq ciceris nigri nisi apud vehemētiā caloris aeris. decoquat ergo cū aceto: q decoquit cuz aqua ciceris. Et sit cum aceto cucurbita: multiplicet origanum. Cū ergo aduenerit autūnus & non intelligo per autūnū illud de quo absolute dicitur hoc nomē: qñ totum autūni cui9 natura est ex natura temporis estatis calida: sed nō intelligo per ipm qñ conuertit complexio aeris gradatiz ad frigus & associat ad illud: & humectet aer p discessionē pluuie sumat d confectiõe quā feci ei nūc quattuor. ʒ. cum decoctione ciceris nigri cõdita cum sale & pauco piperis die vno & interpolet diē quattuor vicibus: aut quasi illis. Cum ergo vehemēs sit frigus aeris & exigit hyems accipiat de tyriaca magna omnibus. x. diebus. aut quasi illis. ʒ. i. cū tanta aqua calefacta quāta capit os semel pmixto ei sirupo d cortice triti. Et qñ possibile est vt vtatur cibario facto ex hole vrtice. Fiat ei cibarium holericum decenter factum cum carne hedi q sumat in principio sue comestiõis. hoc ergo regimen sufficit ad auferendas cās huius accidētis. & de illis que oportet ipm in cibo sumere est lepus postq consumat hyems & descensus pluuie & niue die aliquo in dieb9. At vero adolescēs. est multo melior qñ aries bim9 in istis dieb9 duobus temporibus predictis proprie. Et de illis quibus oz conseruari sanitas ab omnibus accidentibus: que de ꝓprietate caloris est vt faciat accidere: aut vt accidant ea eius in tempore autūni: est vt sumat in mense mady circa finem eius: & in principio iuny istud ordei excorticati & contriti: & floris nenufaris. & oculoz vacce mūdatoruz ex suis interioribus. omniū añ. ʒ. viy. seminis scariole & volubilis exiccate: & medulle seminis croci ortulani & medulle seminis melonis omniū añ. ʒ. iiy. floris viole: & capilli veneri: & cortices radic. apy recētis omniū añ. ʒ. y. reubarbari electi recentis quartam. ʒ. vnius terantur que sunt terenda & infundantur omnia nocte in mensura libre aque feruentis & in mane ponatur super ignez lenē. Cumq3 inceperint bullire confricetur manibus calida et colentur & confricentur manibus in colatura de condito rosato & çucharo. ʒ. xy. & de medulla cassiefi. mūdate a suis interiorib9 & suis tunicis. ʒ. iiy. & coletur & misceatur cū ea tertia vntie de sirupo iulep ex çucharo & sumatur mãe alto & quiescat die assumptionis eius & secūda. ¶ Et ei qd est descriptio ad lapidem. Illud vo q aufert esse lapidis & prohibet eius generationem est: esse contentum in cibo pane fermentato spongioso cum farina fuit mollita in ꝓximo cum auibus laudabilibus sicut pullis & perdicibus: & interpolatione lepore & sparago cuz possibile est: & cibarium holericum ex vrticis cum sicla. est benedictū & non repleatur comestione multum: imo dimittat de saturitate sua pax. & nō laboret post comestionem penitus. Et si ē necessarium q frangat illud qd generatum est ex ea & extrahat illud sumat de hac confectione. ℞. cortic. radic. sparagi exiccati & cortic. radicis feniculi exiccati itez. & polyg. & scolopēdrie: & cubebe omniū. añ. ʒ. v. vel epani. i. pulmonary: & gūmi prunoz: & lapidis iudaici contriti sup cotem. & cassie & ciperi de barac & bdelly vary & ameos omnium añ. ʒ. y. terantur singulariter & cribellentur & conficiantur cū sirupo de çucharo: & sumat ex ea ex. ʒ. iy. vsq3 ad ʒ q ē quasi illud cum aqua calida in qua bullitū fuit parum feniculi. ¶ Et sunt ei ad vētositates & dolorez capitis & stricturam anhelitus: & dolorem brachiorum. ad vētositates vero repellendas sufficit regimen q ego precepi ei ad generationem eorum prohibendaz penitus. ea vero ex quibus generantur sunt permixtio in cibo & intromissio cibi super residuum cibi: & labor post comestionem & hec ē res aqua prohibui ipsum multotiens; & dixi vt non esset eius motus & labor post comestionem. illud autem quo vtendum est apud vehementiam doloris. nam dolor predict9 non occidit nisi a generatione lapidis stantis in aliq meatuum vrine: & qd ego determinaui ei prohibet eius generationem si ei alligetur: ita vt nunq3 de eo conqueratur: et non occidet aliquid ex eo si alligatio ceciderit: & iteratio mundificationis renum. verūtamen non est possibile nisi imperium mandati auditum administratum in huiusmodi dispositione. est istud. ℞. fenugreci. ʒ. iiy. seminis apy & seminis dauci amborum añ. duas tertias. ʒ. vnius. bulliat totum in. vy. vncys aque donec redeant ad medietatem deinde confricetur manibus donec aliquantulum viscosum fiat. Et in colatura fricetur manibus de condito violato ex çucharo. ʒ. vna & semis fricatione vltima: & colet & sorbeatur in hyeme super medietatem. ʒ. vnius de tyriaca magna & in estate & suo simili de temporibus aeris calidi sine tyriaca penitus: & vaporetur locus totus cum hoc oleo. Olei anetini tres. ʒ. sumantur in quo liquefiat adipis galline. ʒ. i. deinde submergatur in eo lana succida et vaporetur cum ea tepefacta locus multis vicibus post potum medicine precedentis. deinde administretur sternutationum bis aut totiens. dolor vero capitis cum inuenitur: tūc si fuerat in tempore caloris sumat istud qd narro. ¶ Conditi rosati ex çucharo. ʒ. xy. medulle cassiefi. mundate a suis īterioribus & suis tunicis. ʒ. vi. fricētur ambo in quinq3 vncys aque calide colentur & addatur colato. sirupi violati de çucharo. ʒ. i. & .5. sumatur in mane & vngatur frons & anterior pars capitis cum oleo rosato concusso cū tertia parte sui ex aceto forti & infrigidetur. Et sit effusio eius super caput cum vase strictiore ab altitudine mensure palmi: quoniam est melius & velocioris iuuamenti. Si autem accidat in tempore frigoris sumat hanc medicinā agarici vere albedinis. ʒ. i. & tertia rauetseni. sexta. ʒ. vnius. terantur ambo & conficiantur cū sirupo acetoso de çucharo. Et sumat super illa duo istud qd ego narro. cassiefi. cõ-

trite ꝛ anisi vniuscuiusqꝫ.ʒ.i.ferueant i sex vncys aque donec consumatur ex ea mensura tertie: ꝛ coletur ꝛ misceatur in ea sirupi acetosi.ʒ.i.ꝛ.ʒ.ꝛ sorbeatur. Et bulliant camomille: mellilotí: vniuscuiusqꝫ manipuli quattuoꝛ in aqua que cooperiat ea donec vehemẽs fiat eius calefactio. deinde inclinetur frons ꝛ timpoꝛa super illum vapoꝛẽ ascendentem ex ea. Cum ergo tepuerit aqua in qua bullitũ fuit illud quod dixi submergatur i ea pannus lenis ꝛ vapoꝛetur cum eo vbi inuenitur doloꝛ i capite. Stricture vero anhelitus non est causa nisi additio carnis ꝛ dimissio exercity in ieiunio: ꝛ cum conseruatione illius eleuatur. ¶ Illud vero qđ accidit de doloꝛe brachys ꝛ membꝛis inungatur cum inuenias illud cum oleo anetino qm̃ destruet illud. Et ei est iterum descriptio suffuf ad lapidem. ℞. gummi prunoꝛum: ꝛ cubebe: ꝛ lapidis iudaici. omnium añ.ʒ.iiy. cortic̃. radic̃. sparagi ꝛ ebani amboꝛuꝫ añ.ʒ.y. seminis dauci.ʒ.ʒ. terantur ꝛ cribellentur ꝛ adiungatur eis media vncia çucbari. bibatur de eo omni die a duabus.ʒ. vsqꝫ ad circuitum eius cum aqua in qua misceatur sirupus acetosus Et sit cibus.i. panis albus tafea ex lepoꝛe ꝛ feniculuꝫ ꝛ cibarium olei cũ ex vrticis. Et est ei descriptio infusionis i alia ad illud. ℞. cortic̃. radic̃. apy. ꝛ cortic̃. radicis feniculi omnium añ.ʒ.y. cortic̃. radic̃. sparagi.ʒ.iiy. cubebe ꝛ rubee tincture omnium añ.ʒ.i. terantur omnia ꝛ bulliant in sex vncys aque donec minuatur medietas eius: ꝛ coletur ꝛ misceatur cum ea de sirupo acetoso squillitico.ʒ.i.ꝛ media ꝛ bibatur. Finis Zoar de curatione lapidis.

¶ Explicit hoc opus mandato ꝛ expensis nobilis viri domini Octauiani Scoti Ciuis Modoetiensis. per Bonetum Locatellum Bergomensem.1497. die septimo mẽsis Octobꝛis.

Registrum

a	b	p
¶ Liber rasis	¶ Doloꝛ foꝛtis	¶ Incipiunt
¶ Albubetri araçi	membꝛum: cum	foꝛtificatur ille
¶ De foꝛma ossiũ	ꝛ si tamen cum	ꝛ accedit ad
ciem mouent.	sunt in senio	¶ Incipit 3ª
b	i	q
¶ De significatõe	cum extremitate	plasmatum. Et
¶ Significationũ	¶ Et cura eius ẽ	sequuntur
¶ Faba. ca. z.	durum i stomaco	cum babeant
epar. Aque vero	miscetur cum ca	inuenit in nã.
c	k	r
¶ Solatrũ frĩduꝫ	moꝛiatur fetus	¶ Febꝛis que
aquam calidam	per collum suum	nue spem tuam
autem aliqua	¶ Sciatica vero	Et crisis
sicca vt ab inimico	¶ Eradicant	parte posterioꝛi
d	l	s
Et si scotomiam	non dixi in hoc	cipit dissolui
exñte: ꝛ foꝛtiter	vt cooperiatur	ꝛ turturum ꝛ
¶ De his que	cum aqua mellis	¶ Ficus sicce
¶ De sedanda	¶ Cõfectio troci.	ta: ꝛ in egypto
e	m	t
contingat dicem⁹	debemus vti ad	ꝛ siĺr incisio
locum est foꝛtiter	sic patiẽs sanabatur	paruitate sui
dũ ꝛ ne pãniculus	lis ꝛ vuaꝫ caninã	nigre expulse
lignee: melãopipis	cie ꝛ in capite	¶ Ait moyses
f	n	v
alys infrĩdantib⁹	ꝛ caloꝛeꝫ innatuꝫ	infirmitatẽ siue
ambulus est: ipsaꝫ	potius confoꝛtari	coꝛpe quecũqꝫ
¶ Sumatur resina	ris quantum est	existentiũ: ille
autem doloꝛ	tiue ꝛ digestiue	ne latentes: nõ
g	o	
aut in qua	Canatellia idest	Finis.
¶ Fistule vero	¶ Litiuꝫ hoc de	
ꝛ ventris solõne:	¶ Herbe contra	
¶ Postqꝫ autem	Syrupus de	

